Quid ſi faciat mentionem an debeat mittere.

10 *Alienatione inhibita prælato, contra inquiritur qua quem non poſſit alienare, ſi fiat, an transferatur dominium, in fi.*

Quando irrita, vel irritanda.

Lex viua mortua adæquatur, cir. fi.

11 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XXVII.

1 Prælatorum exceſſus. Cōtra † infamatū de dilapidatione inquiritſ de veritate, & interim interdicitur ei oē genus di. Et in 1. epi denunciatio. In 2. ipſius commiſſio ibi, Diſcretioni, quæ duo facit. 1. man. inquiſitionē fieri, & remitti. ſecundo inquiſito terminū aſſignari, & alienationē interdici ibi, Eidē [Quatuor] & ſic plures

2 † admittuntur ad proſequendam inquiſitionē. de hoc ſupra c. proxi [Dicunt] quod de facili nō eſt credēdū. 76. di. ſi quid. & quod dr, neceſſe eſt probari, de cōceſ. præb. cū ſuper [Minus canonice] vt per vim intruſus ꝑ laicalem abuſum, de elec. quiſquis: vel per ſimoniam, vel alias, cum mortali. de ele. c. pe. quid ſi forma canonica ſeruata non fuit: reſpon. omnia ſupplentur in confirmatione, ſicut defectus per interlocutoriā. de ele. cū dilecti, ad fi. quia ſnīa, & ſi ꝯ ius litigatoris lata ſit, trāſit in rē iu. ſi nō appellatur, de re iu. cum inter. Hoſ. ſed Inn. remittit, vbi de hoc dixi plenius ſ. de elect. quia ſicut [Dilapidat] ſm qd opponitur [Celeriter] ſit ſ. de loca. potuit. & ca. fi. & Phi. ponit hic ver. no. de reſp. ad

3 hoc, in gl. fi. [Famę] tertiū, qd opponitur: crudelis † aūt eſt, qui famam negligit. 12. q. 1. nolo. 11. q. 3. non ſunt. C. de his, qui pę. no. in te. l. vna, ad fi. & grauius eſt perdere famā, quā res. 6. q. 1. ex merito; & c. deteriores, ad idē ff. de pę. in ſeruorū, in fi. vbi dr, ſolū ictum fuſtium oī damnatione pecuniaria grauiorē [Prodigus] dicit

4 Goff. ꝙ † qnque dr ſibi ipſi inimicus. 45. d. & qui emendat, & ſeipſum deſtruere. 15. d. ſicut. & ex hoc & eo, qd ſequitur no. illud vulgare: & ſi non caſte, tñ caute. Licet. n. ēt occulta fornicatio turbet bonū conſcīetiæ, de tēp. or. c. fi. tñ manifeſta manifeſtius reprobatur. vnde illa ſuſpēdit quo ad Deum. iſta, ſi manifeſta eſt ita, ꝙ notoria, ſuſpendit ēt quo ad hoīes, de co. cle. veſtra, & c. fi. ſm Hoſt. [Vitam] quartū quod opponitur, ex quo ēt ſequitur tertiū, qd præcedit. Hoſt. [Enormiter] non

5 ſolū † ſimpliciter fornicando, ſed ēt inceſtus, nedū adulteria palam, & publice cōmittendo [Solicite] primo de fama, & poſtea de veritate, qd dic, vt ſ. e. cū oporteat, & diligenter interrogando, & partes audiendo. ſ. e. qualiter. §. debet, ſm Hoſt. ſuper literā, quæ ſequitur veritatē, vt commiſiſſe inquiſitionē veritatis, vt dixi ſummando [Eam] veritatem. ſ. [Conſcribentes] vel

6 conſcribi facientes [Sigil.] poſſet. n. † negari ſcriptorē tabellionem eſſe, de quo dic, vt ſup. de elect. ſcriptum eſt. & ſi dicas, negari poſſent ſigilla, ſicut tabellio, fateor, ſed id non ſic frequenter fieri cōſueuit. ff. de legi. nā ad ea. ſed & ſigilla per compatriotas, qui ſunt in curia, faciliter cōprobantur. pauci. n. inuenirētur, qui dicerent, vidi talē tabellionem creari: ſed multi inuenirentur, hñtes notū ſigillū: ſed & frequenter fit de his fides in curia per cōparationē procuratoriorum illis ſigillis ſigillatorum. voluit ēt papa poni ſigilla: quia nō poſſet ita cōmode includi ſine ſigillo, ſicut cū ſigillo. fit aūt incluſio, ne quid falſitatis cōmittatur, & ſi frangeret, de facili appareret, de of. dele. cū olim & ſic † ar-

7 gue plus credi ſigillo, q̄ inſtrō, qd dic ſm Hoſt. vt ſ. de proba. quoniam ꝯ, de teſtibus. cū a nobis [Terminum] peremptorium: alias iterum eſſet citandus. ff. de iudi. ad peremptorium, & l. ſeq. vſq; ad l. de qua re. ad hoc, de offi. dele. conſuluit. Sed Guil. in Spe. de remiſ. §. 2. in prin. & §. videndum, poſt prin. tenet, ꝙ talis terminus

8 intelligitur peremptorius [Aſſignantes] dicit † Inn. ꝙ talem terminū aſſignare poteſt iudex, qui cauſam inſtruxit, vel qui recepit teſtes, vel quicquid aliud fecit de mandato ſupperioris iudicis, ēt ſi in literis non dicatur, quod talem terminum præfigat: quia hoc ipſo, quod committitur ei aliquis articulus, videtur ei commiſſum, ꝙ partes ad priorē iudicem remittat, ne cauſa remaneat ſine termino. nam & iudex, a quo appellatur, præfigit talem terminum, de ap. perſonas. fortius poteſt is, a quo non eſt appellatum. hoc ad literam poſuit Guil. in Spec. de remiſ. §. videndum, poſt prin. ver. hunc quoque. & quod hic ſubdit Innocen. de illo, cui commiſſus erat articulus, a quo appellatum eſt prius quam incipiat, ſed procedit app. non deferens, quod non poſſit terminum aſſignare, cum remittit, vide ad literam, infra eod. §. verſicul. verum, ſi prius. ſubdit

9 † etiam Innocen. aliquos dicere, quod ſi ſuperior, ad quem remiſſa eſt cauſa, citet appellantē in cauſa prin-

cipali, de ap.mentione non facta, ꝙ ſufficit appellāti
mittere excuſatorem, qui dicat citationem illam non
tenere, vel iudicem non poſſe procedere, quia appella
tum erat: quam appel.ſuo tempore proſequi intendit,
ſed ſi tranſiſſet tēps proſecutionis, bene teneret citatio
facta ſuper principali tam a delegante, q̃ a delegato.
& hoc poſuit Guil.in Specu.de citatio. §.ſequitur.in fi
ne, remittens ad ſequentia. In quibus dicit Inno.ꝙ nō
putat excuſatori ſufficere ſic debere, vt ſ.niſi oſtēdat,
qualem appellationem emiſerat.ar.ſ. de teſti.veniēs.
2. alias ſequeretur abſurditas, ſi ſic facile iudici poſſet
eludi: fatetur tñ, ꝙ veritatem cauſæ app.probare non
tenetur, nec eſt ſuper illa citatus. Si aūt in citatione fa
ceret mentionem de ap. & citaret ſuper principali, nō
teneret citatio, nec teneretur excuſatorē mittere ꝓp er
rorem expreſſum in citatione de agenda pincipali cā,
omiſſa cā app. dicit ēt, ꝙ cum debet mittere excuſato-
rem, ſi non mittat, tenet proceſſus ꝯ ipſum habitus ſu-
per principali, ſi iudex ignorabat appellatū, & aduer-
ſarius nil doloſe fecit: ſecus, ſi ſciuiſſet appellatum, de
ap.ſi duob. vel ſi aduerſarius doloſe ſubticuiſſet appel.
ff.de iu.ſi ꝑtor. In citatione vero facta a delegato poſt
ap.vr̄, ꝙ non tenetur mittere excuſatorem, licet tutius
ſit mittere. dicit Inn.alios dr̄e, & vr̄ quod bene, ꝙ cita
tio delegati tenet ēt non facta mentione de ap.cum ci
tatus comparere debeat, vt ſuas exceptiones ꝓponat.
debet ergo exceptionē ap.proponere, & ſuum priuile-
giū allegare.ff.de iud.ſi qs ex alienæ: alias valet ꝓceſ-
ſus habitus ꝯ eū. Inn.de hac gl.nil poſuit Ho.& puto ꝑ
hunc finē Inno.recedere a priori dicto, vt non ſufficiat
10 mittere excuſatorē eo caſu [Vēdendi] & ſic † inquiſitio
ne pendente inhiberi pōt prælato, ne bona eccleſiæ a-
lienet, vel ꝯctū ineat eccl. ſiā obligando: quia inhibi-
tione facta prælatus, ꝯ quē inquiritur, nō pōt alienare
niſi res, q̃ ſeruādo ſeruari non pñt, quas alienare pote-
rit, cū adhuc adminiſtret.ſ.c.ꝓxi.ver.prouiſo, de off.
dele.venerabili, ſm Inn.ad idē C.de admi.tu.l.lex, q.
ad fi.& vide quod no.de cle.ægro.c.vno, li.6.in vl.gl.
Dicit Hoſt.iſtū alienare nō poſſe ēt mobilia per literā,
q̃ ſic late ī.loquitur, dū dicit bona. & dicit, penitus in
terdicta. quo.n.ad immobilia cuilibet ꝑlato interdi-
cta eſt alienatio. de re.ec.non alie.nulli.& c.ſi qs preſ-
a byterorū, de feudis.c.2.de don.per tuas.[a] putat tñ, ꝙ
poſſit vendere, quatenus ſibi pro tēperatis expēſis eſt
neceſſariū.ſ.c.prox.in fi.de pecul.cleri.clerici, & c.fi.
licet pendeat inquiſitio, niſi ſibi fuerit interdictum. fa
b cta vero [b] hac inhibitione per iudicē irritū eſt, vel irri
tandū, quod ꝯ factū fuerit.ſ.de do.& cōtu.veritatis:
quia ſm Inn.pro eodē haberi dēt, qñ lex viua ꝓhibet,
ſicut ſi prohiberet lex mortua: ſecus autem in illo qui
pacto eſt obligatus ad non alienandum: quia tunc be-
ne valeret alienatio ſecundum Inno. qui remittit, & ēt
Hoſt.ad no.de teſt. Rainaldus.ī. de ſimon.licet. §.q̃a
vero [Alienandi] etiam in caſu, quo nō transfertur do-
minium, vt ſup.de re.ec.nō alien.ſancimus. Gof. ¶ In
11 † gl.in caſu, in fi.] nec extra locum inquirere niſi in ca-
ſu.eo.tit.ſtatuimus.2.lib.6. ¶ In gl.vlt.in fi.] imo ſi ſu-
ſpectus non eſt, dicunt quidam inquiſitione pendente
nihil ei inhibēdū. de hoc.ī.de ſimo.licet.§.quia vero.

ADDITIONES.

a ¶ Tuas.ad hoc vide, quod no.ipſe Hoſt.in c.venerabilis, ſupra
alleg.& idem ibi no.Io.And.in c.fi.de ec.ædi.

b ¶ Vero.vide Bar.in l.filius.§.diui, ff.de leg.1.& Cy.& Bal.& Sa
lic.in l.fi.C.de re.ec.non alien.& in l.ea.l. de condit. & demon.
ob cauſam per do.Bar.de Sali.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De calumniatoribus, loca iuris alibi, quam hic tradentia demonſtrat.

De calumniatoribus, Rub.

1 ¶ Quia † accuſatores & delatores criminum pleriq;
que calumniantur, iccirco poſt tractatum de accuſa-
tionibus &c. ſecundum Goff.habetur materia 2.q.2.
& q.8.item 5.q.6.per totum, Conuenit de elect.cap.1.
lib.6.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Calumnioſe accuſans ſubdiaconus diaconū, ſubdiaconatu grauatur, qualiter alias puniatur, & quando calumnioſus puniri poſſit, num.5.§.2.*
Inſontes qui dicantur.
Innocentia ſi criminoſa eſt, nihil in homine tutum.
2 *Sacrati, pro in ſacris ordinibus conſtituti.*
Criminator quis.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.5.*
4 *Atrox iniuria quæ.*
Ad conſequentiam trahi non debet, quod alicui ob fauorem indulſit imperator.
5 *Additio gloſſæ.*
Crimina publica non omnia ſunt capitalia.
Per officium iudicis quod fieri debet, ceſſat per ſententiam, ſi in ea permittatur, §.2.
6 *Priuari quis non poteſt eo, quod non habet.*

CAPVT I.

Cum fortius. Secunda fuit tit. de acc.in
prima cōpil. & hoc inten-
1 dit. ſubdiaconus † calūnio
ſe accuſans diaconatu priuatur, & verberibus publice
caſtigatus in exilium mittitur. Et duo facit. i.ponit, &
aggrauat culpam iudicum. ſecundo ponit calumniato
ris pęnā ibi, Quia ergo [Punienda] quo ad accuſatores
calūnioſos [Inſontibus] i.inculpabilibus, & innocenti
bus, Hierony.ad Pāma.& Mar.ſecunda.I.quid in hoīe
2 tutū, ſi innocentia criminoſa eſt [Sacratis] i.in † ſacris
ordinibus conſtitutis. Inn. [Quam] pro quantum, Inn.
[Sitis] tu ſubdiacone, & tui iudices [Hilariū] ſubdiaco
nū [Criminatorē] i.infamatorem. Hoſt. [Tranſire] 23.
diſt.quia ſunt.32.q.4.eſt iniuſta [Verberibus] ſine ſan-
guinis effuſione, ī.de rapto.in archiepiſcopatu. Hoſt.
3 ¶ † Secunda gl.arbitraria. quinq; obijcit de le.1. &c.
4 & dat tres ſolutiones. ¶ In † 2.ibi, atrox] ibi dr̄, qđ ex ꝑ
ſona iudicatur atrox iniuria, vt ſi fiat magiſtratui, vel
ſenatori ꝑ virū humilē: vel patri per filiū, patrono ꝑ li
bertū. ¶ In gl.ſed vr̄, ibi, plane] ibi dr̄, ꝙ ſi imperator
alicui pœnā ob fauorē indulſit, ad conſequentiā trahi
5 nō dēt. ¶ In † gloſ.2.ibi, publico] & capitali nec.n.oīa
publica ſūt capitalia.ff.de publi.iud.l.2.Ho. [& in fi.]
Io.C.de epi.& cle.ſi quis in hoc, & C.de iniurijs, atro-
cē.Hoſt. ¶ In gl.3.in fi.] in prima, & erat ſecunda in ti.
¶ In gl.ſed videtur, ibi, condemnari] per officiū iudi-
cis, quaſi illud tūc ceſſet, & ab illo ſit per conſequens
abſolutus, ſic intellige quod no.C.de libe.cauſa, ſi tibi
ſeruitutis [Et ibi, impoſuerunt] forte, quia de pęna ta-
lionis dubitabatur propter ordinū inæqualitatē. vide
in Spe.de accuſatore, ver.itē qđ non eſt [& in fi.] adde
qđ no.2.q.3.§.notandū, in 3.gl.vel hic crimen calum-
niæ erat notoriū, qđ verius: alias vix credo. Vin.vel ſe-
cundū Hoſ.forte diaconus appellauit: quia ſubdiaco-
nus punitus nō fuerat. & ꝙ remittitur cauſa ad ſubdia
conum, hoc fuit de voluntate partis: quia forte nō fue
rat in culpa. ſic non eſt contra, de appell.accept 2, ſicut
patet in an. cuidam tertio iniunctum erat hoc fieri.
6 ¶ In gloſſ.pen.ibi, pene] quia diaconatu, quem non
habebat, priuari non poterat. ¶ In gl.vlt. in fi.] infra
de pœnis, felicis, lib.6.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Denunciator criminum in probatione deficiens, qua pęna affi-ciatur & num. 7. & in qua probatione, nu. 3. 4.*
2 *Criminum, ſeu obiectorum cauſa ſub qua forma commiſſa vi-deatur.*
3 *Proceſſus iudicis remiſſus ad curiam fidem facit.*
4 *In dubio abſoluendus reus.*
Calumniari quis dicatur, & num. 7. & qualiter quis calum-niam purget, num. 7.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Latrones famoſi furca ſuſpenduntur, & vbi, & cur.
Pœna vnius eſt aliorum terror.
6 *Additio gloſſarum.*
Denunciationem pręcedere quando debet monitio.

C A P V T II.

1 **Cum dilectus.** Caſus. denunciator † criminum in probatio-
ne deficiẽs, ab officio,
& beneficio ſuſpenditur, donec innocẽtiam ſuam pur-
get. Et ſunt tres partes. in 1. denunciatio, & cauſæ com
miſſio. in ſecũda examinatio proceſſus, & abſolutio nũ
ciati. in 3. pęna denunciantis, & expreſſio cauſæ. ſecun
2 da ibi, Cum autem. 3. ibi, vobis. ¶ † Commiſimus,]
non dicit ſub qua forma: putat tamen Hoſt. ex verbis
præcedentibus per modum denunciationis, vbi aliud
non apparet, licet hæc verba trahi poſſint ad modum
accuſationis, inquiſit. actionis, & excep. cum vtrobiq;
fiat examinatio obiectorum [Proceſſum] no. proceſ-
3 ſum † iudicis remiſſum ad curiam fidem facere, ſupra
eod. tit. c. fi. de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. ad fin. vbi de
hoc, Hoſtien. [Probatum] nec reus fuerat confeſſus.
2. q. 1. c. 1. & 2. nec abſens contumacitet 3. q. 9. decer-
nimus, ſupra eo. tit. 1. veniens, Vin. [Sufficienter] pro-
batum fuerat quoquo modo ſecundum Hoſtien. [Ab-
4 ſoluendum] nam † & in dubio abſoluendus eſt reus. de
hoc, de prob. ex literis, de re iu. c. fi. [Innocentiam] C.
de aboliti. fallacitet. Vinc. [Nõ calũniandi] per hanc
decre. dixit Vinc. ſupra c. proxi. quod calumni. non di
citur, qui probat per vnum bonum teſtem: adde quod
dixi, ſecundum eum, ſupra de ele. cum dilecti. circa fi.
& facit quod no. in Spe. de accuſatione, in fi. idẽ vide-
tur, ſi reprobentur teſtes, per quos probauit. de hoc in
Spe. hoc eo. tit. in fi. non ſic, ſi ſolam probauit infamiã,
licet reus fuerit punitus: quia in purgatione defecit,
de hoc in Spe. 3. parte, de purgatione, verſic. ſed pone
[Proſiliant] ff. de accuſat. ſi cui crimen, in princ. Ioan.
5 ¶ Glo. 2. no. ſimilitudinem inter &c. & quærit, quo-
modo probet &c. ¶ In gl. vlt. ibi, §. famoſos) famoſi la-
trones furca ſuſpenduntur in loco, vbi deliquerunt, vt
6 per ipſorum pęnam vicini terreantur. ¶ In † gl. 1. ibi,
legitimam) trinam, Io. (in fi.) hoc vet, cum ũ in modũ
denunciationis committitur, ſupra titul. 1. cum dile-
ctus: ſecus, ſi in modum inquiſitionis, ſupra ti. 1. cum
oportet, & c. fi. vel accuſationis, ſupra ti. 1. licet, & ca.
veniens. conſideranda igitur in talibus eſt forma re-
ſcripti, ff. de tranſac. de his, de vſu pal. c. fi. vbi de hoc,
7 Hoſt. ¶ In † gl. 2. & ibi, (. 1.) vbi de hoc, & C. eo. de ca-
lum. l. 2. & plenius ff. de his, qui no. in fa. athletas. §. itẽ
præuaricator. & caſus, quos ibi explicit gloſſ. ponebat
Phi. ſupra c. proxi. ſcilicet quando excuſat neceſſitas,
pietas, officium, criminis enormitas, vel iuſtus dolor
(Et ibi, ſupplicij) conuictus autẽ in modum denuncia-
tionis iubetur ſe corrigere. Io. dicebat ergo Innoc. hic
colligi, quod grauior eſt pęna calumniantis in denun-
ciatione, quam denunciati. dicebat etiam notandum
denunciantem calumnioſe puniri extraordinaria pę-
na (& ibi, hoc patet) & ſic aliud in denunciatore, aliud
in accuſatore. & facit quod no. 2. q. 3. c. 2. (& ibi, purga
uerit) nec videtur quærendum, quæ poſtea pœna impo
natur ei, ſi deficiat in purgatione, quod quęrit hic Vin.
purgabit autem iſte ſe ſecundũ Goff. probando ſe ſor-
te promiſſione teſtium eſſe deceptum. 2. q. 3. Paulum,
& ſic non videtur calumniatus, ff. de le. 2. qui ſolidum.
§. etiam (& in fine) Hoſtien. dicit, quod ſine compur-
gatoribus hic ſufficiat proprium iuramentum, quia de
compurgatoribus nihil dicitur hic. & ratio ſecundum
eum: quia & ſi non plene probauerat, tamen quoquo
modo probauerat, alias nõ reciperetur eius purgatio,
ſed omnino condemnaretur, argum. in tracta. de iudi.
§. oportet collat. 6. ſed videtur, quod etiam poſt purga
tionem debet de tergiuer. puniri. 2. quæſt. 3. §. notan-
dum, circa fi. dicit Inno. quod hoc non negatur, quin
puniatur: vel quod tãtum in accuſatione dicitur quis
tergiuerſari, non in denunciatione, licet non impetra-
ta abolitione deſiſtat: vel hic non dicitur tergiuerſa-
ri: quia vſque ad fin. perſtitit, licet ſuccubuerit, & fecit,
quicquid potuit.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio ſiue continuatio tituli.*
Inter crimina alia obtinet ſimonia primatum.
Ea eſt vſitatum malum.
2 *De ea vbi præterquam hoc in libro plene tractetur, vel men-tio fiat congruens titulo huic.*
3 *Eius deſcriptio ſiue definitio, etymon quod, quibus modis contrahatur, quæ ſit eius pœna, quæ diſpenſatio per ſum-mam remittit, iuncto ſine ſuperioris num.*
In eadem quando munus interuenire poſſit.
Spirituale quot modis aliquid dicatur.

De ſimonia, Rubrica.

1 ¶ Præuiſo † de accuſatione, & eius calumnia, de cri-
minibus eſt videndum. & quia inter alia crimina ſimo
nia primum locum obtinet. 1. q. vlt. patet, ideo prius
de illa, & quia vſitatum tantum malum. 1. q. 1. repe-
riuntur, ideo exagerandum. ff. de pœnis, aut facta. §.
2 viti. habetur † plene hæc materia in 1. cauſa per om-
nes quæſtiones. item de hac. 7. q. 1. §. porro. 7. q. 1. præ-
ſentium, & ca. ſancitum. 15. q. 3. ſane. ad rub. cõgruit,
de ele. c. ſuper eo, & c. per inquiſitionem, & cap. de re-
rum. ſuper hoc, & c. poſt trãſlationem, verſ. rurſus, de
pact. cum pridem, & c. cum clerici, & c. fin. de tranſac.
conſtitutus, & c. ſuper eo, & c. præterea. 1. & 2. de arbit.
c. 2. de confeſ. c. 2. de teſti. veniens. 1. de ſta. mo. c. 2. in
princ. & ver. ſi qui, & ver. prioratus, de reli. do. conſti-
tutus, de reg. iur. indignum, & lib. 6. de teſti. c. 1. de de
ſcriptione ſimoniæ dicam, infra eo. nemo, ſuper glo. 2.
3 ¶ † De ſum. huius rubricæ, ſcilicet qd ſit ſimonia, vnde
dicatur, quibus modis contrahatur, quæ ſit eius pœna,
& quæ diſpenſatio, no. in prin. 1. cauſæ in 1. gl. & quot
modis aliquid dicitur ſpirituale, & quando munus in-
teruenire poſſit, ibi no. in gl. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Manus mundas debet epiſcopus ſeruare, & iudex ſecularis.*
Manus pro ordine, in fi.
2 *Pro ordinum ſcriptura an quid exigi vel haberi poſſit, alias, maxime in Ro. cu. abſque vitio ſimoniæ, & n. 3. 4. & 7.*
3 *Notarium an poſſit epiſcopus facere.*
Pallium pro eccleſiaſtico ornamento, quo vtitur ordinandus, nu. 13. in fin.
4 *Dare, verbum notat liberalitatem, non neceſſitatem.*
Pro ſpiritualibus an quid oblatum recipi poſſit, & num. 7.
Interpretatio nimis amara reprobatur.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*
Miniſtri nomine quis intelligatur hic.
Oblatio nullam culpæ maculam parit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit, num. 7. in fi.

CA-

Digitized by Google

C A P V T. I.

Inordinando. Breue eſt, & ſunt 2. dicta,
2. ibi, pro ordinatione
[Epiſcopus] vendere,
1 quod eſt infra [Manum] nec mirum, ſi † epiſcopus
debet manus ſuas mundas ſeruare: quia & hoc debet
ſecular. iudex, in auct. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. hæc
oia, & §. ſic igitur, coll. 2. [Imponit] alteri epiſcopo, vel
inferiori. de 1. ſupra de ſacra vnct. c. vno, in prin. de. 2.
de ſacra. non iter. c. 1. & fin. vel per manum intelligit
ordinem, qui cum manus impoſitione confertur. 23.
diſt. presbyter, & in cauſa præal. ſm Pe. & Abb. [No-
2 tarius] quid de † notarijs papæ, qui exigunt? Sol. nō ha
bent ſalarium a papa ſm Ala. vel dic, q ſimonia nō ha
bet locū in curia Ro. ſicut nec lex Iul. de ambitu. ff. ad
l. Iul. de ambi. l. vna. Goff. & facit, quod no. 92. di. preſ-
3 byter, & 1. q. 6. c. vlt. arguit † autem hic Hoſti. epiſco-
pum poſſe facere notariū. remittit autem ad not. ſup.
ne cle. vel mo. ſicut te. dicebat ēt ipſe Hoſt. infra ti. pro
xi. c. 1. qđ in ſimoniacis, quia prohibita, auctoritas &
ſcientia papę excuſat vitium. de hoc de off. delegat. ex
parte. 1. cum ſuis concor. Alij contra dicentes, quod
ex quo promulgata eſt conſtitutio hoc prohibens, ſpi-
ritualis eſt. ad quod reſpondeo, illud verum, ſed non li
gat promulgātem. ff. de legi. princeps. ſed quamuis eo
caſu non committatur ſimonia: tamen infamia nō tol
litur. C. de generali aboli. l. 2. item eſt id ſpecies mali,
& ſic vitandum ſecundum apoſtolum, de vi. & ho. cler.
cum ab omni, & propter exemplum deberet curia præ
cęteris abſtinere, de voto. magnę, de re iudi. in cauſis.
[Eius] qui ordinādus eſt. Hoſt. vel [Eius] ſ. epiſcopi acti
ua, non paſſiua, ſm Pe. [Pallij] eccleſiaſtici ornamēti,
quo vtitur ordinādus [Chartis] pp hoc ſcribendis [Pa-
4 ſtellis] diminutiuum de paſtu. T. [Dare] hic † notat li-
beralitatem, non neceſſitatem. ff. de adimen. leg. rem
legatā, & in eo, quod no. de dona. c. 1. ſi ergo prohibe-
tur dari, fortius exigi. Sed qui nimis emungit &c. 4. di.
denique. putat Hoſtien. exactionem reprobandam,
& gratuitam oblationem pro his ſpiritualibus expreſ-
ſe factam: non tamen reprobat aliquid gratuitum nō
ex ſpiritualibus, ſed ex charitate ſine pacto expreſſo
vel tacito dari ordinanti per ordinatum. infra eod. &
ſi quæſtiones. Et vt ſic ſimonia dānetur, & interpreta-
tio nimis amara reprobaretur, quod fieri debet. ff. de
donat. inter vi. & vxo. ſi id, quod. §. ſiquis ſerui operas.
5 ¶ † Gl. ſecūda poſt prin. obijcit, & duas opiniones po-
6 nit. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, examinat] vel loquitur de voce,
qua vocat promouendos, vel forte de illa, qua reſpon-
det in ſcrutinio ordinandi ſm formam decr. vniez, ſu-
pra de ſcrut. in or. fa. (Et in fi.) vel. i. diaconus. 23. diſt.
diaco. & q infra dicit, vocē, dic. i. lectionem euangelij
ſm Goff. & hoc magis conſonat antiquæ, vbi dicebatur:
In ord. ab epiſcopo pontifex manum imponit, euā
gelicam lectionem miniſter legit, confirmationis epi-
ſtolam notarius ſcribit. ¶ In gl. verbum, ibi, ſimoniā)
& eſt ſimoniacum: quia prohibitū, ſecūdum Pe. His. &
7 Ia. & Goff. Vinc. contra (& ibi procurari) vnde † dice-
bat Inn. q papa hic voluit tollere malam conſuetudi-
nem quarundam partium, in quibus legens euange-
lium, ſcribēs chartā ordinationis, & alij miniſtri ordi
natoris pro ſingulis officijs certum quid percipere cō-
ſueuerunt. & idem obtinebat in traditione pallij. hæc
omnia vult delere. ad idem infra eo. ſicut, & c. audiui-
mus. Si autem alius notarius peteret pro operis ſuis iu-
ſtum ſalarium, vel aliquantulum plus iuſto propter fa-
cti magnitudinem, non videtur hoc prohiberi: ſed ēt
talibus locis aliquis ſponte offerens non committit ſi-
moniam. infra c. dilectus. 2. ad fi. maxime ſi ſit conſue
tudo de aliquo offerendo, quod pietatem, vel deuotio-
nem induęat, infra eo. ad apoſtolicam, vel ſecundum
eum loquitur hic de miniſtris, ad quos intantum ſpe-
ctat officium, q ſi alius legeret euangelium, vel char-
tam fecerit, non dicetur is canonice ordinatus, vel
alias aliquam calumniam recipit, vel non valet inſtru
mentum. q. d. ſecundum Hoſtien. ſi omnino eſſet extra
neus notarius, non peccaret: imo nec ille notarius pec
cet, ſi ex pacto facto ſine pacto præcedente & exactio-
ne ſequente aliquid oblatum recipiat, & ſecundum
hoc dicit Hoſt. quod eſſet omnino corrigēdum, quod
prætextu taliū etiam hodie miniſtri, & officiales Ro.
curiæ etiam violenter exigunt, vt patet in c. de re iudi.
in cauſis [& in fi.] ſecūdum T. Vinc. & Phi. & Goff. ibi,
oblatio nullam culpæ maculā gerit, quæ non ex am-
bientis petitione proceſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Ad brachium ſeculare poteſt haberi recurſus á clerico autho
ritate iudicis eccleſiaſtici.*
*Factum quaſi a ſe ponitur pro facto per alium, ad dictio. ex-
pulerit.*
2 *Additio gloſſarum.*
Simonia per quæ committatur.
Eius pœna quæ.

C A P V T II.

Qui alium. Breue eſt. & congrue: qui expu
lit per pecuniam aliū, &c. [Or-
dinatū] rite & canonice. alias
1 is † qui ius haberet in eccleſia, auctoritate iudicis ec-
cleſiaſtici poſſet habere recurſum ad brachium ſecula
re. ad id de offic. ord. c. 1. ſ. eo. dilectus. ſ. de ho. poſtu-
laſti. Ho. [Expulerit] i. expelli fecerit. ſi. expō. ff. de his,
qui no. infa. l. furti. §. mandati, in fi. ibi, ſi te condemna
2 uero. i. condemnari fecero. Ho. ¶ In † gl. 1. ibi recipiē-
di] G. Ala. dicebat expellendo per pecuniam. dicebat
Go. multa committit ſimoniam, vt hic auaritiā, inua-
ſionē. ſ. de ele. dudū. 2. & quod hic dr, cum deponen-
dū, intellige, ſi accuſatus fuerit & conuictus. 2. q. 1. ſi-
cut, & nihil, ſm Goff. ſed Hoſt. dicit eum deponēdum,
etiam ſi per inquiſitionem hoc conſtiterit, de accu. in-
quiſitionis. 1. reſpon. [& ibi cum Ala.] & c. ſancitum.

S V M M A R I V M.

1 *A minori argumento vtitur hic pontifex.*
*Contra ſimoniacum omnis catholicus admittitur, & exoran-
dus ad id, & afficiendus præmio, & an id ſimpliciter ſit ue-
rum, num. 3. cogendus etiam, ibid. in fi.*
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T III.

1 **Si dominus** Per argumentū a minori pro-
bat oēm catholicum contra ſi
moniacum admittendum. 2.
ibi, non igitur [Magiſter] vide qđ no. in Cle. de magiſ.
cum ſit, in 3. gl. [Omnium] ſ. Ieſus Chriſtus [Fuit] 1. Pe.
2. G. qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt &c. [Ac-
cuſandi] ſeipſum [Dedit] Io. 18. (Reſpuendus) id eſt ab
accuſatione repellēdus. Gof. (Aſſerat) accuſando, Go.
(Exorandus) & præmiandus. 6. q. 1. ſi quis cum. 3. q. 5.
accuſatorib. 12. q. 2. ſi qua eum, & in can. quē alleg. gl.
2 tria argumenta elicit. ſecunda. 3. & vlt. gl. ¶ † In gl. 1.
ibi, Iudæ] melius diceret, Iudeo. nā verba, q ſequuntur,
nō fuerunt dicta Iudæ, imo miniſtro, qui dedit ſibi ala
pam dicens, ſic reſpondes pontifici, & ſic ēt corrigas
gl. ſeq. (& ibi, dixit Io.) 18. (& in fin.) alias ſic & illud.
Goff. dixit, q loquitur de illa, Quis ex vobis &c. Io. 8.
quod

Digitized by Google

quod magis placet Ho. pp verbũ accuſandi: tamen di
cebat Goff. q illa auctoritas probat contrarium, cum
eius ſit ſenſus, q illorũ nullus erat dignus arguere, nec
3 ipſe ẽt arguendus. ¶ † In gl. ar. quod, ibi, teſtimonium)
Goff. contra niſi interueniant adminicula, de quibus,
infra de ſimo. licet, & c. per tuas. intelligitur ergo lite-
ra de accuſatore; & tunc demum, cum ſimoniacus eſt
infamis (& in fi.) nec excommunicatus ſecũdum Ala.
& Vinc. ¶ In gl. vlt.) dixi in tex. vel ſi dicas exorandus
primo, ſecundo cogendus: vel ſi dicas exor. per partẽ,
ſed cogendus per iudicem ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Pro palea quod habetur in decreto, hic eſt conſtitutio.*
Suſpenſus ſuſpenditur iterum.
Excommunicatus excommunicatur.
Ordinari non dẽt accuſatus, vel is, contra quem inquiritur.
Eligi an poſſint eiuſmodi.
2 *Additio gloſſarum.*
Fornicationem notoriam & ſimoniam exagerant iura, & ratio.
Simoniacus quis ſuſpẽſus ipſorum iure ſit, ad dictio. ſuſpẽſus.

CAPVT IIII.

1 Accuſatum. Pro palea † habetur. 2. q. 5. ac
cuſatũ; & idẽ dicit cũ ſequẽ.
(Neceſſe) reſpectu ordinare,
non abſolutæ poteſtatis (Prohibere) no. non dicit, q ſu
ſpendatur: & hoc pro eo, q iam ſuſpenſus erat, vt dicit
gl. & ſic ſolum prohibet, vel ſuſpenditur ab homine iã
ſuſpẽſus a iure, ſicut excõicatus excõicatur. de hoc de
Iudæis, ita quorundã. ſicut alias infamatus ſuſpẽditur
per iura, quæ primo all. gl. ſicut pp ſuſpitionem præla-
tus ab adminiſtratione remouetur. 3. q. 2. quia ea. & ac
cuſatus, vel is, ꝯ quẽ inquiritur, nõ debet ordinari. 71.
diſt. tãtis, ar. C. de procu. reũ. an poſſint eligi. quid di-
xerint hic Inn. & Ho. ſcripſi ſ. de accuſa. eps (Verius) i.
verum comparatiuum pro poſitiuo; concor. ĩ. c. proxi.
2 obijcit. G. de capitulo &c. ¶ † In gl. 1. ibi, ſuſpenſus) &
notorius fornicator. & ſi q̃ratur, quare iura ſic exage-
rãt iſta duo crimina. Reſpondetur ſm Go. qui hoc no-
tauit ĩ. eo. tanta, q ſimonia morbus eſt canceroſus, &
ideo ferro ignito opus eſt. 1. q. 1. reperiuntur. fornica-
tio vero cõe vitiũ. 50. di. quæ tua, & ideo exagerandũ.
ff. de pœnis, aut facta. §. vlt. & eſt ſimile, quod not. 79.
diſt. decem, & 7. q. 1. conſtitutum (& ibi, eſt ſuſpenſus)
hic ponebat T. & Vinc. ſecundum La. & Mel. verum in
ſimoniaco in beneficio. & facit quod no. Io. 1. q. 1. re-
periuntur, in gloſſ. ar. quod, in fi. & adde, quod dicam
infra eo. tanta, & c. per tuas. 2.

SVMMARIVM.

1 *Idem dicit ferè, quod in præcedenti.*
Simoniacus quis hæreticus.
Comparatiuum pro poſitiuo.
2 *Additio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 Quoties. Idem † dicit cũ præcedenti, niſi q̃a
illud loquitur in accuſatione, iſte in
inquiſitione, & quod ibi obſcure di-
ctũ fuit de ſimoniaco, hic declaratur in ordine, Hoſt.
(Hæreſim) dictũ pp magnitudinẽ criminis, cuius cõpa
ratione &c. ĩ. c. 1. & c. per tuas. ver. cæteras. nec credas
oẽm ſimoniacũ hæreticũ, ſed illũ, qui credit, q ſpiri-
tus ſancti gratia ſit venalis: q precio acquiratur, & de-
ſcendat in aliquem ſm Inn. & Ho. hinc eſt, q canõ di-
cit, q tolerabilior eſt peſtis Macedonij, q̃ ſimoniaco-
rũ, qui ſpiritum ſanctum quaſi ſuum ſeruum vendunt.
vide 1. q. 1. eos, in prin. curioſus in hoc videat Th. 2. 2.
q. 100. ar. 1. (Habuimus) per ſcripta noſtra in an. & hic
vero antiqui. quod no. de cle. exc. mi. apoſtolicæ (Ve-
2 rius) ideſt verum, vt dixi ſ. c. proxi. ¶ In gl. 1. in fi.) Ala.
& hoc verum, cum fama defert, alias non, ſupra de ac-
cuſa. qualiter T.

SVMMARIVM.

1 *Sicut dictio hic pro cauſa.*
Ita, pro ideò.
Vincere etiam ad malum ſumitur.
Signorum nomine quæ probatio requiratur.
Eliminari quid, propelli quid, in fi.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT VI.

1 Sicut. Licet † videatur ſimilitudinem inducere,
verius eſt, q ponit cauſam. vnde expone
pro quia, & quod ſequitur, ita, expone pro
ideo (Vincit) habet ergo ſe verbum vincendi ẽt ad ma
lum, concor. 32. q. 7. adulterij, & 2. q. 1. multi. ibi, Vin-
cat ad gehennam (Signa) aliquam probabilitatem ha
bentia. & eſt hoc in iſto crimine ſpeciale, cum in alijs
requirantur probationes luce clariores. C. de probat.
l. fi. 5. q. 6. Epiphanium. ſic & in hæreſi leue ſufficit ar-
gumentũ. C. de hæreti. l. 2. ſed illud oportet plene pro-
bari. ſ. de præſum. literas. ſm Inn. qui tamen dicit per
eandẽ dec. plus ſibi placere, q dato, quod nulla ſigna
probentur, ſi tñ grauis ſit infamia ꝯ eũ, q dẽt remoue-
ri. Tu dic vt ibi ſm Ho. Go. exponit ſigna euidentia, &
conuincentia reum. 11. q. 3. eorum. C. de proba. l. vlt.
(Per aliquem) accuſantẽ, vel denunciantẽ. Go. (Elimi-
2 nari) i. ex limen eijci (Propelli) ideſt procul pelli. ¶ † Si
gnat gl. contrarium de can. &c. ¶ In gl. 1. in fi.) dic vt
no. e. d. in ſum. & de ho. ſicut dignum. vel q dicit tex.
vincit, dic verũ quo ad reddendũ characterem ordi-
nis ſic recepti vitioſum, & ſic ceſſant contraria ſm Ho.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum accuſare qui poſſint, qui talis eſt in ordine, cele brare non poteſt, licet de facto conficiat, n. 2. & ab eo audi re quæ cæteri prohibeantur, ibid.*
Cui æquiparetur, ibid. ſuſpẽſus eſt ab ordine, & quis, n. 5. ad dictio. ſimoniacus. An talis ſit, qui pecuniam dedit pro or dine, vel beneficio, quod alias erat obtenturus, nu. 5. in fin.
Simonia cur labes dicta, & quib. alijs appelletur vocabulis.
Seruus nec etiam nõ dominum accuſare regulariter, & quo caſu hic etiam dominum poſſit.
2 *Miſſam celebrare qui non poſſint, nec ab eis audiri, & nu. 5.*
Officium quoque diuinum a quibus non liceat audiri, et n. 5.
Fornicator publicus comparatur ſimoniaco.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Finis non initium ſpectatur, ver. & ibi. §. Iulia.
5 *Additio gloſſarum.*
Pœnitentis executio poſt peractam pœnitentiã nõ impeditur.

CAP. VII.

1 Tanta. C. Simoniacum accuſare põt ſeruus, cri-
minoſus, & meretrix. duas rationes red-
dit. ſecunda ibi, itẽ omnis (Labes) dr ſi-
monia labes, quia multi labuntur in eam, infra per to-
tum. Dr & peſtis. ſ. c. proxi. & hæreſis. ſ. eo. quoties. ra-
bies. ſup. c. ſi dominus (Serui) qui alias in iudicijs ad-
mittuntur. ff. de iudic. vix certis [Dominos] idem in ca
ſu. 12. q. 2. ſi qua cũ ſeruo. accuſat. n. ſeruus dñm, q coi-
uit cũ proprio ſeruo, vt ibi: ſecus, ſi cũ alieno, vt ibi no,
alias regulariter ſeruus nõ accuſat, ẽt non dñm defen-
dere tñ ſe põt in criminali nõ in ciuili. de hoc. 3. q. 4. c.
2 pen. (Ab ordine) hic patet, q loquitur de ſimoniaco

in ordine: qui licet de facto conficiat, ſicut quilibet a-
lius.1.q.1.ſi fuerit,& c.ſeq.tñ de iure celebrare nõ põt
ẽt poſt pœnitentiã, ſicut nec homicida. ſ.tit.2.inquiſi-
tionis.1.tñ.licet ſecus in alijs crioſis. Itẽ otm aliorũ li
cet audire, q̃diu ab eccleſia tolerantur, ſed a ſimonia-
co nunq̃,qui æquiparatur fornicatori notorio.32.§.ve
rũ,cum tñ homicidæ, & excõicati occulti ẽt in diuinis
officijs non debeant euitari,ar.6.q.2.ſi tñ.23.q.4.nõ
prohibeat, niſi vt erubeſcentes agant pñiam, de coh.
cle.veſtra,ſm Inn.& tunc tñ in occulto,de ſen.exc.cũ
non ab hoĩe,ſm Ho.vide in præal.c.veſtra, in glo.hoc
gñale,& ĩ.eo.per tuas.2.in gl.notat Inn.[Vel ſ.p imo.
6 ¶ † Scda gl.rider de obijciẽdo, vt ſuper ea dixi,& dã-
4 tur quatuor ſolutiones.¶ In † gl.2.ibi,quiſquis]loqtur
de illo, qui poſt machinationẽ criminis læſæ ma.fecit
ꝯctus[Et ibi.§.Iulianus]qui deiecit,& a deiecto preca
riũ rogauit,deſinit vi poſſidere,& poſſidet precario,ſi
cut ſi emiſſet, poſſidet pro emptore[& in fi.]ſi emptor
ſerui,qui ſtipulatus eſt duplum a venditore, ſi euinca-
tur,ſeruo ab eo euicto ſolut æſtimationẽ,ꝯmittitur ſti
pulatio.ex ſecunda.n.emptione, ideſt litis æſtimatio-
ne,hẽt illũ emptor,non ex prima. ¶ In gl.vlt.ibi,quæ
adulteriũ]loquitur de illa, quę miniſtrat in caupona.
[& ibi.§.lege Iulia] q̃ vide 4.q.3. §.item in criminali.
ver.l.Iulia de vi. ¶ † In gl.2.ibi,pœnitens)& cuius exe-
cutio poſt peractã pœnitentiã nõ impeditur, & ſic ſolui
tur ꝯtrium de eo, quod le.& no.ſupra de renun. niſi cũ
pridem, ver.pp conſcientiam,Hoſ.[Et ibi, referri]ſm
Vin.qui opponebat, & Inn.poſt eũ, ꝙ aut hic loquitur
de poſſibilitate facti, aut de poſſibilitate iuris. Si de
prima, ſimoniacus põt:ſi de ſecunda, nullus peccator
a pt.hoc ſoluebat: vt hic dr̃. a [Et ibi, deteſtatione] de
hoc.1.q.vlt.patet. vel quod dicit poſt, intelligitur de
officij poteſtate,non de merito vitæ ſm Gof.[Et ibi, ſi
moniacus] in ordine, de quo textus loqtur[& ibi,poſt
tranſlationem]de electi.c.pen.& 1.q.3.ex multis, & q.
5.præſentium[& ibi,officium ſuũ]hoc verum de ſimo-
niaco in beneficio, quem poſt peractam pœnitentiam
fatetur Inn.non impediri, licet eum prius eſſe ſuſpen-
ſum quo ad omnes,ſi ſit manifeſtus.32.di.§.verum. Si
vero non eſt ſimoniacus: ſed eo ignorante pro benefi-
cio pecunia data fuit, licet ſit manifeſtũ, nõ putat eũ
ſuſpenſum ab ordine.1.q.5. præſentium. Quæ autem
in hac gl.dñr, habent locum in recipientibus ordinẽ,
vel beneficium per ſimoniam. de dantibus vero quid
iuris,remittit Inn.ĩ.e.dilectus.2.& c.pe.Hoſt.vero re-
mittit ad ſum.e.tit. §.qua pœna.& quid no.hic Inno.&
Hoſt.de eo,qui dedit pecuniam pro ordine, vel benefi
cio, quod alias erat obtenturus, dicam infra eod.no-
bis,ſuper.2.gl. [& in fi.] & ſupra de renun.tranſmiſſa.
¶ In gl.vlt.in fi.]La.ſupra de arbitris.dilecti.

ADDITIO.

a ¶ Dicitur.Vel intelligitur omnis peccator habens conditionẽ, quam præmiſit gl.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca exactio in quibus caſibus dicatur.*
2 *Pecuniæ nomine quid continetur.*
Exactionis, vel requiſitionis vim habet exatio, & quæ.
3 *Fructus beneficiorum vendere vel locare licet, & qualiter.*
Spiritualis contractus cum temporali non miſcendus, in fi.
4 *Spiritualium commiſſio ſpiritualis eſt, nec vendenda.*
Simoniam committit dans, & recipiens.
In vſura non idem, & ratio.
A concupiſcentia omne malum prodijt,
Neceſſitas excuſat, & a quibus hic, in fin.
5 *Conſentire hic quis dicatur.*
Conſentiens etiam punitur.
6 *Epilogus & additio gloſſarum.nu.7.*
Pro ſepultura pretium quando recipi poſſit, remiſſ.

CAPVT VIII.

1 Non ſatis C.Simoniacum † eſt exigere pre-
ciũ pro ingreſſu religionis, prio-
ratibus, vel capellis conceden-
dis, vel prælatis inſtituendis, ſepultura, criſmate vel
oleo,benedictionibus nubẽtium, vel alijs ſacramẽtis:
nec excuſat conſuetudo.hoc dicit iſtud c.& ſequẽs. Et
hic primo ponit concil.triplicẽ prohibitionẽ diuiſim;
cuius tranſgreſſores, & conſenſores dicit ſimoniacos.
ſecundo coniunctim ponit aliam triplicem, damnans
ꝯtria cõſuetudine,& cãm reddit ibi.Pro ſepultura[Tra
a ſire]ſic ſup.de ſta.mo.monaci. a in prin.[Pecunia]i.ali
2 quid † tpale.cũ.n.omne tpale in pecuniã redigi poſſit,
omne tale noĩe pecuniæ ꝯtinetur. C.de ꝯſtit.pec.l.2.
b & 1.q.3.totũ, b Ho.[Requiratur]taxatio aũt conſuetu
dinaria, vel alia hẽt vim requiſitionis, vel exactionis,
ĩ.eo.dilectus.2.in fin.ĩ.eo.c.& c.in tñ, ſm Hoſt.[An-
nua diſtractione]hoc verũ, ſi ex hoc ſequitur admini-
ſtrationem perpetuam, vel ius ſpirituale,ĩ.e.conſule-
re.quod dic vt ibi, & ĩ.tit.1.c.1.dixi taũt hic Innoc.&
3 Hoſt. ꝙ † fructus vendi põt ei, qui ẽt in perpetuum in-
ſtituitur ad præſentationẽ mon. ad quod pertinet ius
pronatus,de præb.in Lateranenſi,& cuius vſus cõceſſi
ſunt fructus, de don.cõſultationibus, de priuil.paſtor.
nec ob.de cẽſi.ꝓhibemus,& c.ſignificauit: quia aliud
eſt cẽſum imponere, vel augere, quod ibi prohibetur:
aliud fructus vendere, vel locare,quod permittitur ſu-
pra de loca. vr̃a.ĩ.tit.1.c.fi.Eſt tamen cauendum, ne
ſpũalis,& tpalis ꝯctus miſceantur, de re.permu.ad qõ
nes.& adde,quod dixi de ſta.mo.c.2.[Commiſſione]
4 quæ † ſpũalis eſt, & ſic nõ vendenda.ĩ.tit.1.per totum.
[Recepit]ſi non eſſet, qui reciperet, nec qui daret, & e
contrario.& arg.ꝙ peccat dans vſurã,ſicut recipiens,
quod quidam non credunt.rõ diuerſitatis, quia hic dãs
& offerens nulla neceſſitate trahitur, & eſt principa-
liter corruptor, & quia contra ſpiritumſanctum quod
prohibitum eſt,concupiſcit & mercatur, & a concupi-
ſcentia omne malum prodijt. ſ.de conſtõ.nam concu-
piſcentiam.In ſecunda vero his,qui ſe obligat,a proxi
mo debitum exigit,cũ ſit ſcriptũ, date mutuum nihil
&c.ĩ.de vſuris,conſuluit.in qua ergo culpa eſt,ſi fœne-
rator non vult debitum reddere, niſi vendatur: ſatis
conſtat,ꝙ nõ voluntarie ſe obligat debitor ad vſuras,
ſed impellit ipſum neceſſitas, quæ excuſat ẽt a furto.
ĩ.de furtis.c.2. de hoc tñ dic vt infra,de vſu. ſuper eo.
(Conſenſerit)1.q.1.ſi quis eps. & dic (Cõſenſerit) ſm
5 † Ho.vt mediator, vel tractator, vel qlibet mon.frater
hoc ſciens, vel conſentiens.facientes.n.& conſen. &c.
de off.deleg.c.1. quod dic vt ibi,& ĩ.de ſen.ex.quãtæ.
6 (Sed auget)25.di.criminis.¶ Gl.1.arbitraria.¶ Vlti-
ma gl.ſignat contrarium de caſibus &c.¶ In gl.vl.ibi.
7 §.1.)vide de præſcrip.ſi diligenti,in prin.vlt.gl.¶ † In
gl.1.ibi,poſſunt) Inn.vr̃ notaſſe contrarium, infra.eo.
tua nos, vt dicam infra eo.quoniam ſuper 1.gl. ¶ In
gl.3.ibi, ſepultura) & quando poſſit inde recipi pre-
cium, vel non (& in ſi.) 13.q.2.§.item quæritur, & ĩ.c.
proxi.per T.& Goſſ.

ADDITIONES.

a ¶ Monaci,vide ad materiã huius c.& ſe.Bar.in l.Titio.§.1.ff.de cond.& demon.& Bal.in l.1.C.de condi.inſti.
b ¶ Totum.Vide Bar.in l.talis ſcriptura,ff.de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
Ad archidiaconi pertinet officium ponere in ſede.
2 *Procuratio exigi poteſt.*
Oblatũ gratis nõ vetatur recipi in caſu huius conſtitutionis.
Conſuetudinem malam pro priuilegio aſſumunt impij.
Propter perſeuerantiam maior imponitur pœnitentia.
Pro baptiſmo conferendo ei qui non vult aliter baptizare, vel pro pagano, vt eum recipiat, an dare liceat pecuniam.

Digitized by Google

Pro non ordinando ſimoniace an liceat.
4 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, n. 5. & 6.*
Pecuniam dare ſine ſimonia pro quibus non liceat, & ſupra. num. 3.
In ſacramentis, quibus conferendis adſit gratia Spiritusſancti, & an in matrimonio.
Spiritusſancti præſentia quibus & quamdiu adſit.

C A P V T IX.

1 Cum in eccleſiæ. Summatum eſt ſ. c. prox. † Et primũ ponit factum hor
ribile, & excuſationẽ conſuetudinis improbat. ſecũdo
illud prohibet, quia ſimoniacum, ibi, Ne igitur [Vena-
litas] ſ. ſacramentorum, & aliorum ſpiritualium, vt ſeq
tur [In ſedem] ad officium archidiaconi ſolet hoc per-
tinere. ſ. de offi. archidi. vt noſtrum [Sepulturis] ſ. c. p
xi [Alijs] ſimplex relatio: vel large dr̃ ſacramentũ [Ali
2 quid] indebitum. nã † procuratio exigi põt. ĩ. c. proxi.
Gof. [Reqratur] nõ vetat, quin gratis oblatũ recipiat.
vñ dixit Inn. ꝙ hoc verbũ iuſtificat decretalem [Legẽ]
i. coruptelam q̃ pro lege ſeruanr, licet mortale pecca-
tum inducat. Nam & impij malam conſuetudinem
priuilegio aſſumunt. 80. di. mala. Hoſti. Diutius] ergo
ꝑ p perſeuerantiam in crimine imponetur maior pœni-
tentia, de hoc 90. diſt. ſi qs monacus, & c. ſeq. [Vel Sa-
cerdotibus] in ſingulis his alternatiuis repete, ne pro,
3 ſm Ho. [Sacramẽtis] an l. ceat † dare pecuniã presbyte
ro, q aliter nõ vult baptizare, no. 1. q. 1. baptizandis. &
an liceat aliqd dare pagano, vt baptiſmũ recipiat, no.
a 1. q. 2. q̃ pio.[a] dare ẽt pecuniam epiſcopo, ne vlterius ſi
moniace ordinet, eſt ſimonia ex parte recipientis, ſed
4 non dantis, ſm T. & Bartho. in uene. 71. ¶ Scda † gl. in
ordine reſpondet p modum obiectionis. tertia per mo
tum qõnis, quare aliud in baditione coniugum, q̃ in
5 coniugio. ¶ In † gl. 2. ibi, pro conſ. etudinibus] permit
tit ſm facultatem reddituũ primi anni plus, vel minus
6 exigi a promotis. ¶ In gl. 2. ibi, dilectus] dicebat Lau.
cuius fuit hæc gl. dico hac conſue. abolendam, cũ ha-
beat ſpeciẽ mali. ¶ In gl. 3. ibi, confertur] imo confer-
tur, quod dic, vt dixi ſ. de ſacra unc. c. 2. no. circa prin.
ſuper ver. ſac amentũ. dicebat Phil. hanc rationem ẽt
ſi uera eſſet, nõ cõcludere id, ad quod inducitur. nã &
in electione non interuenit gratia Spiriſancti, & tñ
dare ibi pecuniam eſt ſimoniacũ. ĩ. e. de hoc. & c. Mat-
thæus. idem in ſepultura, vt hic [Et ibi, Connubia] poſ-
ſet dici, ꝙ & ſi in actu ſacramẽti matrimonialis nõ ad
ſit gratia S. S. vt ibi, adeſt tamen gratia, quia in illo a-
ctu quis põt mereti. e. cã. q. 4. dixit Sarra, ad ſi. & c. quis
ignoret, & c. dicat aliquis. 23. q. 5. c. 1. Nam nec ſanctus
ſemper adeſt pſentia S. S. quo ad quædam, de pe. di. 2.
quærendum, & c. põt diſcurſus, ad hoc autem ſic reſpõ
det Go. in alijs ſacris adeſt gratia, & præſentia poteſt
adeſſe, ſed in coitu matrimoniali & ſi gratia poſſit ad
eſſe quo ad meritum, pſentia tamen dedignatur adeſ-
ſe propter ſtuporem & pruritum, in quo hõ quaſi totus
caro efficitur, & etiam beſtialis, ad quod accedit ſecũ-
dum Ho. quod legi. & no. de cle. cõiu. quod a te. ¶ In
gl. vl. ibi, teſtamento] 4. Re. 5. [& in fi.] de quo actu. 8

ADDITIONES.

a ¶ Quam pio. Et vide infra eodem, dilectus, el. a. in 1. glo. & ſupra illa, & 26. q. 3. c. pe. per glo.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio large dicitur ſacramentum.*
Pro ea quare detur procuratio, pro baptiſmi actu nõ, alio reij cit, vide nu. 5.
2 *Aduentum ſuum præſignificare debet epiſcopus.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. & 5.*
Pro labore ordinandi, vel baptizandi ſi quid detur, ſimonia committitur.
Procurationem epiſcopo non licet recipere niſi in permiſſis.

C A P V T X.

1 Cum ſit. Breue eſt [Conſecratione] q̃ † large dr̃ ſacramentum: quia ſacræ rei ſi-
gnum, de hoc 1. q. 3. c. vl. nec debet
in ea interuenire pactio, quod intellige vt not. 1. q. 4.
eccleſia. & quare pro actu conſecrationis datur procu-
ratio, & non pro actu baptiſmi. no. 10. q. 4. relatũ [Pro-
curationem] de recõcil. an pro ea detur procuratio, di
2 xi ĩ. de con. eccle. vel al. propoſuiſti [Exigere] & † præ-
ſignificare debet aduentum ſuum. idem, vbi viſitat. ſ.
3 de offi. proconſ. obſeruare. Vin. † Gl. rñdet p modum
obiectionis. cũ procuratio ſit quid temporale. quomo
do pro conſecratione poteſt exigi, ſecundo tractat de
4 qualitate procurationis. ¶ † In 1. gl. in fi.] vide de vita
5 & ho. cle. cũ ab omni, in 3. gl. ¶ In † gl. 1. ibi. p labore]
adde, quod no. 1. q. 2. placuit, in gl. 2. [& ibi, a iure] vñ
dicebat Ala. & poſt eum Vin. & Phi. ꝙ ſi pro labore or
dinandi, vel baptizandi aliqua ẽt procuratio accipere
tur, pro ſacro accipi intelligetur, & ſimonia committi
tur. quod. n. pro labore accipitur, pro ſacro acceptum
intelligitur, cum vnum ſine altero non proueniat. 1. q.
3. ſi quis obiecerit. in hoc ergo caſu, & alijs permiſſis a
iure recipi poterit: alias gñaliter pro officio impendẽ-
do Prælatus ẽt procurationem non recipiet. 1. q. 3. ven
dentes, non ſolum, de uit. & ho. cle. cũ ab omni. 18. q.
2. hoc tantum. infr. e. nemo. & adde quod dixi ſup. tit.
2. ſicut olim, ſuper 3. gl. Dicebat hic Go. ꝙ non recipi-
tur hic procuratio pro labore conſecrandi, ſed pro la-
bore uiæ, quod non placet Hoſt. Quid. n. ſi non laboret
in via propter vicinitatem eccleſiæ, tenet ergo eam an
nexam officio conſecrationis, ſicut & viſitationis, vt
dicit gl. [Et ibi, cauendum] imo p hoc c. vř, ꝙ tunc de
beat epiſcopus procurari, cum ipſe ſe procurare non
poteſt: ſed dic vt ibi [& in fi.] idem Inn. per eadem iu-
ra. ad idem de reſcrip. ſtatutum. §. prouiſurus, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *De ſimonia conuictus deponendus eſt, & quando ſimiliter infamatus ad eius commiſſionem an promiſſio ſufficiat.*
Aut, hic vr̃ accipiatur nu. 5. quid ſit, ibid.
2 *Angliæ Rex patronus generaliter eccleſiarũ regni ſui habetur*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
In neceſſitate quis beneficium præſtare non dicitur.
Pœnam, & præmium quis ex eodem facto conſequi non debet. §. fin.
5 *Additio gloſſarum.*
Notorium facti quod.
Promiſſio punitur hic.
Confeſſo, cedenti etiam an & quatenus parendum. §. 2.
Vexationem redimere an liceat. §. 3.
Pecunia illicite accepta, reſtituenda eſt datori. §. fina. ſed non ſemper, & nu. 6.
6 *Aliena reddenti nihil deperit.*

C A P V T XI.

1 De hoc. C. Conuictus † de ſimonia deponen-
dus eſt, & idem in infamato, q ſe pur
gare nõ poteſt. Et ſunt 2. partes, i. tra
ctat de archidiaco. & clerico, & loquitur diffiniendo.
ſecunda de rege, & principibus, & loquitur hortando.
iterum prima diſtinguit inter notorium, & famoſum.
ſecunda ibi, Si vero [Archidiacono] habenti vocem in
electione. Hoſt. [Eidem] ideſt electioni eiuſdem epi-
ſcopi. ſi. ſup. de conſeſ. c. 2. de elect. per inquiſitionem
vbi

Digitized by Google

a vbi, de hoc. Ho.[Aut]diſiũctiuũ.[a] & ſic ſ̃.locutũ eſt de
notorio facti, vel venit expoſitiue, vt exponatur pro.i.
[infamia]ſup.nce ꝑt per inquiſitionẽ veritas reperiri.
Hoſt.[In qua]ſ.purgatione[Vt quaſi]ſi intelligeres de
bonis eccleſiæ. vt quia prius promiſit, & poſtea ſoluit,
ſic ceſſaret ꝯriũ[aſſenſum]principaliter rex: quia pro-
nus habebat aſſentire, principes vero receperũt, vt il-
lũ ad hoc inducerent, vel ẽt principes erant patroni,
& ſic ẽt receperunt, vt principaliter conſentirent: ſed
2 ſm Ho.prior intellectus verior; & põt † adaptari regi
Angliæ, qui in ſuo regno pronus eſt gñalis habitu, licet
non in ſingulis eccleſijs actu, vel exercitio.ſi. C.de cu-
ra.furi.l.pen.ad fi. Dicit tñ, qđ hic vr̃ loqui de rege Hi-
ſpaniæ, ſcribit.n.archiep̃o Toletano: ex ſuperſcriptio-
ne tñ hac nõ apparet[Periculo]ob cãm poſſent ꝯpelli
ſ̃.de iudic.nouit, ſed ſuperſedetur cõpulſioni pp ſcan-
3 dalũ, vel quia occultũ. Eg, vel quia incertũ.¶ Gl.3.ar-
guit.qđ non mitius &c.In ꝯriũ alleg.4.canones, & ſol-
uit.¶ Gl.vlt. no.pecuniam ſimoniacã &c. ſignat ꝯriũ
4 de decr.veniẽs: ponit ſo.Ala.poſtea ſuam.¶ † In gl.3.
ibi, de ꝯfeſ.l.1.]quæ ſic iacet, Confeſſus pro iudicato
eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur[& ibi,
proxime]priuilegium patroni, quo liberta, cũ qua con
traxit, ab eo non poteſt diuertere, locum non habet in
illa, quam ex fideicommiſſo manumiſit, magis enim
debitam libertatem præſtat, quam in mulierem bene-
ficium conferat.¶ In gl.vlt.ibi, ſiue hæreditaria] ſi ge
ſtor emit rem, quæ interijt ex culpa ſua per incendiũ,
vel ruinam, cum ex eo ſit damnandus, interemptarum
5 rerũ nomine nil conſequi debet.¶ † In gl.1.ibi, noto-
riũ facti] vt quia in conſpectu populi fuerunt inita pa-
cta ſm Inno.ar.de elect.c.2. de notorio.n.iuris ſtatim
ſequetur.¶ In gl.2.ibi, maxime]quaſi ſufficiat promiſ-
ſio, vt 8,q.2.illud, & q.3.talia. Vinc.nam & ſimonia di
citur ſtudioſa volũtas emendi &c. ſm Goſt.¶ In gl.3.
ibi, extra iudiciũ propriũ]de iudic.at ſi clerici[& ibi,
in prin.] & 56. diſt.c.vlt.& ſupra de elect. innotuit[&
ibi non parcitur]in totũ.putat enim Hoſt. etiam in ali
quo parcendum ei, qui probationes non expectauit, &
ſic ſit arbitrarium, de tranſac.c.fi.[& ibi, timore]& eſt
ſimile, quod de ceſſione dicitur. infra eod.per tuas, &
ſupra de elect.dudum, in fi.[Et in fi.]ad hoc 13.q.2.q̃
præpoſterum.24.di.c.vlt.& 15.q.8.in ſumma.¶ In gl.
hic rex.ibi illorum] ſecũdum Ala.qui dicebat, ꝙ alias
licuiſſet vexationem redimere. de hoc infra eod.dile-
ctus.forte regi & principib. fuit data pecunia, vt cum
electoribus iſtum eligi procurarent.¶ In gl.vlt.ibi, pœ
na dupli] cum ſint laici, Ala.& cadent a dignitate, in
auct. quomodo oporte. §.ſi quis autem extraneorum.
Vin.[& ibi, ſi quis in atrio]vbi de hoc, & 92.diſt.c.pe.
[& ibi, dedit] de hoc 1.q.3. ſi quis dator[& ibi onero-
ſus] Idem vr̃, etiam ſi mon. non intrat, quando adeo
pauper eſt, quod non habet vnde viuat, vt.ſ.tunc ſibi
reſtituatur, ar.eius, quod no.de cle.conin.quod a te.&
hoc maxime ſecundum Hoſ.cum erraſſet in iure vel in
facto[Et ibi communiter]non ob.quod delictum per-
6 ſonæ &c. quia nihil † deperit vtilitatibus eorum, qui
reddunt aliena.44.diſt.generalis, ſecundum Goſt.qui
b hoc no.in contrario.[b][Et ibi, ignominiam]Goſ.dat ſi.
C.de repudia. auct.hodie. C.de epi.& cle. l.raptores.
ff.de calum.l.generaliter.§.vlt.prima dicit, ꝙ pœna il
lius, qui falſo nunciat mulieri maritum mortuum, appli
catur ei, qui mortus dicebatur: ſecunda, ꝙ pecunia da
ta Titio, vt mihi calumniã faciat, mihi reſtituitur. ter-
tia, quod ſubſtantia raptoris datur mon. mulieris ra-
ptæ[& ibi, vſum]q.d.quod proprietas ſpectet ad pri-
mum mon. & vſuſfructus poſt mortem illius[& in fin.]
Nam tunc ſecundum Hoſt. nec dans recuperabit, nec
eccleſia, quæ fuit in culpa, retinebit, ergo confiſcabi-
tur, arg.de don.inter virum & vxor.& ſi neceſſe, & qđ
ibi no.nam & turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquẽ
da. ff.de calumnia. in hæredem. nec prodeſt eccleſiæ,
quod hi, qui receperunt, ſint defuncti, arg.ff.de eo, per
quem fac.eſt.in l.1.in fine.ff.quod met.cauſa, quod di-
ximus, in fi. Confiſcabitur autem fiſco ſummi, non in-
ferioris principis in hoc caſu, & ſic erit pecunia pau-
peribus eroganda, argum.infra de vſur.cum tu, ſecun-
dum Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Diſiunctiuum.ver.hic vnum ſtat proprie & improprie, ſ.ma-
nifeſtum: quia primo pro notorio, & ſic improprie, ſecudo pro
prie, ad idem de reſcrip.plerunque, & c.cauſam.
b ¶ Contrario.vel illud quando ſolus deliquit hic omnes, vt in
c.delictum, de re.iu.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticũ promittere pro temporali obſequio, an & quando ſimoniacum, & nu.14.*
2 *Citatus perſonaliter non habet neceſſe perſonaliter perſiſtere vſque ad finem cauſæ, ſed debet ex cauſa licentiari.*
Ad cauſam proſequendã perſonaliter diſtringere partẽ, vel procuratorẽ conſtituere an & quando quis diſtringatur.
3 *Dare eccleſiam pro præſentare ad ipſam.*
9 *Epilogus gloſſarum.*

Inimicitię non capitalis effectus recõciliationis etiam remiſ.

10 *Suffragium gloſſarum.*

Voluntas defuncti ambulatoria uſque ad ſupremum vitę exitum.

Calumniatus ſemel me, etiã alio crimine nõ me accuſat, §. 2.

Patroni tutoris famæ parcitur, §. pen.

Suſpecti tutoris cognitio poſt finitam tutelam ſoluitur.

11 *Additio gloſſarum cum nu. ſequen.*

12 *Ob inſufficientiam prælati quando remoueatur, & quando coadiutor detur.*

13 *Conſpiratio quando fit in malum, eſt grauiſſimum crimen.*

14 *Arbitrium diſcreti iudicis, quæ temperent.*

15 *Poſt mortem litigatoris in quibus caſibus procedatur.*

CAPVT XXXII.

Per tuas Caſus eſt præcedentis. & intendit, quod ibi dixi. ponebant Pe. & Abb.
1 verſus, quos † fuiſſe dicebant Roderici Hiſpani, epiſcopi Palentini. Qualiter, in qualem, per quos, quæ culpa probetur. adde modum cæli, ſic diſtinguas, Licet Heli. Et ſunt duæ partes, in 1. conſultatio. in ſecunda reſpõſio, ibi, Noueris, quę primo diſtinguit circa 5. ſecundo coaptat illa propoſito, repetens factum, & declarans interlocutoriam decr. ſupra proxime. tertio ibi, Tales reaſſumendo, concludit. quarto ibi, Vnde, recitat ceſſionem[Ad abolendam]& in cuius fine ſic dicebatur, Cum tanta ſit labes huius criminis, ſicut in canone continetur, quod ad ferendum in ea teſtimoniũ quilibet admittatur[Edidimus]. ſ. cle. 3. [Ad cuius] ſup. & omnium iurium, ſi qua ſuper hoc viderentur contraria. Ho.[Et vtrum]ſupp. ſi ciuiliter, ſecundum gl. & Hoſ.[Rigore.n]ideſt aliquo proſequẽte, de accuſ. cum oporteat, & c. ſe. Hoſtie.[Aequitatis] ideſt ex puro officio nemine proſequente. Inno. ſupra
2 cap. prox. cuius gl. poſuit hic Hoſt. tractauit † de inquiſitione, quomodo interdum ſit ſpecialis, interdum generalis ſuper ſtatu eccleſiæ, & quomodo in prima exprimerent capitula, & crimina. in ſecunda non, de his plene dixit, ſupra ti. 1. qualiter. Tractauit etiam, an infamato prælato poſſit inquiri ſuper ſtatu eccleſiæ, & qualiter tunc ſit forma iurandi. & de hoc dixi eo. titu.
3 cum dilecti, in princ. in glo. 1. ipſius, & gl. ſeq. ſcias † etiam, quod & ſi infamia non præcedat, ordinarius uiſitare poteſt, cum illud faciat non ſolum propter crimina corrigenda, ſed etiam propter populum inſtruendum, 10. q. 1. decernimus, & c. epiſcopus, & c. placuit. aliam vero inquiſitionem inducit ſola infamia ſecun-
a dum [a] cos. Et ſupp. non ſecundum temperantiam ęquitatis proceditur, diſtinguendum eſt, vtrum & c.[Ipſe] contra quem proceditur[Regularis]qui facilius remouetur[Secularis]qui difficilius remouetur[Inferioris] puta Abbas, vel inferior, qui facilius remouetur, ſupra ti. 2. ad petitionem, & c. qualiter 2. in fin.[Bonæ famæ]
4 quo † caſu non admittentur niſi teſtes honeſti. Hoſtie. [Infamatus]quo caſu conſimiles in tanto crimine admittuntur. de hoc, ſupra tit. 2. cum P. Et ſupp. ſi fuerit grauiter infamatus, conſiderandum eſt & c. Hoſt.[De facili]& ſic leuius tranſeatur[Scandalo]& ſic non quilibet admittitur[Præterea[& ſic proſequitur tertium
5 de qualitate teſtium[Honeſti]quibus † ſemper creditur. Et ſup. ſi criminoſi[Emendat]quibus creditur, argum. 50. di. ferrum[Perſeuerant]quib. non creditur; ꝙ dic, vt ſupra de teſti. teſtimonium. Rurſus proſequitur quartum de qualitate criminum. & ſupr. conſiderandum eſt[Crimina] obiecta teſtibus[Eadem] reſpectu illorum, de quibus agitur[Maiora]ſed quomodo ſunt
6 † maiora quoniam ſimonia contra id. 1. q. vlt. patet, & infra eo. c. dic, ꝙ non reſtringit ſe hic ad caſum noſtrũ, ſed dat generalem doctrinam: vel dic hoc dictũ: quia in ſimonia ſunt gradus: quia altera maior altera: vt ſi inquiſitus de ſimonia, quia prohibita, excipit de prohibitione, quia ſimoniacum. de hoc, de oſ. de le. ex parte[Iuſtitiæ]quam ad veritatem dicẽdam habere poſſet etiam criminoſus(Denique) proſequitur quintum & ſupple. ſi criminoſi ſunt teſtes, eſt conſiderandum,
7 vtrum & c. (Adminicula) puta † infamiæ, vel vnius boni teſtis, Pe. (Suffragẽtur) quo caſu admittuntur teſtes maxime emendari, infra verſ. cęteris(ille quidem) repetit, quod prius diſtinxerat, & ad factum reducit(Debilitarent) ſcilicet exceptiones furti, & adulterij(Et roto) ſig. argum. ſupra de ſucceſ. ab inte. c. ſi. (Tales) ſcilicet criminoſos, maxime emendatos, quibus minores opponebant ex zelo iuſtitiæ deponentes alijs adminiculis, ſuffragantibus ſecundum Hoſt. (Contra talem) ſcilicet regularem inferioris gradus grauiter infamatum, & qui poteſt ſine ſcandalo remoueri, Hoſt, (Taliter) cum agitur ciuiliter ſecundum temperantiam æquitatis, non vt ab ordine deponeretur, ſed vt ab adminiſtratione remoueretur. Hoſ. (Ceſſit) quęrebat hic
8 Abba. ſecundum Vinc. quid † ſi pendente inquiſitione contra aliquem Abbatem ille promoueatur ad epiſcopatum inquiſitione pendente, nunquid inquiſitores procedere poterunt? videtur quod non. 3. q. 2. cap. fin. ipſe tenent contrarium, quod animaduertere poſſunt, vt pœnitentiam imponant, & alias non, vt ab e-
b piſcopatu remoueant, [b] inducunt ff. de tranſact. l. 2. nec ille debuit promoueri. 81. di. tantis, ſupra titul. 2. omnipotens, vbi etiam quædam dixi per eos hic not. Dicunt etiam, quod ſi pendente inquiſitione in eccleſia promoueretur ſubditus in prælatum, procedit inquiſitio vt in membro, non in capite, contra illum ratione principij, de elec. dudum. 1. & 2. de proba. poſt
c [c] ceſſionem. Dicunt etiam, quod promotio non tenet per ca. tantis. & ſi impetrata ſit inquiſitio in capite, & in membris, canonici mortuo capite poſſunt eligere, quamdiu ſunt canonici. 1. q. 1. dedit. Si autem mortui ſint illi, in quos debebat fieri inquiſitio, videtur, quod fiat in ſucceſſores, argum. de oſt. de le. quoniam, de immu. ec. aduerſus. Sed non eſt ita: quia crimina morte extinguntur. C. ſi reus, vel accuſa. mor. l. 1. Quod intellige, quando contra nominatas perſonas facienda eſt inquiſitio; Secus, ſi non nominatis perſonis contra capitulum ſit faciẽda: quia capitulum ſemper eſt idem. ff. de iudi. proponebatur. 7. q. 1. denique, argu. 16. diſ. habeo, ſecundum Abb. de his omnibus vide in Spec. de inquiſitione. §. nunc videndum, ver. nunquid ſi pendente, & ſe. vſque ad ſi. & vide quod dixi de elect. per
9 inquiſitionem, ſuper vlt. glo. ¶ † Gl. 1. ponit caſum. 5. opponit, quod in iudicijs & c. ſoluit. ¶ Gl. ꝓpter alias, tractat, quod inimicitiæ non capitales non repellunt a teſtimonio, ſed fidem minuunt, & quid ſi facta fuerit reconciliatio? ¶ Gl. & ſic) quærit de periurio, an admittatur

Digitized by Google

mittatur. ſoluit quod non. ¶ Gl. verba iſta] hæc gl. pro
ſequitur duas lecturas, vnam ſcilicet La. aliam Io. Vin
cen. & Tan. qui variant in diſtinctione circa perſonas
t. ſtium; quia ſecundum La. ſoli emendati admittun-
tur, ſecundum Ioan. & ſequaces etiam non emendati:
quia tamen vtraque lectura diſtinguit perſonam, con
tra quam: concluditur tales admittendos contra reli-
gioſos, qui non admitterentur contra ſeculares. ad qđ
ſignat gl. contrarium de cap. in primis. 2. q. 1. reſpon-
det, quod in accuſatore loquitur. obijcit lecturam La.
per dec. teſtimonium, quod ſi hic requiruntur teſtes,
emendati, nil erit ſpeciale in ſimonia. Item obijcit tex
tui, & vtrique lecturæ. reliquæ diſtinctiones ſuperfluæ
præter illam de modo agendi, & qualitate teſtium, &
acquieſcit obiectioni. vel ſecundum gloſ. dec. teſtimo-
nium, loquitur in non exceptis. ¶ Pen. gl. in amoto di-
ſtinguit tres caſus. ¶ Vlt. gl. quær. t. an propter ceſſio-
nem inquiſiti deſiſtat iudex, & capi. arguit pro & con-
10 tra. ¶ In † 5. gl. ibi l. 1. §. 2.] vide de iur. calum. literas,
ſuper 1. gloſſ. ¶ In gl. propter alias, ibi licet] vide hãc,
& ſequentes de accuſa. cum oporteat, ſuper gloſ. patet.
[Et ibi l. 3.] vide vt lite non conteſt. accedens 2. ſuper
5. gl. [Et ibi, & læſæ] hæc lex probat, quod dicit gloſ. &
reddit rationem, quia ambulatoria eſt volũtas defun-
cti vſque ad ſupremum vitæ exitum. ¶ In gl. Et ſic ibi
§. eiſdem] ſemel calumniatus contra me, etiam de alio
crimine me poſtea nõ accuſat, & no. de ſpon. is qui, in
gl. 2. ¶ In gl. Et ita ibi, ad probationem] vide in c. ſta-
tim all. ſuper 4. gl. ¶ In gl. pe. ibi, patronus] ille tutor, q
remouetur: quia tunc parcitur ipſius famę. ¶ In gl. vlt.
ibi, ſi quis poſtea] ponit caſum dec. pe. de for. compet.
[Et ibi, poſt finitam] ſequitur, tutelã cognitio ſuſpecti
11 tutoris, quamuis pridem recepta ſoluitur. ¶ † In gl. 1.
ibi, regularis] vel ſecularis ſecundum Hoſtiẽ. & G. Na.
¶ In gl. 3. ibi, excepto] vt hæreſis, infra de pur. can. in-
ter, vel læſa maieſtate, de confeſ. ca. 1. Hoſt. ¶ In gl. pu
ta ibi, alterius] hoc quo ad iuſtitiam imponendã parti
contra partem ſecundum Hoſt. & de hoc infra de reg.
iur. in iudicijs, lib. 6. ¶ In gl. hoc ideo, in fi.] quod dic,
12 vt eo. tit. cap. 1. lib. 6. ¶ In † gl. propter, ibi, prælatus] ẽt
epiſcopus, vt in proxima concor. ſed contra. licet ſim-
plicitas promouendum impediat. 29. diſt. Petrus; pro
motum tamen non deijcit. 11. quæſt. 1. fratris: ſed ibi
loquitur de columbina. dixit Hoſtien. ſupra c. proxim.
ver. cum igitur, quod ſi inſufficiẽtia erat intolerabilis
remouebatur: alias dabatur coadiutor. 1. quæſtion.
1. quia Ioan. & capi. quamuis triſte. vide quod dixi de
13 æta. & qua. cap. fin. in gl. quid de Abbate. ¶ In † gloſſ.
conſpiratio, ibi crimen] quando conſpiratio fit ad ma
lum: ſecus, ſi ad bonum. de hoc 11. q. 1. ſi quis clerico-
rum, & dixi ſupra de iud. exhibita, ſuper 4. gl. ¶ In glo.
propter alias, in fi.] & ibi de hoc, & ſupra de accuſa. cũ
oporteat, in glo. patet. & vide quod ſuper ea dixi. ¶ In
gl. Et ſic, in fi.) fallit in caſu de heret. accuſatus. §. licet,
lib. 6. ¶ In gl. & ita, ibi, probationem] Dicit Hoſt. hanc
gl. intelligendam, quando de alijs criminibus agitur,
vel de crimine ſimoniæ contra non infamatum: alias
tales contra tales admitterentur, vt ſequitur. ¶ In glo.
1. ibi, tantum] de hac expoſitione vide plures concor.
14 12. di. illud. ¶ In gl. verba iſta, in fi.) dixit † Hoſt. cum
multa ſparſerimus, licet per prædicta in multis inſtruã
tur iudices, finaliter hæc materia iudicatur arbitraria,
vt patet in eo, quod legitur & no. de teſti. præterea. §.
fin. de accuſa. cum oporteat, & c. inquiſitionis, & cap.
qualiter. 2. imo videtur, quod ipſam ſequatur, quod ſit
arbitraria. & facit quod dixi de homi. ſicut dignũ, in
fi. 1. reſpon. vnde dicebat Innoc. quod ſi agitur in mo-
dum denunciationis, ſicut ad denunciandum, ſic ad
teſtificandum admittuntur infames, & ſumme crimi-
noſi, dummodo ſint emendati, de teſti. quoniam. Si
vero fiat inquiſitio, & ſit crimen exceptum, admittun-
tur criminoſi, & etiam mulieres, non ſecundum rigorẽ
iuris, ſed ſecundum temperantiam æquitatis, quæ tẽ-
perantia arbitriũ diſcreti iudicis moderatur, qui mul
tas conſiderationes habebit, leuius procedendo, ſi
agatur in modum inquiſitionis, vel denunciationis,
quam ſi in modum accuſationis. item leuius conſide-
rata æquitate, quam conſiderato rigore, quamuis ri-
gor, vbi criminaliter agitur, non poſſet facile tempe-
rari. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. 2. q. 8. ca. 1. niſi in crimine
excepto, ſupra eo. tanta. Secunda conſideratio circa
perſonam, contra quam proceditur, vt facilius admit
tat teſtes, & procedat contra religioſum, quam contra
ſecularem. & facilius, ſi eſt minoris gradus, quam ma-
ioris, & facilius contra infamatum, quam contra il-
lum, qui eſt bonæ famæ, & forte contra illum nullo mo
do. Et facilius contra illum, contra quem ortum eſt
ſcandalum. & facilius, ſi poſſit puniri de facili. Ter-
tia conſideratio erit circa teſtem, vt facilius admittat
honeſtum, quam criminoſum: facilius emendatum,
quam in crimine perſeuerantem. Et facilius crimino-
ſum teſtificantem ex zelo iuſtitiæ, quam ex odij fomi-
te. Quarta conſideratio verſatur, circa oppoſita, fa-
cilius enim admittet teſtes, quibus minora, quam qui-
bus eadem opponuntur. & ſi eadem cum ſunt ſocij, nõ
facile admittentur, ſupra de teſti. veniens. item faci-
lius, ſi ſint paria, quam ſi ſint maiora. item facilius, cũ
criminoſi teſtes habent adminicula. item conſidera-
bit, an crimen ſit exceptum; quod facilius conuinci-
tur. Alij dicunt hæc omnia locum habere in exceptis
criminibus tantum, & quãdo ciuiliter agitur. & quod
hæc temperantia non committitur iudicis arbitrio,
cum in iure ſit ſcripta, ſecundum Innoc. argum. de of-
fic. deleg. de cauſis: ſed vt dixit Hoſtien. hoc nihil eſt:
quia & ſi ſcripta ſit, generaliter tamen ſcribitur, nec
qualiter ea, vel in quibus præciſe vtendum ſit, vel non
declaratur, ſeu diffinitur, & ideo ipſam inſtructoriam
& arbitrariam iudicare debemus ſupra de tranſact. c.
fi. de reſcrip. cum contingat. ¶ In gl. ſic, ſupra in fin.]
15 dicebat † hic Goſt. contra clericũ ſecularẽ ẽt in crimi
ne ſimoniæ infames ad teſtimonium non admitti, etiã
interuenientibus omnibus adminiculis, de quibus hic
habetur, quæ coadiuuant ſolum contra regularem, &
de æquitate, non de rigore: fatetur tamen clericum ſe-
cularem in hoc crimine, ſi infamatus eſt, accuſari per
infamem. ratio diuerſitatis hic habetur in litera. ¶ In
16 gl. vbi † quis, ibi, infamis] hoc verum, ſecundum Ho-
ſtien. niſi exauctorando idest degradando ſit amotus.
tunc enim infamis eſt, & cauſa ignominiæ non adda-
tur. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ [& in fin.]
quod intellige, vt ibi no. & dixi ſupra de elect. ſuper c.
17 ¶ In gl. vlt. in fi.] dicebat † Hoſtien. hanc gloſſ. verã,
cum ille paratus eſt pœnitentiam agere: alias contra
2. q. 1. ſi peccauerit, infra de collu. crimina, dummodo
d non interſit alicuius ratione [d] expenſarum, vel fru-
ctuum, vel vt ſciatur a quo, & de quo ſit eccleſiæ pro-
uidendũ, in quib. caſibus, & an poſt mortẽ litigatoris
proceditur. C. ſi pe. ap. per totũ, C. ſi reus, vel ac. mor.
fue. per totum, ſupra de arbi. ex parte, infra vt lit. pen.
c. 1. & 2. lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Secundum. Vide materiam inquiſitionis in l. 2. §. ſi publico, ff. de adul. per Bar.

b ¶ Remoueant. ad materiã facit q. de laico facto clerico, de qua per Bar. in l. 1. ff. de pact. & Io. And. in c. 2. de obli. ad ratio.

c ¶ Poſt. vide q. quam ponit Io. And in Spec. tit. 1. §. reſtat, verſ. quid ſi cauſa, & Bar. in l. leg. §. 1. ff. de leg. 3.

d ¶ Ratione. Vide Bar. in l. deſtitiſſe, ff. de iudi. & vide bonã tex. in l. fi. & c. de ingenuiſ. §. ubi Bal.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pecunia data pro confirmatione quando non imputetur confirmato, & num. 3. in fi. & nu. 9.*
Diuiſio decretalis.
2 *De medio, pro de hoc mundo, & quare.*
Pater pro abbate.
3 *Electus petit confirmationem, ad fin.*
Vt eligatur etiam, quis petit.
3 *Facere dicitur, qui non facit.*
Pecuniæ obediunt omnia.
Præſertim, vt hic ſumatur.
4 *Solutio hic inducit vitium, alibi purgat.*
Canonica pœna quæ.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 6.*
Tacens conſentire videtur.
Ratum poſſum habere etiam non nomine meo geſtum. §. 1.
De fraude quis ſua commodum reportare non debet. §. 2.
7 *Additio gloſſarum, & nu. qui ſequuntur.*
Religioſus eligi poteſt etiam ad alienam eccleſiam.
8 *Adminiſtrare ante confirmationem an quis poſſit.*
Confirmatus quid facere poſſit, & æquiparatur miniſtratori. §. 1
Excommunicationis ſententia ſi feratur in malefactores, niſi ſatisfecerint, poteſt ab epiſcopo latore reuocari, ibid.
9 *Electio, ſeu confirmatio an ualeat, pro qua data pecunia fuit.*
10 *Iudicandum non ſecundum conſcientiã, ſed ſecundũ probata.*

CAPVT XXXIII.

1 Sicut tuis. C. Non † imputatur confirmato,
cum eo prohibente pro ipſius cõ-
firmatione pecunia data fuit. Et
ſunt duæ partes. in 1. abbatis conſultatio, in ſecunda.
ibi, Quamuis, papæ reſponſio. prima 6. narrat. 1. quæ-
rentis electionem. ſecundo ipſius adminiſtrationem
ibi, Et quoniam. 3. confirmationis denegationem ibi,
Cæterum. 4. electi inhibitionem ibi, Verum. 5. inhibi-
tionis tranſgreſſionem ibi, Sed quidam. 6. electi con-
firmationem ibi, Et ſic. Secũda prin. facit 4. primo ſol
uit oſtaculum. ſecundo reſpondet ibi, Taliter. 3. reſpõ-
ſum fortificat ibi, Alioquin. 4. contra facientes prote-
2 ſtatur ibi, Illos autem (Sublato) per mortem (De † me-
dio) i. de hoc mũdo, quod quare dicatur medium, ha-
bes 23. q. 4. hęc autẽ vita (ipſa) Semblacen. eccleſia (Fi
lium) quia monacũ (Partem) quia in abbatem, de ęta.
& qual. intelleximus (Cathedralis) monaſterij Sẽbla-
cen. (Interim) i. dum vacauit Leodiẽ. eccleſia (A te) pe
tit ergo electus confirmationem, s̃. de elect. dudum. 2.
nam etiam poteſt petere, vt eligatur publicato ſcruti-
nio. de hoc de elect. publicato, ſecundum Hoſt. (Hoc
fieri) ſ. denegationem confirmationis. Et no. ſecundũ
3 Hoſt. ꝙ qui † non facit, dicitur facere. de hoc ſupra eo.
nemo (Ignorante) & contradicente, vt præcedit, & ſe-
quitur (Libere) vt credebas: interceſſit tñ pecunia, cui
obediũt omnia. eccleſiaſtes. 10. G. Virgilius Eneidos
lib. 3. quid non mortalia pectora cogis, auri ſacrafa-
mes? facit C. de epi. & ele. ſi quemquam (Præſertim) li
cet quidam exponant pro tantum, tu exponas pro ma
xime (Imputari) vt ex hoc tanquam ſimoniacus repro
beris, & caſſetur electio de te facta. puto autem, ꝙ cõ-
firmatio tanquam emptitia & ſimoniaca non valuit,
niſi ab inimico data fuiſſet, ſupra e. no. Gof. (Soluẽdo)
4 hic † ſolutio inducit vitium, alibi purgat. C. quod me.
cauſa. l. 2. Go. (Alioquin) i. ſi hoc tibi imputaretur (Ca
nonica) depoſitionis. ſ. cum no. infamiæ. 1. q. 3. cap. ſi.
ſupra eo. c. 2. in fi. etiam ſi per inquiſitionem ſit actũ,
ſupra de accuſa. inquiſitionis. 1. reſpon. & infra e. quo-
5 niam. Hoſt. ¶ † Secunda gloſſ. obijcit, & contra obie-
ctionem arguit. ſecunda fatetur obiectionem, & illi re
ſpondetur. ¶ Gl. 3. arguit, quod confirmatus &c. ſecũ-
do ꝙ per hoc verbum ſub interminatione, &c. & gloſſ.
exponit, & remittit. ¶ Gl. quia ſæpe) ponit duo genera
lia de tacente, ꝙ cõſentit, & quod cõtradicit. ad vtrũ-
que ſignat contrarium, de reg. iur. qui tacet. ¶ Gl. di-
xit) ponit lecturã Vinc. diſtinguentis inter electionẽ,
6 & confirmationem. ¶ In † gl. quia ſæpe, ibi, ſi vt prępo
nis) cũ nubit filia pater tacendo conſentit (& ibi. §. in-
uitus) hãc, & l. ſe. vide de pręſumptio. nonne. ſuper vlt.
gl. ¶ In gl. nam ſi ibi. §. quot) deiectionem factã meo
nomine ſiue meo mandato poſſum ratam habere (Et
ibi, Item quæritur) ibi bene fuit geſtum ratione ratum
habentis, ponit enim caſum, quando eum, qui nil tibi
debebat, monui, vt tibi ſolueret: & is mihi ſoluit, & tu
ratum habuiſti. ¶ In gl. ſi. ſt. in ſi.] ponit caſum de cita-
to, qui procurauit per magiſtratum detineri. ¶ In glo.
antepen. ibi ſancimus] vide in c. proxi. al. ſuper glo. fi.
[Et ibi, ſi quis ſuo] vide infra de hære. excommunica-
7 mus, ſuper gl. ar. quod. ¶ In † gl. 1. ibi, alienam] dice-
bant La. Io. & Vin. ꝙ hic præceſſit poſtulatio, vel prior
eccleſia ſuberat huic immediate [& ibi, eccleſia] & qđ
religioſus eligi poteſt etiam ad alienam eccleſiam, de
hoc infra de elect. nullus, lib. 6. dic hodie, vt in clemẽ.
de elect. cum ita rationi [& in fi.] & 61. diſt. nullus inui
tus. ¶ In gl. 2. ibi, vbi de hoc] & de inſti. capitulo pri-
8 mo, libro ſexto [& in fi.] vel ſecundum † Innoc. eccleſia
Collucen. contulit auctoritatem adminiſtrandi: quia
ius patronatus habebat in mon. notabat hic Hoſtien.
ꝙ ſi electus non confirmatus auctoritate iudicis lui ad
miniſtrat, non eſt ei imputandum, vt hic: ſed dic ho-
die, vt infra de elect. auaritiæ, lib. 6. ¶ In gl. ar. ibi, con
firmatus] non benedictus T. ſed hic non erat confirma
tus, poteſt tamen ſic procedere ar. ſi hoc poteſt mini-
ſtrator, ergo confirmatus. facit de elect. is cui, lib. 6. &
ſic ceſſet reprehenſio Hoſti. qui mordebat hoc argumẽ
tum [Et ibi, Salonitanæ] vbi de hoc. Quærit Hoſt. quid
ſi ſententiam ſic latam epiſcopus reuocet? dicit, quod
tenet reuocatio, quamuis ſit indecens, & iniuſtum, de
a offi. ord. cum ab eccleſiarum, [a] & c. ad reprimendam.
¶ In gl. forte, in fine] infra de purga. cano. cũ in iuuen
ture. ¶ In gloſ. quia ſæpe, in fi.] Vincen. dic vt infra de
9 reg. iur. is qui tacet, lib. 6. ¶ In † gl. dixit, ibi, Vinc.] &
Innoc. hic, Io. Phi. & Hoſt. videtur velle hæc opinio, ꝙ
licet non valeat electio taliter facta, vulet tamen con-
firmatio. Goff. contra. vt dixi hic in textu. pro opinio-
ne Goff. multum facit, ꝙ petens confirmari tractat de
iure acquirendo. de hoc ſupra eo. dilectus. 1. pro pri-
ma facit: quia tex. vult ponderare aliquem eſſe contra
dictionis effectum, per quod credo primam opinionẽ
veram in expreſſe contradicẽnte: ſecundam in ignorã
te, & non contradicente. ¶ In gl. nam ſi, ibi. T.] & Vin.
[& ibi. c. proxi.] ar. infra de ſen. ex. cũ quis, lib. 6. quod
etiam facit cõtra. ¶ In gl. quod eſſet, in fi.] & infra, de
reg. iur. non debet aliquis, lib. 6. ¶ In † gl. vlt. in fi.] Et
per hoc arguit Hoſt. non ſecundum conſcientiam, ſed
ſecundum probata iudicari debere. remittit, de offic.
ord. ſi ſacerdos, & de oſ. deleg. paſtoralis. §. quia vero.

ADDITIO.

a ¶ Ab eccleſiarum. ibi vide latius Io. And. & per Hoſt. optime de ſen. excom. venerabilibus. §. vbi autem, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus quando ſit, qui bona ſua confert eccleſiæ, vt recipiatur in canonicum, & illa bona ſua teneat pro præbenda, & num. 3.*
2 *Symonia an ſit ex corruptione teſtis, vel iudicis per dationẽ pecuniæ, in eius commiſſione inſpicitur intentio principalis, num. 3.*
Quod tempus inſpiciatur, num. 5. in ſi.
An & quando intentio ſola eam inducat, num. 6.
In connexis eadem ratio.

1 Dona-

3 *Donare quibus caſibus quis dicatur, & num. 4.*
Manifeſtum pro notorio.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Fideiuſſor non agit mandati remiſſa ſibi actione a creditore.
5 *Additio gloſſarum, & num. 6.*

CAPVT XXXIIII.

1 Tua nos. C. Si † clericus eo pacto bona ſua cõ
fert eccleſiæ, vt recipiatur in canoni
cũ, & illa bona teneat ꝓ præbenda,
ſimoniacus eſt: ſecus, ſi hoc fieret ſine pacto. & sũt due
partes. in 1. deciſa conſultatio. ſecunda reſponſio ibi,
Deuotioni. & hoc diſtinguit, ſecundum membrũ pro-
ſequitur ibi, Si vero, cuius determinationẽ ſubdit ibi,
Licet autem [vt exprimebatur] ergo vitium, & erat cõ
tractus do, vt facias [In talibus] ſpiritualibus, vel qua-
2 ſi. Quid † de eo, qui dat pecuniam corrumpendo teſtẽ,
vel iudicem. Dici poteſt ſecundum Hoſtiẽ. ꝙ licet vbi
agitur de temporalibus, corruptio prædictorum nõ ſit
ſimonia: vbi tñ agitur de ſpiritualibus, ſupra de teſt. ſi
cut, erit ſimonia, vel quaſi, ar. hic, & ſupra capitulo pri
mo, & expreſſius ſupra c. nemo, & c. cum eſſent. & hoc
propter connexitatem, ar. ſupra de iu. pa. de iure. & c.
3 cum eſſent. ff. de rei ven. quæ religioſis [Pure] hoc † eſt
donare. ff. de reg. iur. donari. lo. donari videtur, quod
nullo iure cogente conceditur, & ff. de don. l. donari
[Admittatur] fortius ergo excuſaretur ſimo. qñ prius
eſſet receptus, & poſtea ſic offerret [Manifeſtis] i. noto
rijs iuris, vel facti [Intentione] principaliter vix enim
eſt, quin ipſam habeant famam. 8. quæſtio prima, ſunt
in eccleſia 86. diſtinctio. non ſatis, ſecundum Innocen
tiũ, & Hoſtien. [Ille] qui offert. Abb. [Illi] qui recipiũt
[Iudicem] i. Deum 2. quæſtione prima vnus, ſupra de
4 iudic. nouit. ¶ † Gloſ. 3. no. quod tempore receptiones
&c. obijcit, & ſoluit. ¶ In gl. 4. ibi, ſi non remunerandi,
in prin.] ſi non remunerandi animo, ſed donandi cre-
ditor actionem remiſit fideiuſſori, non agit fideiuſſor
mãdati [& ibi. §. vlt.] vide de vi. & ho. cle. cum ab om-
5 ni, in 3. gl. 2. ibi, admittatur] ad idẽ ỹ. de cleri. ex. mi.
propoſuit. ad prælaturam vero non debet ſe ingerere,
de elect. qualiter, Hoſt. ¶ In gl. 3. ibi, ſed contra] quod
tenet Lau. & Honeſtius eſt hoc ſecundum Hoſt. (& ibi,
Poſtmodum] & ibi de hoc [& ibi, Verum eſt] idẽ Vinc.
& T. G. & Phi. Hoſt. quid dixerit hic Inn. dicam infra
eo. quoniam, ſuper. 1. gloſſ. [Et ibi, ſiue poſt] licet inter
dũ liceat poſt, quod non ante, & e contrario, vt in præ.
6 c. quam pio. ¶ In † gl. vlt. ibi, intentio] vt referunt Inn.
& Hoſ. ſunt, qui dicunt, ꝙ & ſola intentio inducit ſimo
niam in prohibitis, quia ſimoniaca. in ſimoniacis ve-
ro, quia prohibita, requiratur pactio. de his, ſup. de oſt.
deleg. ex parte. Tenendum tamen eſt, ꝙ nunquam ſo-
la intentio inducit niſi mentalem. Quid autem de de-
ſcriptione ſimoniæ dixerit hic Hoſt. dixi ſupra cap. ne-
mo, ſuper gl. 2. [& in fi.] dic vt infra eo. c. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Ordines non debet quis recipere ab eo, quem credit ſimoniacum, & num. 5.*
Pro eis conferendis ſi ordinator recipiat pecuniam, an ſit ipſo iure ſuſpenſus, num. 7. & 11.
Pro eis ad diœceſanum recurrendum eſt etiam ab exceptis, eorum executio a quibus non recipiatur, n. 8. in fi. & nu. 9.
11. eos nemo cogitur ſuſcipere, ſed in ſuſceptis miniſtrare, num. 11.
2 *Credendum eſt literis ſuperioris & quo caſu hic.*
3 *Ea ex vanis dictis non eſt informanda talis, ad prælati conſilium deponenda, & num. 6. ſi deponi non poſſit, eſt ſequenda, & num. 8. circa fin.*
Eam poteſt informare quiſque, prout ſibi placet in indifferentibus.
4 *Sacramẽta eccleſiaſtica a quo non recipienda, & quib dãda.*
Peccatori occulto etiam excommunicato officia tenemur miniſtrare.
6 *Simoniacus in ordine ſimoniacè recepto quæ amittat.*
Simoniacus notorius in beneficio qui, & num. 7.
Tales an ſint ipſo iure ſuſpenſi, & a quibus, & num. 11.
7 *In excommunicatis notorijs depoſitis, & ſuſpenſis idem intelligendum quod in ſimoniacis ſuſpenſis.*
Suſpenſio conferenti ordinem ſimoniacè quamdiu duret.
Erronea opinione conſcientia credere & obedire, & deponere tenetur eam, ver. & hanc.
Canonem male intelligere quando non peccatum mortale.
8 *Ab obedientia ſuperioris non licet recedere, & ipſum ſpernere, niſi in exceptis caſibus, & quibus.*
10 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 11.*

CAPVT XXXV.

1 Per tuas. C. Non † debet quis recipere ordi-
nes ab eo, quem credit ſimoniacũ.
Miniſtrare tamẽ poteſt in his, quos
prius ab ipſo receperat, communis diuiſio. Et ſecũda
ibi, Nos itaq; (Cartuſien.) vide infra de homici. ſicut
[Diœceſano] ad quem recurrendum eſt in talibus etiã
ab exemptis, ſupra de reſcrip. veniens. Hoſtiẽ. infra de
a temp. ord, cum nullus, lib. 6. a [Poſtmodum] i. ſuſceptis
iam ordinibus [Quorundam] alias multorum, & forte
iſti erant vicini collaterales, vel ſecretarij epiſcopi, ta-
2 men priuati. Si enim † ſuperior ſuus ipſum talem eſſe
denunciaret, & vitandum mandaret, prima facie cre-
dendum eſſet ei, & parẽdum, de probat. poſt ceſſionẽ,
de treu. & pa. capitulo primo, 11. quæſt. 3. curæ. Hoſt.
[Simoniæ] non dicit in ordinibus, vel aliter. Hoſtien.
[Et infra] quæris, an miniſtrare poſſis in ſuſcepto, &
ad maiores aſcendere [Ad ſuperiores] imo nec in ſu-
ſceptis miniſtrare debet contra conſcientiam [Forte]
ſub dubio forte &c. de procur. tuæ, vel ponitur pro for-
titer ſecundum Hoſt. (Scrupuloſam) i. credulam, & de
3 facili prurientem. ¶ Et no. 5. ſecundum † Hoſt. primũ
ex vanis dictis in alterius præiudicium non eſt conſciẽ
tia informanda. Secũdo, quod ſi taliter ſit informata,
eſt ad prælati conſilium deponenda. Tertio ſi deponi
non poteſt, modis omnibus eſt ſequenda, ſuper quo vi-
de, infra de ſenten. excom. inquiſitioni, & ſupra de tẽ-
por. ord. ad aures. Quarto, quod animi virtus de con-
ſcientia ſcrupuloſa poteſt bonam facere, & vilitas ani-
mi econtra. Quinto, quod in indifferentibus poteſt
quiſque, prout ſibi placet, conſcientiam informare.
(Difficultatem) quoad ſuſcipiendos, & ſuſceptos (Er-
4 rorem) no. Innocent. hic † quod ſecundum quoſdam a
depoſito, excommunicato, vel ſuſpenſo quantumcun-
que occulto non ſunt recipienda eccleſiaſtica ſacra-
menta. ar. hic, in hoc excipiunt baptiſmum, & corpus
Chriſti, vt not. infra de hæreti. capitulo ſecundo, ip-
ſis tamen in publico petentibus tenemur dare de con-
ſecr. diſtinctio. ſecunda, non prohibeat, prima quæ-
ſtione prima, Chriſtus, quia nec in publico ſunt vi-
tandi, vt patet in eo, quod legitur & not. infra de ſen
tent. excommunicatio. cum non ab homine, ſupra de
officio ordin. ſi ſacerdos. imo & ſecundum Innocen.
occulto peccatori quantumcunque etiam excommu-
nicato tenemur miniſtrare officia, ſicut & alijs, ne
ſi prælatus taliter ſe ſegreget, eos prodat, contra id
quod legitur ſupra de offic. ordin. ſi ſacerdos, infra de
pœnit. omnis. §. caueat. ſecunda quæſtio. 1. Si peccaue-
rit. prima quæſt. prima. Chriſtus, & vide ſupra eodem
tãta. quod res adminiſtrarent temporaliter, valet quã
diu ab eccleſia tolerantur. arg. ſupra de elect. nihil eſt,
§. pe.

Digitized by Google

§.pe.& fin.ſupra de cohabi.cleri.& mulie.veſtra.§.fi.
Criminoſorum occultorum etiam ſacramenta non vi-
tabo,licet quo ad ſe ſint ſuſpenſi,vt ibi,& eod.titul.ca
pitu.fin.1.q.1.ſacerdotes. nam ſola prohibitio homi-
nis,vel canonis hoc illicitum reddit.32.diſ.§.verum.
& no.infra de hæreti.cap.3.Alij contra,vt no.infra de
chriſma.capitu.1.ſecundum Innocent. Sed nunquid
5 † debuit iſte monacus recipere ordines a ſimoniaco
manifeſto in beneficio,vel occulto in ordine? nõ:quia
executionem non haberet ordinis ſic ſuſcepti, ſupra
eod.tanta.32.diſtin.§.verum: ſed hic monacus igno-
rans fuit,vt ſupra reſpon.1.& ideo papa cum ignoran
te diſpenſat.1.quæſt.1.ſi quis a ſimoniacis. hoc enim
6 † ſcias, quod ſimoniacus in ordine ſimoniace rece-
pto.& talis ſimoniacus ſolus executionem perdit non
tantum ordinis ſic ſuſcepti.1.quæſtion.1.quibuſdam,
ſupra eod.tanta,infra eod.cap.penult.quinimmo om
nium aliorum, & per cõſequens adminiſtrationem in
temporalibus.81.diſtin.eos: ſed hoc quare? nonne ha
buit executionem aliorum ordinum non ſimoniace ſu
ſceptorum, & nonne ex conſecratione conſecutus fuit
ius adminiſtrandi? ſic, niſi aliud diceretur, ſupra de
elect.tranſmiſſam: ſed hoc ipſo, quod aliquem ordi-
nem ſimoniace ſuſcepit, quantumcunque occulte a ca
none ſuſpenſus eſt,vt probatum eſt ſupra, & poteſt eſ-
ſe ratio, quia licet plures ſint ordines,vnum tamen eſt
ordinis ſacramentũ: licet contra,infra c.pen.& idem
dicendum eſt de ſimoniacũ notorio in beneficio, oc-
cultus enim ſuſpendendus eſt, non ſuſpenſus.1.q.3.c.
1.2.&3.Tamen ratione illius beneficij ſimoniace ſic
quæſiti ſine peccato, nec ſpecialiter, nec temporaliter
miniſtrabit: puta emit epiſcopatum,non ordinẽ: quia
tunc eſſet ſimoniacus in ordine, & ſuſpenſus, vt no.ſu-
pra,ſed epiſcopatum.i.dignitatem epiſcopalem,& ſic
promotus ad dignitatem epiſcopalem confert ordi-
nes,vel beneficia, vel alias adminiſtrat.ordines enim
ab eo collati nullum effectum habebunt quo ad execu
tionem.1.q.3.ea quæ: quia fur cenſetur.ſupra de elect.
dudum,2.reſpon.1.& ſic rem alienam non eſt licitum
contrectare.1.q.1.ordinationes. Si vero habet alia be
neficia non ſimoniace acquiſita,ab illis ſuſpenſus non
7 intelligitur eſſe. & quod † dictum eſt de ſimoniacis ſu
ſpenſis, idem intelligendum eſt ſecundum quoſdam
de omnibus notorijs excommunicatis, depoſitis,& ſu
ſpenſis. Suſpenſio vero conferentis ordinem ſimonia-
ce per triennium tantum durat, infra eod.c.pe.vel eſt
ibi ſpeciale, quia nõ eſt ibi proprie ſimonia in ordine,
vt ibi dicam ſuper 2.glo.Monacus autem iſte videtur
in opinione fuiſſe, quod etiam ſimoniacus in benefi-
cio occultus, & qui recipit pecuniam pro ordine con-
ferendo perdit executionem omnino, ar.1.q.reperiun
tur,& c.quibuſdam. Et hanc opinionem erroneam ſe-
quendo nolebat ordinari, ſed errabat, vt patet infra.
e.c.pe.& colligitur ex dicto c.reperiuntur, ibi, ex quo
confidit &c.ſecundum Innoc.ſed plus placet ei, ꝗ iſte
monacus non erraret in iure, credens, quod qui cõfert
ordinem ſimoniace,ſuſpenſus eſt ipſo iure.nam & hoc
verum eſt vſque ad triennium,infra e.c.pen.quod dic,
vt ibi not. Idem grauiter puniendus eſſet,ſi poſtquam
de iure doctus eſſet, credere, & obedire contemneret.
19.diſt.nulli,prius autem male intelligere canonem,
cum ſit de iure poſitiuo, non erat peccatum mortale ſe
cundum Inn.dicendum eſt igitur, ꝗ iſte monacus pro
babilem credendi præſumptionem habebat,hunc diœ
ceſanum ordinem ſimoniace contuliſſe, quod forſan
nõ fecerat, & ſic errabat in facto. Conſulit ergo,quod
niſi prius hanc credulitatem deponat, ad ſuperiores
ordines non aſcendat, quam præſumptionem, & cre-
dulitatem ex eo ortam ad conſilium, vel mandatum
prælati deponere debet.Sin autem hoc ſciret pro certo
nullo modo ab eo infra triennium deberet ordines re
cipere: imo deberet excommunicationem potius ſu-
ſtinere,infra de ſentent.excom.inquiſitioni. ¶ Hoc
8 † etiam teneas,ꝗ non licet ab obedientia ſuperioris re
cedere, & ipſum ſpernere, quantumcunque notorius
ſit, niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi eſt ſimoniacus in
ordine,vel notorius fornicator.32.diſt.§.verũ.in om-
nibus ergo alijs criminoſis aliud eſt, quamdiu ab ec-
cleſia tolerantur,argumen.15.q.ſi.c.ſi.& in d.§.verũ.
& ſecundũ hoc poteſt intelligi, quod dicitur, ſ.ꝗ mo-
nacus credebat epiſcopum eſſe notorium ſimoniacum,
& ideo executionem ordinis non habere,quare aucto-
ritate propria ab eius obedientia potuit recedere, ſed
errabat in facto forſitan, vt dictum eſt,ſecundum In-
noc.Eſt tamen contra,argum.23.q.4.tres perſonas.3.
q.7.iudicent,ſup.de app.quia nos. Quid.n.ſi ſit noto-
rius homicida,vel notorius hæreticus, vel alius pecca
tor,qui tale peccatum commiſit,quod etiam poſt pœ-
nitentiam executionem ordinis impedit,de quib.no.
ſupra de renun.niſi cum pridem,§.propter conſcien-
tiam? Vtique eadem ratio videtur,ergo idem ius cen-
ſendum, quod in prædictis tantum duobus exceptis
caſibus, vt patet in eo,quod legitur & not.de accuſat.
inquiſitionis.ſed & quantũcunque ſit alias ſine pecca-
to,nunquam eſt obediendum contra conſcientiam,vt
hic patet, & in eo, quod legitur & no.ſup.de temp.or.
ad aures.§.1.illud autem aſſero,ſm Hoſtiẽ.ꝗ vbi quis
ſcienter ab hæreticis excommunicatis, vel ſuſpẽſis epi
ſcopis recipit ordines, executionem non recipit, nec
dignus eſt diſpenſatione. vbi ergo ignoranter,quam-
diu durat ignorãtia,haberi debet, ſi ſit probabilis ex-
cuſatio,vt ſupra no.ſed & ſi ſic ordinatus ex aliqua re-
latione remorſum conſcientiæ habeat, ſtatim abſtine
re debet ab executione, argument.hic, & ſupra de ſe-
cund.nup.c.2.quouſque fuerit ſecũ per proprium epi-
ſcopum diſpenſatum, vt legitur & no.ſup.de ordi.ab
9 epiſcopo.c.1.in fi.& ca.2. ¶ Quid † ſi papa faceret ca
nonem, ꝗ quilibet poſſe recipere ordines ab occulto
ſimoniaco? Reſpondeo,poſſet hoc facere,quod ſi quis
negaret,hæreticus eſſet, vel grauiter peccaret.19.diſt.
nulli.Secus vbi papa hoc diceret gloſſando,vel nõ in-
tendendo aliorum opinionibus derogare, ſupra de re-
ſtitutio.ſpolia.literas,§.nos autem,ſm Innoc.& Hoſt.
10 ¶ Gl.† 1.dicit aſſerẽtibus credi non debere, & ſignat
contrarium. ¶ Gloſ.2.1.ponit opin.Io.demum ponit
contrariam, quam approbat.ſecũdo obijcit, & ſoluit.
b 3.quærit,& ſoluit.[b] ¶ † In gl.1.ibi,nõ debuit] in infa-
11 miam,vel præiudicium alterius,& ſic loquũtur prima
iura ſecũdum Hoſt.ad hoc ff.de actio.emp.& vend.l.
Iulianus: alias incipit inter eos,§.quod autẽ diximus,
& in fi.ibi,ſoluitur. ¶ In gloſ.2.ibi,in ordine] dixit hic
Goff.ꝗ ſimoniacus in ordine conferendo non eſt ipſo
iure ſuſpenſus quo ad ſe & alios. illud enim eſt verum
de ſimoniaco in ordine ſuſcepto.& ſic intelligit cano.
quos ſtatim alleg.gloſ.dic vt infra eo.capitulo penul
timo[Et ibi, beneficium] hoc nõ credo,licet ſatis poſ-
ſit fateri, quod ſimoniacus in vno ordine ſuſcipien-
do, etiam ab aliorum executione ſit ſuſpenſus, vt di-
xi ſuper textu in vltima gloſ.& poteſt eſſe ratio, quia
vnicum eſt ordinis ſacramentum. & ideo dictum in
ſingulari, non in plurali[& ibi, cap.vlt.] nec videtur,
quod deberet reſpondere aliud de ſuſceptis, quam de
ſuſcipiendis,vel e conuerſo. ratio ſecundum Innocen.
quia nemo cogitur præciſe ordines ſuſcipere: ſed be-
ne cogitur in ſuſceptis miniſtrare, ſupra de ætate &
qualitate, quæris, de celeb.miſſ.capitulo primo, &
capitulo dolentes, ſed ſecundum Hoſtienſem, facilius
eſt frangere conſcientiam in ſuſcepto, quam in ſuſci-
piendo: quia multa &c.de iureiuran.quemadmodum
[& ibi, executionẽ] hoc tene, licet quidam dixerint,

quod ſi coactus hoc facit, executionem recipit. 1. q. 1.
conſtat. ſed ibi fuit diſpenſatum [& ibi, ſi quis a ſimo-
niacis] vbi de hoc. 9. q. 1. c. 2. [& ibi, c. 1. & 2.] p quæ ſu-
ra & infra de cleri. ex. mi. apoſtolicæ, patet ſecundum
Hoſt. quod haberi debet probabilis ignorantia excu-
ſata: quod intelligas quo ad diſpenſationem.

ADDITIONES.

a ¶ Lib. 6. ibi vide Io. And. contra lap. & gl. 18. q. 2. abbatibus.
b ¶ Solut. & dictum eſt in tex. in gl. mag. ver. ſuſpenſo. no.

SVMMARIVM.

1 *Pro chriſmate vel inueſtitura nil exigi debet, & quæ non excuſent.*
Expreſſum pro tacitè expreſſo ponitur.
Ex antecedentibus præſumitur, ad dictio. recepit, iuncta decretali.
Officialium culpa imputatur ad pœnam domini, & quando, ad dictio officiales.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Nominis variatio nihil prodeſt in palliatione criminis, & num. 3. vbi ſecus in caſu.
3 *Additio gloſſarum.*
Emptor venditori, ſi fidem non habeat, quid iuris.

CAP. XXXVI.

1 In tantum C. Pro † chriſmate, vel eccleſia-
rum inueſtitura nihil exigi dēt,
& conſuetudo, vel nominis va-
riatio non excuſat, & contra. duo prouidet. 2. ibi, pra-
uam. primam ſubdiuide. 1. narrat. ſecunda ibi, Cū ve-
ro, narratum corrigi præcipit, & puniri [Nuncupātes]
de hoc non eſt curandum: quia non verbis, ſed reb. lex
imponitur, ī. de elect. commiſſa. §. porro, lib. 6. [Expri
mat] i. tacite intelligatur exprimere [Recipit] præſumi
tur ex ordine, facit ad idem. 20. di. §. 1. [Precioſam] &
precio dandam. Abb. vel ratione ſubiecti: quia ſacra-
mentalis [Officiales] hoc propter negligentiam epi-
ſcopi, vel propter connexitatem. Goff. dicit Hoſt. hoc
in eo, quod tanquam officiales excedunt, de offi. vica.
Romana, lib. 6. & dic vt ibi in 3. gl. [Decani] rurales. ſ.
& dicit Hoſ. ꝙ adhuc iſtud in quibuſdam partibus ſer-
2 uatur [Vaccam] forte cum vitulo. ¶ † In gl. 3. ibi, lecta
eſt] quod prius ibi vocat pœnam, poſtea vocat vſurā
[& ibi, ſi.] in hoc ſimile, quia ibi non prodeſt ſeruo ſi-
mulare, vel vocare ſe decurionem, nec domino obeſt,
ꝙ eum ſic vocauerit. ¶ In gl. pen. in fi.] loquitur de con
ſuetudinibus, per quas iudices exactiones illicitas fa-
3 ciebant. ¶ † In gl. 2. in fi.] de hoc dixi ſupra de priuile.
quanto. ¶ In gl. 2. ibi, nō prodeſt] aliquando prodeſt.
ſ. de ſpon. tua. Goff. (& ibi in fraudē] de hoc ſup. de ar-
bi. dilecti. ¶ In gl. emptor, in fi.] vel caueatur de re tra
denda, ſi precium infra certum tempus fuerit numera
a tum. ff. de redi. ac. ædiles. §. fi. & l. ſe. videamus, [a] Hoſt.
¶ In gl. vlt. in fin.] ſupra c. 1. & c. veniens.

ADDITIO.

a ¶ Videamus. Vide Bar. in l. ſi ſol. alle. in gl. & in §. offerri, hic alle.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus in ſubdiaconum, qui prius præſentatori promiſit, quòd ab eo nil peteret, quid incurrat, & nu. 6. ſi egeat, qui ei teneatur prouidere nu. 2. in fi.*
Preces non inducunt hic ſimoniam.
2 *Ordinandis qui poſſint titulum aſſignare.*
3 *Intitulans poteſt petere de bonis eccleſiæ portionem, ad quā eſt intitulatus ad vitæ ſuſtentationem.*
4 *Epilogus. & additio gloſſarum. num. 5.*
Iuris ignorantia quibus non proſit.
6 *Additio gloſſarum.*
Simonia a muneris datione, & remiſſione rei temporalis inducitur.
Munus quadruplex eſt.
Remittere idem, quod dare. in fi.
In annexis idem ius quod in principali, ibid.

CAPVT XXXVII.

1 Per tuas Caſus. † Ordinatus in ſubdiaconū
qui prius præſentatori promiſit, ꝙ
ab eo nil peteret, in ſuſcepto mini-
ſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere ſine diſpenſatione
non poteſt, etiam ſi peccare non credidit. communis
diuiſio. & 2. ibi, nos (Exorauit) ſi ſtetiſſet in finibus nu-
darum precum, ſimoniacum non fuiſſet: ſed vltra pro-
ceſſit ad pactum. Hoſt. (Eccleſiæ ſuæ) non ſolum igitur
2 † Abbates, ſed etiam minores poſſunt ordinādis in ſi-
bi commiſſis eccleſijs titulum aſſignare; tamen ſine
præiudicio patronorum. quod dic, vt ſupra de iure pa-
capit. penult. & ſi facultates non ſufficerent, vel talis
non reſideret, poſſet illo titulo priuari, de clerici. non
reſi. conquerente. vel ibi non fuerat intitulatus a preſ-
bytero conquerente. conqueratur enim de ſe ipſo, qui
conſenſit. arg. de cle. coniuga. diuerſis, caueat ergo ſi-
bi epiſcopus, qualiter talem recipiat præſentatum. pa
ctum enim interuenire non poteſt ſine vitio ſimoniæ.
Si autem talis egeat, epiſcopus coget præſentatorem
ad titulum aſſignandum, ſi habet de ſuo, vnde id poſ-
ſit, alias epiſcopus prouideat, de præben. cap. 2. & 4.
& capitulo, cum ſecundum. ſecundum Hoſt. (Portio-
3 nem) poteſt † igitur intitulatus petere portionem de
bonis eccleſiæ, ad quam intitulatus eſt, ideſt vitæ ſu-
ſtentationem, ad idem de filijs preſ. propoſuit: talem
tamen & tam tenuem, quod non videatur, ſecundum
Hoſt. fieri ſectio fructuum inter ipſos, ne ſit contra. de
præben. maioribus, & capit. niſi. nam vna eccleſia &c.
eod. tit. cum non ignores, in princ. (Diſpenſatum] per
4 papam, Innoc. infra c. pen. ¶ † Gl. 2. ſignat contrariū,
ſoluit, & remit. Vlt. gl. per triplicem cauſam iuuat tex.
5 ¶ In gl. ibi. §. ſed iure) ibi dicitur, ꝙ iuris ignorantia
non prodeſt prudenti, vel habenti iuriſconſulti copiā.
6 ¶ In † gl. vlt. in fi.) obijcitur hic, non interuenit munus
a manu hoc eſt pecunia. non ab obſequio, ſ. ſeruitium
indebite impenſum, non a lingua, ſ. fauor humanus,
ex quibus inducitur ſimonia, 1. q. 1. ſunt nonnulli,
& c. ſi quis neque. So. hic interuenit pactio de remittē-
da portione beneficij, quod de iure poterat, quæ por-
tio conſideratis fructibus temporalis eſt. vnde poſſet
laico aſſignari. de hoc de inſti. c. 2. & ſic videtur remi-
ſiſſe temporale pro ſpirituali beneficio conſequendo:
ſed idem eſt remittere, quod dare. ſupra eo, querelam.
item ſubdiaconatui annexus eſt titulus, qui ſicut & be-
neficium debuit ſine diminutione conferri. 1. q. 3. c. ſi.
ſupra vt ec. bene. c. vno. ſecundum Goff. & Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Annexum idem facit quod principale.*
Simoniacum quid dicitur, quia prohibitum, vt hic.
Pecunia ſimoniaca cui reſtituenda.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Spiritualia quæ dicantur, & cadant in vitium ſimoniæ.

CAPVT XXXVIII.

1 Conſulere Non eget ſumma (Vicedomi-
natum) cui † aliquid ſpirituale
annexum eſt. 1. q. 1. ſi quis epi-
ſcopus. Innoc. & Ab. (Adminiſtrationem) perpetuam.
Aliud enim, ſi ad tēps vendantur fructus. de hoc ſ. c. nō
ſatis (Simoniæ) eſt autem hoc ſimoniacum prohibitū.
(Con-

[Cõtumeliam] ar. pecuniam ſimoniacam reſtituendã ei, in cuius contumeliam data eſt. dic vt ſupra eod. de
a hoc. ¶ † Secunda gloſſ. arguit, & argumentum determinat. ¶ In gl. 1. ibi. ſaluator] & ead. quæſt. §. 1. ad huius intellectum ſciendum, ſpiritualia ſumi quandoque ſecundum eſſentiam. Et hæc aut incorporalia, aut corporalia. prima nullo modo cadunt ſub precio, vel in vẽditionem. talia ſunt dona, & virtutes ſpiritusſancti. facit 7. q. 1. c. 1. & c. indices, & q. 3. ſaluator. hoc per ſe patet. ſecunda, ſicut reliquiæ ſanctorum. & hæc de facto vendi pñt, ſed non ſine peccato, vel vitio ſimoniæ, ſupra de reliqui. c. 2. & no. 1. q. 1. qui ſtudet. quædam vero ſunt ſpiritualia per cauſam, vt ſacramenta ſtricte, vel large ſumpta, quæ ſunt cauſa gratiæ. hæc de facto cadunt ſub precio, inquantum corporalia ſunt, ſed nõ ſine vitio ſimoniæ. infra cap. proxi. 1. q. 1. dictum. quædam ſpiritualia ſecundum ſtatum, vt religio, & de his vt de proximis, infra eo. quoniam, idem de ſpiritualibus, quæ a ſpirituali poteſtate deſcendunt, infra eo. audiuimus. Idem in ſpiritualibus ex officio eccleſiaſtico, & de his hic. officia ergo, quæ vel ex ordine competunt clericis, vt pulſare campanas, claudere oſtia eccleſiæ, vel ſunt adminiſtrationes in eccleſijs, vel eccleſiarum rebus, non venduntur ſine vitio ſimoniæ, vt hic & in iuribus allegatis in gl. ſunt quædam ſpiritualibus annexa, vel ab eis dependentia, ſicut beneficium, vel præbenda, ius decimarum, & ſimilia, & de his vt ſup. ſunt etiam quædam annexa, quia ordinata ad ſpiritualia, ſicut vaſa ſacra ad vſum ſacramẽtorum, & veſtes, & huiuſmodi, quæ etiam vendi non debent, de religio. ad hæc, de con. di. 1. ligna, & c. veſtimenta patronatus etiam annexus eſt ſpiritualitati, nec per ſe vendi poteſt, de iure tranſit tamen cum vniuerſitate, eod. tit. ex literis, vbi ſatis ad hoc. ¶ In gl. 2. ibi, qui ſtudet] & c. 2. vbi de hoc [Et ibi, ad actum] & ſi pactum interuenit, eſt deteſtabilis: alias eſt mentalis. de hoc dixi ſupra eo. nemo, ſuper gloſſ. 2.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca exactio tribus in caſibus hic dicitur, & quibus, et n. 5 & quibus alijs, nu. 3. & 5.*
Occultum nihil in ſi.
2 *Chriſti miraculum quod mirabilius cæteris.*
3 *Cap. vt præterita. ſupra de electio. non obſtat huic.*
Contributio expenſarum pro electo, vel ordinato, licet.
Conſenſus facto comparatur infin
4 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 5.*
Cenſum portare tempore chriſmatis, non eſt abſurdum.
Ordinando quando liceat aliquid temporale dare, & ad id etiam cogetur.
6 *Simonia quare vocata neophytorum.*

CAPVT XXXIX.

1 Sicut pro certo. Caſus. † Simonia cum eſt aliqd. exigere pro conſecrationibus epiſcoporum, benedictionib. abbatũ, vel ord. clericorũ, nec excuſat conſuetudo. Et primo narrat exceſſum, & ipſius excuſationem. ſecundo excuſationem reprobat, exceſſum prohibet, & pœnam addit. ſecunda ibi, tantũ igitur [Perſonis] in miniſterijs forſan epiſcoporũ, & ſuperioribus, vt de illis taceatur, qui infamari non debent. Dicebat Hoſt. q; etiã ipſi caueant, ne hoc faciãt: quia bene inuenient̃ur, qui hæc dicent, de voto, magnę,
2 ver. præterea, & ſe. [In † templo] Matth. 21. & inde per Chriſtum expulſis, vt ibi. Multum extollit Hiero. illud miraculum ſuper Matth. tit. 3. F. ſic dicens, Suſcitatione Lazari, illuminatione cęci, & cæteris hoc vĩ mirabilius, q; vnus homo illo tempore cõtemptibilis, & in tantum vilis, vt poſtea crucifig retur, ſcribis, & Phariſæis contra ſe ſæuientibus, & videntibus deſtrui ſua lucra; potuerit ad vnius flagelli verba circa multitudinẽ, menſas, & cathedras talia facere, quę infinitus non
3 feciſſet exercitus [Epiſcoporum] contra ſupra de † ele. vt præteritæ. Sol. ibi, de expenſis, quæ fiunt ab electo, vel ordinato, ad quas contribuere debent, quos res tãgit. hic loquitur de eo, quod exigitur pro collatione ordinis, conſecrationis, vel ſacramenti a cõſecratore, vel eius miniſtris, ſecundum Hoſt. [Taxatum] ſupra eo. dilectus. 2. in fin. [Pro his] ſup. enumeratis. Idem de alijs ſpiritualibus, vel annexis. ſupra c. proxi. [Collatis] tollit fraudem & opinionem dicentium, q; licet exigere poſt factum, ſed prius non [Aliquid] tẽporale, vel quaſi. De ſpirituali vero, vel onere annexo dic vt ſupra de elect. ſignificaſti, & de præb. ſignificatũ [Exigere] hoc iuſtificat decr. Innoc. [Dederit] vel conſenſerit, ſupra,
4 capit. non ſatis. ¶ Secunda † gloſſ. dicit, vnde dicantur &c. ¶ In gl. 1. ibi, pro conſuetudinibus] vide ſupra
5 eodem, cum in eccleſiæ. ſuper gl. ſecunda. ¶ In gloſ. 1. ibi, conſuetudinem] dixit Vincen. quod ſi conſuetudo eſſet, q; cẽſus alias debitus epiſcopo portaretur tẽpore chriſmatis, non eſſet abſurdũ, quia prælati dant chriſma ſubditis, & ſubditi cenſum prę latis, de cenſi. omnis plus. dixit Hoſt. quod ſi eſſet de laudabili conſuetudine, quod ordinandus aliquid temporale, puta 10. lib. daret ad fabricam eccleſię, vel aliud diuinum cultum reſpiciens, vel ad ſuſtentationem pauperis ſacerdotis, & ſi ordo liberaliter conferendus ſit, cogetur tamẽ poſtea hanc conſuetudinem laudabilẽ obſeruare. ad hoc
a infra eo. ad apoſtolicam, & remit. ibi,[a] & infra eod. Iacobus. ¶ In gl. 2. ibi teſtamento] 4. Reg. 5. [Et ibi, Si-
6 mone] qui † forte fuit neophytus. & ideo vocata eſt ſimonia hæreſis neophytorum. 1. q. 1. quiſquis per pecuniam: vbi de hoc [Et ibi, teſtamento]. Act. 8.

ADDITIO.

a ¶ Ibi. facit quod no. de præben. ſignificatum. & quod no. glo. in c. pen. infra de mag.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi precio recepti quibus ſubdantur pœnis, & nu. 6. & quando, nu. 5.*
2 *Moniales quot recipi poſſint, monialis appellatione venit abbatiſſa.*
Excuſantur ob ignorantiam & ſimplicitatem, nu. 3.
Palliare quid.
Commodè quod poſſumus, id poſſumus.
3 *Noua receptio monialium ſit, ſi prior erat illata, diſpenſatiue tamen,*
Mulieribus permiſſum ignorare ius.
Monacis an idem debent eſſe æquales, nu. 5. cir. med.
4 *Epilogus, ſuffragium, additio gloſſarum, nu. 5.*
Simoniacis veſci non licet, ſed potius fame mori.
Paupertas excuſat a furto, et an a receptione temporalis pro admiſſione in monaſterium.
Quòd canonicus habeat ſicut vnus ex alijs, eſt de iure cõi.

CAPVT XL.

1 Quoniam. C. † Religioſi precio recepti vna cũ recipientib. de monaſterio repelluntur, & in arctiora mon. detruduntur: ſed an ijdem ſic recepti ponebantur in alijs locis eiuſdẽ ordinis, niſi multitudo ſit in cã. & ſunt partes quatuor. Prima prouidet circa futura. ſecũda circa præterita ibi, de his, tertia prorogat ibi, etiã. quarta publicationẽ fieri præcipit, ibi, verum [Paupertatis] ho-
2 die † in mon. monialium non mendicantiũ recipi non

poſſunt, niſi quot poſſunt abſque penuria ſuſtentari,
a de ſta.reg.ca.vno. §.ſane [a] lib.6.[Palliare]i.quaſi pal-
lio cooperire[Prælata]& ſic appellatione monialis ve-
niat abbatiſſa; quod dic, vt infra c.fin.[Reſtitutionis]
idẽ ver.de do. & con.veritatis.in fi.[Perperam]ſimo-
niace.ſ.[Eiuſdem]ergo non actoris, & in hoc differt a
proximo caſu[Collocentur]ſi commode fieri poteſt:
alias &c.& ſic continuatur, quod ſequitur[Cõmode]
id ſolum poſſumus,quod commode, ſupra de ele.quia
propter. & intelligitur hoc de receptis ante cõciliũ ſe-
cundum Hoſt.quia vbi eadem ratio &c. imponi tamẽ
3 debet eis maior pœna[De nouo]ſi.ſupra eo.ex inſinua
tione,& c.de regularibus.& vt dicit Ho.de hoc fit mẽ-
tio in literis,quæ emanant tota die a pœnitentiaria. ad
idem infra e.fi.[Excuſare]monacæ.i.per ignorantiã,
& ſimplicitatem, qua mulieribus permiſſum eſt igno-
rare iura.ff.de proba.cum de indebito.§.ſin autem.&
idem poſſet dici de monacis inexpertis rerum foren-
ſium, vt ibi.& ſic poteſt intelligi C.de epiſ.& cle.repe
tita,ar.ſupra de poſtulando.c.2.de ſin.c.vno,de accu-
ſa.olim, quod dicit Hoſt.verum de his, qui nunquam
clauſtrum exiuerunt, ſed cum hodie pauca ſint mona-
ſteria, quorum fratres ad iura audienda non exeant,
non poterunt de facili iuris ignoran iam allegare ſm
4 eum.¶ † Prima gl.tex.adiuuat per can.dec.& l.demũ
determinat, vlt.conſulit.¶ Secunda gl.obijcit de dec.
dilectus, & inquiſitionis, & ſoluit.demum ponit quæ-
ſtionem,quam ſoluit,& remitit. Item aliam quæſtio-
nem,quam dupliciter ſoluit.¶ In gl.1.ibi.§.non eſt]vi
5 de de diuor.ex literis, in 1.gloſſ.¶ † In gl.1.ibi,eſt il-
lis]debuerunt enim velle potius fame mori, quam ſi-
moniacis veſci, vt 32.quæſt.4.ſicut ſanctius, licet pau-
pertas excuſet a furto:quod dic vt infra de fur.ſi quis,
per Goff.[Et ibi,pacto]ſi ergo non præcedit pactio, li-
cet illa verba ſic dicantur, non eſt ſimonia ſecundum
T.& Hoſt. qui hoc not.ſupra c.tua. quod ibi intelligit
Vin.quando recipientes egentes ſunt:alias taliter non
licere.Innoc.autem ibidem tenet, quod non licet ali-
quem ſic recipere, etiam ſi iungatur, q bona eccleſiæ,
vel mon. non ſufficiunt niſi receptis, cum non excuſet
paupertas per hanc dec. ſed nec pactum valet, q non
petatur, quod de iure communi competit, ſupra eod.
per tuas. 3. & infra c.pe.Eſt autem de iure communi,
q canonicus, vel monacus habeat ſicut vnus ex alijs,
de cõſtit.omnes,de præben.relatum[& ibi.ſi quis pro-
pter hoc]Io.& idem no.ſupra eo.non ſatis, in 1.gloſ.&
de hoc.1.q.2.in ſum.¶ In gl.2.ibi,dilectus]hoc placet
6 hic Innoc.& Hoſt.[Et † ibi,depoſiti]ex quo executio-
nem non habent:ſed ad hoc reſpondet Hoſtien. quod
cum depoſito non ſic de facili diſpenſabitur.de hoc ſu-
pra de cleri.non reſi. ex tuæ[& in fi.]vel ſecundum Ho
ſtien.intra ſepta mon.retrudetur in ergaſtulum, vbi
arctiorẽ vitam ducit, quam alij, ar.1.d.ſtudeat.& ſic
mens iſtius pœnæ ſeruabitur, nam ſicut hæretici carce-
rantur,de hære.c.pen.ſic & iſti,vt in gloſſ.ſe.¶ In glo.
vlt.in fi.]Io.de Iudæis,ita quorundam, in fi.de pœn.&
remiſ.omnis.Hoſtien.

ADDITIO.

a ¶ Sane.Et ibi vide gl.in ver.pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi nihil debent exigere pro permiſſione inſtitutionis rectorum,monacorum profeſſione, vel mortuorum ſepultura:alias quæ pena ſit.*
Difficultates quibus modis ab epiſcopis, vt quid extorqueãt.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum,num.3.*

CAPVT XLI.

1 Audiuimus. Caſus. Epiſcopi † nil debent
exigere, vt in eccleſijs ſibi ſub-
iectis permittãt rectores inſti-
tui,monacos profiteri, vel mortuos ſepeliri: alias exa
cta reſtituent duplicata. & ſunt tres partes.prima nar-
rat. ſecunda prohibet. tertia pœnã imponit[Interdi-
cto]vt abſolutio redimatur.ſic ſup.eo.ad aures[Inſti-
tui]quod nec ſine ipſis fieri põt. de hoc ſupra de cler.
pereg.c.fi.de oſt.ar.cum ſatis[Relinquerit]miles, vel
clericus. de quo relicto ẽt eſt diſtinguendum, vt ſ.de
ſep.de his[Ingerunt]prælatum interdicendo, excõicã
do, pignorando, vel alias vexando, vel ipſis conque-
rentibus iuſtitiam negando, ſupra eod.dilectus, infra
de priuil.capit.4.& cap.quanto,infra de pœnis,capit.
3.[Reſtituat]fideliter conuertenda.quod eſt in fi.[Di
2 ſpendium]ſic ſupra eod.conſulere.¶ † Gloſ.1.quærit,
ſoluit,& remittit.¶ In gl.vlt.in fi.]vide ſupra eo.titu.
3 de hoc,in prin.vlt.gl.¶ In † gl.1.ibi,quod non]idem
hic Goff.¶ In gl.2.in fin.)de eo,qui cog.con. veniens.
2.Phi.¶ In gl.3.in fi.)& infra de iudeis.ad liberandã.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta ſunt libere conferenda,& nu.3.5.6.*
Conſuetudines tamen laudabiles obſeruari cogit ordinarius, & quæ ſint huiuſmodi, vel contra,nu.3.4.& 5.6.§.2.
Exigere,violentiam,extorquere iniuſtitiam ſapit.
Cupiditas in clericis maxime reprobatur.
2 *Fictionis quæ ſint clericorum ad eliciendas pecunias pro officijs eccleſiaſticis.*
Quã a Demoſtene fuerit adinuenta vt vitaret patrocinium contra Philippum Regem.
4 *Iudex in re propria neque ſacerdos.*
5 *Veneti ſoluebant decimas mobilium tempore mortis, et cur.*
Britaniæ conſuetudo in diſpenſatione tertiæ partis bonorum.
Oblationibus in conſecratione eccleſiæ etiam clerici, & qui & quo iure debent habere, & agere poſſunt §.Dicit etiã, & facere diuiſionem earum ante earum acquiſitionem.
Pro ſepulturis mortuorum an quid dandum & ad id poſſit agi,ibid.& nu.6.& cur.ſic ver.quid de his.
6 *Epilogus,& additio gloſſarum.7.*
Laici abutũtur ſibi permiſſis cõſuetudinib.ad dictio. eligere.
An pro pſalterio ad corpus defuncti legendo poſſit dari pretium in fin.

CAPVT XLII.

1 Ad apoſtolicam. C. † ſacramẽta sũt
libere conferẽda.
cogit tamen ordi-
narius laicos laudabiles conſuetudines obſeruare. Et
1.ponit clericorum, & laicorum exceſſum. 2. contra
vtrunque prouidet.2.ibi, Quapropter(Exigunt)violẽ-
tiam no.ſic ſupra eo.ſicut(Extorquent)iniuſtitiam ſa-
pit, Hoſt.(Cupiditati)quæ maxime in clericis repro-
batur,de cenſi.ea quæ,de decimis, capitulo primo,de
2 præben. auaritiæ(Fictitia)fingunt † ſe grauiter infir-
mos vel abſentem eũ,qui clauem habet,vel opponunt
excommunicationem,ſuſpenſionem,interdictum, vel
ſimilia. Hoſtienſ. Legitur de Demoſtene petito ab
Athenienſibus in patrocinium contra Philippum re-
gem Macedonum, cum ſe excuſaſſet, quod habebat
morbum ſynanchæ. reſpondit alter mordendo, quod
non ſynancham,ſed argentinaurem patiebatur, vide
in hiſtor.libro quarto cap.91.(Econtra)ac ſi dicat,ex-
preſſimus ſupra malitiam clericorum, nunc ſubmitti-
mus malitiam laicorũ[Pietatis]alias prauitatis: tũc
expone(Canonice)i.canonicorum. iuxta id, ſ.de de-
cimis,tua, ſecundum Hoſtien.Tullius 1.de oſt.quid in
hoc

Digitized by Google

hoc dicit ſcripſi in cle. de hære. ad noſtrum, ad fi. [Pra
a uas] prauæ † intelliguntur, quãdo aliquid exigitur ꝑ
collatione ipſorum, vel ſaltem ſatiſdatio [Obſeruari]
cum effectu, ar. de cleri. non reſi. relatum. Ergo is, qui
contra conſuetudinem eius per eã introductam eccle-
ſiæ ſubtrahit, ſatisfacere compellitur : alias conſuetu-
do non ſeruaretur cum effectu ſecundum Hoſt. [Libe-
re] vt nec exigatur prius pecunia, nec ſatiſdatio, nec
fiat pactio, nec teneat ſacerdos quaſi loco pignoris
ſacramentum, niſi fiat ſatiſdatio, vel ſolutio. ſic loquũ
tur iura, ſupra eod. titu. quæ dicunt conſuetudinem in
talibus nõ valere, ſecundũ Ho. [per epiſcopum] ac ſi
4 dicat ſacerdos non erit iudex † in re propria: ſed diœ-
ceſanus, ſi videat conſuetudinem probabilem & lau-
dabilem, ad coerctionem procedet: alias abſtinebit.
[Compeſcantur] laici. ſ. de clericis dicam infra, c. Iaco
5 bus [Immutare] intellexit † Inn. iſtud verbum de his,
qui mutare volunt antiquas pias conſuetudines ſolici-
tando, vel ſtatuendo, quod nil detur pro ſepultura,
vel ſimilibus: nullus tamen eas ſeruare cogetur, ſup. e.
non ſatis, cum ſuis concord. facit, quod præcedit de
hæretica prauitate, & quod habetur infra de ſent. ex.
nouit. Si igitur eſſet conſuetudo, quod pro pœnitentia
daretur nummus, vel aliud ſimile, non cogetur quis
ad hoc. Huius euidens ratio: quia aut dedit coactus;
& ſic fuit ſimoniacum, & contra ius naturale, & ſic
præſcribi non potuit, & per conſequens nec eſt conſue
tudo, de conſue. c. fin. [Aut voluntarius] & ſic non eſt
cogendus. Sed Hoſtienſ. dicit contrarium elici poſſe
per decre. ſupra de cenſi. ex parte, & ex his, quæ infra
dicam ſecundum ipſum Inno. qui dicebat, quod ſi ſit
conſuetudo, aliquid dari non poteſt tempore collatio
nis ſacramentorum, ſicut Venetijs ſoluitur in morte
decima mobilium. In Britannia tertia diſpenſanda
in opus eccleſiæ, & pauperum. bene ſunt cogendi ad
ſeruandam hãc conſuetudinem. 11. di. in his. 12. di. il-
lud, & ca. ridiculum, & ca. conſuetudo. & ex eo, quod
tanto tempore ſoluerint, præſumuntur prius ſe ad id
voluntarie obligaſſe. & hoc etiam not. Pet. & Abb. Et
dicit Hoſt. quod Venetorum conſuetudo inducta eſt,
quia in vita Veneti nil ſoluũt pro decima, ideo in mor
te omnia ipſorum mobilia decimantur: quod quan-
doque eſt eccleſiæ damnoſum, quandoque lucroſum,
ſecundum quod plus, minuſve viuunt homines. poſſet
enim 100. annis ſolum ſemel mobilia decimari: quia
tantum vixit paterfamil. poſſent enim in tribus die-
bus tertio decimari, vt ſi primo pater moritur, ſecun-
do filius. 3. nepos ex filio. Dicit ergo, quod quo ad im-
mobilia, in quibus non excuſat conſuetudo, nec quo
ad mobilia, cum pro illis in vita nihil ſoluant. & ſic in
quanti. non poſſit allegari conſuetudo ſecundum no.
de decimis a nobis. c. 1. li. 6. Non videt perfectam ex-
cuſationem, niſi talis conſuetudo ſit approbata per pa
pam ſecundum no. de deci. a nobis, & c. tua. Dicebat
autem Inno. non cogi ad ſoluendum id, quod tempo-
re collationis dari conſueuit, quia ſpecies mali eſt, &
præſumitur hoc ſimoniace introductum, ad hoc ſ. eo.
ſicut pro certo. dicit etiam certum, pro nullo tempora
li differendam ſacrorum collationem, nec ſponte datũ
eſſe ſpernendum. 1. q. 1. quam pio. Dicit etiam, ꝙ ſi cõ
ſuetudo eccleſiæ habet, quod in conſecratione eccle-
ſiæ aliquam partem habet conſecrator de oblationi-
bus, & aliam clerici, qui obſequuntur conſecratori, ad
illam conſuetudinem agi poterit petitorio, & poſſeſ-
ſorio. 10. q. 3. nec numerus. 18. q. fi. Eleutherius. c. ſer-
uitium. Idem de ſepulturis mortuorum, & ſimilib. quę
debentur de iure, vel de conſuetudine, de ſepult. cer-
tificari. Si vero ſint aliqua non ex conſuetudine gene-
rali, ſed ſpeciali debita, vt ſi conſuetudo eſſet, ꝙ in cõ-
ſecratione haberet 100. marcas, non crederem talem

conſuetudinem ſeruandam, cum male de ea præſuma-
tur, vt dictum eſt. Non negamus tñ, quin poſſit accipe
re expenſas pro ſe, & comitibus ſuis. & ẽt certum quid
poteſt ſtatui, quod accipiat pro expenſis: quia non co-
gitur militare ſuis expenſis. 10. q. vlt. relatum. 12. q. 2.
charitatem. Expenſas. n. epiſcopus a villa, vbi ſunt ba
ptizandi, vel chriſmandi, vel alia ſacramenta conferẽ
da, vel eccleſia conſecranda, petere poteſt, ſi hñt vn-
de præſtent: alioquin ipſe de ſuo faciat. 10. q. 3. cauen-
dũ. nec ob. e. q. nec numerus : quia illud loquitur, qñ
a aliquid exigebatur[a] vltra expenſas, nam, cũ baptizã-
di ad domum baptizantiũ venirent, nihil pro expẽſis
accipient, cũ & ipſi expenſas non faciant. vel põt me-
lius dici, ꝙ aliud eſt petere aliquid ab his, quorũ eccle
ſia cõſecratur, vel de bonis eorum, & hoc nullo modo
licet, ẽt ſi de hoc ſit generalis conſuetudo. ſ. eo. in tñ.
aliud eſt nihil ab eis petere, ſed de oblationib. q̃ non-
dũ peruenerunt in ſpãle dñium alicuius, vel vſum, vel
poſſeſſionẽ, diuiſionẽ aliq̃ facere, & hæc licet, & conſe
crationis tpe eccleſiarũ, vel collationis ſacrorum. Tñ
credimus, ſi eps, vel clerici dicerent, non interim, niſi
ſecuri ſimus, ꝙ dabitis nobis oblõnes, vel ꝙ vos dñe
epe nobiſcũ ſm conſuetudinẽ antiquam dimiſeritis, ꝙ
peccarent. ſ. eo. cũ in eccleſię. ar. ꝯ. 53. di. quia ſancta.
Imo plus dñt aliqui, ꝙ clerici, qui cõſueuerunt hr̃e ali-
quã partẽ ab epõ, pñt ei dicere, ſi ceſſauerit aliquam
partẽ debitã dare, dñe nõ intrabim⁹, de cætero, ar. 95.
di. eſto. 45. d. cũ beatus : quia ſi eps rõne cõſuetudinis
petat eos cogi ad ſecum intereſſendum, & ipſi rñde-
bũt, & tu ipſe circa hoc ipſam conſuetudinẽ ſerua. nos
tñ credimus, & idẽ Ho. ĩ. eo. Iacobus, ꝙ nõ eſt licitum
clericis negare epõ obſeqnium cõſuetum, licet epiſco-
pus deneget conſuetam partem oblarionum. immo, ſi
fecerint, agere poterit eps noĩe eccleſiæ peti. & poſſeſ.
contra clericos, cum hæc exceptio nunq̃ inueniatur in
iure, ſed clerici ſimiliter cũ epõ, non pro eccleſia, pñt
agere petito. & poſ. ad prædictã cõſuetudinem cõſer-
uandam, & ẽt quia infringit epiſcopus conſuetudinẽ,
ſi expedit canonicis, & ſi cõſuetudo tñ in fauorem epi
eſſet introducta, poſſent agere vt abſoluerentur a prę-
dicta conſuetudine: quia priuil. &c. 11. q. 3. priuilegiũ.
Sed hoc non credit Innoc. nam licet aliquando obti-
neat in priuile. non tamen obtinet de iure communi,
vel conſuetudinario, quod difficilius ab homine ſepa
ratur, quam gratia. ſed poſſunt agere, & petere, vt quã
diu non ſoluerit epiſcopus, quod conſueuit, nec ipſi ob
ſequium debitum præſtare teneantur. & ſic loquitur
95. diſ. eſto. 45. di. cũ beatus. ¶ Vlt. gl. dupliciter legit
finem capituli, ſed primam lect. approbat. ¶ In glo. 1.
in fi.] Go. ne cleri. vel mon. non magno. ¶ In gl. 3. ibi,
poſſunt] facit qđ no. 47. di. ſicut, in vl. gl. & 1. q. 7. exi-
b gunt. [b] Hoſtien. dicit, ꝙ hñt ius petendi ſaltem in mo
dum denuntiationis, de qua ſupra, de iudi. nouit, quæ
de plano & ex officio expedietur [Et ibi, laudabile] vt
ſi in obſequijs ſolet dari cæreus, in benedictionib. nu-
bentium panis, vel vinum. In conſecrationibus ma-
nutergiũ, vel his ſimilia, licet propter hoc non ſint ſa-
cramenta deneganda, vel differenda : tamen poſt ip-
ſorum collationem populus compelleretur ad illa prę
c ſtanda, ſecundum [c] Goffr. [Et ibi implorato] de plano
& ſine libello. Hoſt. [Et ibi introducta] de hoc 63. diſ.
quia ſancta. & alle. Phi. ad hoc ff. de hæred. hæreditas.
§. 1. [Et ibi eligere] quia permittitur patrono pauperi
paſci de bonis eccleſiæ, ipſe vult rapere. Ioan. vel ſe-
cundum Inno. volunt prædicare, contra id, infra de
hære. cum ex iniuncto. vel poſſunt lites dirimere, & ec
cleſiam defendere, & ideo iuriſdictionem vſurpant,
de conſtitutio. eccleſia. vel fingunt ſe purgare terram
malis hoibus, iõ ante degradationẽ puniunt clericos,
vel ſepulturam vẽdunt, vt aliam emant. & ideo volũt

Digitized by Google

vendere cæmeteriatam, vel vt paſcant pauperes, ſęne
ratur, infra de vſur. ſuper eo. [& in fi.] quid de his, qui
habent duo cæmeteria, quorum alterum vocant para-
diſum, in quo non ſepelitur corpus, niſi prius tot libræ
ſoluantur? quid ſi maior crux non portetur, niſi certo
precio habito? & de 10. alijs quæſtionib. remittit Hoſ.
ad ſum. eod. tit. §. qualiter committatur, verſi. quid de
his, qui habēt diuerſa. & nunquid pro pſalterio ad cor
pus defuncti legendo poſſit dari precium. eod. §. verſi.
quod ſi clericus. de materia per Tho. 2. 2. q. 100. art. 2.
& 3. vide quod dixi ſupra eo. conſulere.

ADDITIONES.

a ¶ Exigebatur. Vide gl. & Io. And. ſupra eo. cum ſit Romana.
b ¶ Exigunt. Et quod no. gl. ſupra eo. ſuam, & idem quod hic no. gl. in fi. tenet gl. in c. ſunt, prealleg.
c ¶ Secundum. facit quod no. Inn. ſupra in gl. ma. vide C. de ſacr. ſan. ecc. l. priuilegia, & ibi Bart. & doct.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Ciſten. prohibetur ſolenniter inſtallari, & nu. 4.*
Profeſſio hic qualiter ſumatur.
Ordinum originalia ſeruanda.
2 *Papę creditur, licet originale non exhibeatur. quibus caſibus non obediendum, num. 3.*
Contra regulam a papa approbatam nulli licet quid mādare.
Ciſtercienſes non ſunt iure communi exempti. vnde probent exemptionem, habent priuilegia, & nu. 4.
3 *Poſterior in ordine, non infert in obedientia, hic.*
Perpetuum refertur ad vitam hic, in fin.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XLIII.

1 Ne dei Primo † prohibet Abb. Ciſtercięſi ſo-
lenniter inſtallari. ſecundo ponit for-
mam obedientiæ, quam promittunt
epiſcopis [Profeſſionis] ideſt obedientiæ profeſſæ. Ho.
non intelligas de profeſſione, quā facit monacus, quæ
præcedere debet electionem ſecundum Goſ. de elect.
nullus, lib. 6. [Origine] originalia. n. ordinum ſunt ſer
2 uanda., de ſta. mo. recolentes [Tale eſt] Creditur † Pa-
pæ, licet non exhibeatur originale: alias ſecus C. de
eden. auct. ſi quis in aliquo. Goſ. [Subiectionē] per hoc
recognoſcit eum dominum [Reuerentiam] per hoc re-
cognoſcit eum patrem [Obediētiam] recognoſcit eū
iudicem. Hoſt. [Patribus] qui ordinauerunt Ciſterien.
quod ex quo regula eſſet approbata per papā, nulli li-
ceret aliquid contra regulam mandare ſm Innoc. &
Abb. [Epiſcopo] pater hic Ciſtercien. de iure commu-
ni non exemptos: priuile. tamē ſua ſunt illis ſeruanda.
& ſi exemptos ſe dicunt, illud probent, quod dic, vt in-
3 fra de priuil. cum perſonæ, lib. 6. [Saluo † ordine] quia
ſi papa mandaret aliquid, quod eſſet contra ſuſtantia-
lia ordinis, vel peccatum, nō debent obedire ſupra de
ſta mo. cum ad mon. in fi. ſecundum Inno. quod dic vt
ibi ſecundum Hoſt. & de voto. c. 1. multominus epiſco
po. Nā licet papa hic poſterior ponatur in ordine, eſt
tamē prior in obedientia. 11. q. 3. qui reſiſtit. 9. q. 3. cū
cta, & c. per principalem [Perpetuo] ideſt quandiu vi-
xero, & Abbas permanſero, de elect. venerabilem. ad
4 fi. ¶ † Gl. 1. ponit princ. caſu. ¶ In gl. 1. ibi, Abbatibus
Ciſter.] habet ēt iſti aliud priuilegium, ſup. de ſup. ne.
præ. c. 1. ¶ In gl. 2. ibi. archi.] & per hoc reprehēdit hic
Goſ. Vincen. qui dixerat, quod licet ſeculares inſtalla
rentur, religioſi non. Dixit autem, quod hic non pro-
hibetur inſtallatio, ſed ſolennitas, & exactio. Hoſtien.
tamen dicit, quod de plano inſtallari poterūt per mo-
nacos eligentes. ſtemus in hoc interpretationi conſue-
tudinis inter eos ſeruatæ per tempora. ¶ In gloſſ. all. in
fin.] & ſupra de electio. quiſquis. vel ſimoniacus. 79. di
ſtin. cap. 2. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *A canonico de nouo recepto non poteſt exigi prandiū prætextu conſuetudinis, vide nu. 4. & 7.*
Canonicus in duabus eccleſiis an quis eſſe poſſit n. 2. canonici quomodo cogi poſſint, nu. 5. remiß.
Lapus Abbas & iuriſconſultus tempore Io. And. fuit, imitatus eſt Io. And. in commentanda hac decretali. eius quæſtiones in eam quæ, nu. 8.
Lapus idem quod Iacobus, & vbi.
Iacobus interpretatur vitiorū ſupplantator, vt hic fuit in fi.
2 *De præpoſitionibus, in, & de, remittit.*
3 *De receptionibus in canonicum, & ſimilibus & quæ ius tribuat, remiſſ.*
Prouentuum eccleſiaſticorum diuerſæ ſpecies.
In abſentia qui percipiantur.
4 *Vt clerici quid exigant a clericis temporale, quæ conſuetudo valeat, quæ non, & ſi a laicis quæ.*
Decimas præſcribunt clerici contra laicos, non contra, in fi.
5 *Clauſula, ſi eſt ita, intelligitur etiam non appoſita.*
Aequalitas ſeruanda inter canonicos.
6 *Copulatiua vtrunque requirit impleri.*
Compulſionis nomine quid veniat.
7 *Additio gloſſarum.*
Simoniam exactio inducit.
Dare eſt quandocunque dare, fallit.
Annexum præbendæ quod eſt, debetur, & quo caſu hic.

CAPVT XLIIII.

1 Iacobus. Caſus. Prætextu † conſuetudinis nō
poteſt exigi prandiū a canonico de
nouo recepto. Prima ponit querelā.
ſecunda dat iudicem ibi, Quocirca. Eſt ſciendum, ꝙ
olim filius, nunc pater dominus Lupus Abbas S. Minia
ti de Florentia decretorum doctor imitari me volens,
decretalem hanc ſui nominis commētauit, nam vt di-
cit, Lapus apud eos ſonat in Iacobus, ſicut Bononię
Nanne ſonat in Ioannes. ſummabat ergo, & diuide-
bat plenius, dicens ſic. Recepto in canonicū prouen-
tus, & præbenda debentur, quis non det recipientib.
prandium, quod ſibi ex cōſuetudine deberi ꝓtendut,
diuidit, & in prima ponitur facti narratio, quæ tria cō
tinet, ſ. Iacobi receptionē, recipientiū denegationē, &
conſuetudinis allegationem. ſecunda ibi. Quocirca, in
qua tria ponuntur, ſ. papalis commiſſio, conſuetudinis
reprobatio, & canonicorum compulſio. Subdit aūt, ꝙ
iſte Iacobus iuxta ſui nominis interpretationem fuit
viciorum ſupplātator: quia prauæ conſuetudini aquie-
ſcere noluit, vel forſan auaritia eū traxit [In eccleſia]
2 hic tractat † de propoſitionibus, in, & de, quod notaui
a in cle. de præben. [a] c. 1. in gl. de iſto [Aprutina] ſm hāc
literam iſte erat duarum eccleſiarum canonicus, de
quo vide 86. di. ſanctorum. & quod dixi ſupra de pręb.
de multa, ſuper vlt. gl. ſed alia litera habet, a pueritia,
ſecundum quam ceſſat, quod dixi; & qua ætate poſſit
quis canonizari, remit. Hoſtien. de præben. ſuper in-
3 ordinata, vbi dixi in vlt. gloſſ. [Si receptus] de his † re
ceptionib. ſatis hic per D. Lapum. loquitur autem hic
de reſcriptione, quæ tribuit, & dicitur collatio. ſic ſ.
de reſc. cū aliquibus, de præben. cum in eccleſijs lib. 6.
[Et in fratrem] de fraternitate tractat hic, remittens
ad ea, quæ ſcripſi, de reg. Ioannes, in gloſſ. eſt ſciendū.
[Partem prouentuū] qui veniunt in communi, & po-
ſtea inter capitulum diuiduntur, infra de verbo. ſigni-
ficat olim. vel de diſtributionibus loquitur. & quod
ſequitur de præben. intelligitur de diuiſa quæ dicitur
corpus

Digitized by Google

corpus præbendæ, & percipitur in quibuſdam eccle-
ſijs in abſentia, ſupra de conſtitu. cum omnes, ſecundũ
Hoſtien. quod in diſtributionibus non procedit, etiã
ſi id habeat conſuetudo, de cle. non reſi. c. vno, lib. 6.
4 [Conſuetudinem] quæ ſecundum † Hoſt. non excuſat,
vbi clerici a clericis exigũt aliquid temporale ſpectãs
ad repletionem ventris, vel propriam vtilitatem pe-
tentium, ſupra eo. ſicut, & c. in tantum, cum ſi. not. ſup.
de conſtit. ex parte. Si vero petatur paramentum, vel
aliud ſpectans ad diuinum cultum, vel fabricam eccle
ſiæ, dicit Hoſt. & placet D. Lapo, id omnino ſeruandũ,
de teſta. officij. cap. ſi, ſupra de his, quæ fiunt a ma. par.
ca. cap. fin. & hoc caſu ante receptionem poſſet exigi
cautio, arg. de præben. ſignificatum. de elect. ſignifica-
b ſti, & quod no. de cenſi. quanto, [b] quaſi Deus cum ca-
nonico ſpirituale cum ſpirituali permutet, arg. ſup. de
re. permu. ad quæſtiones, a laicis vero poſſunt exigere
clerici ea, quæ conſuetudo laudabilis introduxit, etiã
ſi repletionem ventris, vel aliam priuatam vtilitatem
reſpicere videantur, ſupra eo. ad apoſtolicam, Diuer-
ſitatis ratio triplex eſt ſecundum Hoſt. quia quod iudi-
catur priuatæ vtilitatis, cum clerici petunt a clericis,
iudicatur publicæ, cum clerici petunt a laicis, ar. ff. de
iuſt. & iu. l. 1. & 1. diſt. ius publicum, ſed publica fortior
eſt, quam priuata. ſ. de regu. licet, de fo. com. ſi diligẽ-
ti. Secunda, quia laici ſunt clericis infeſti, & mille mo-
dos adinueniũt defraudandi clericos, & eccleſias, fiat
ergo in hoc compenſatio: maxime cum per hanc proui
deatur ſaluti, ſupra de decimis, cum non ſit. 3. quia cle-
rici ſunt ſibi magis ſubditi, & inuicem obedientes, §.
laici. Si in talibus igitur iudicaretur conſuetudo lau-
dabilis, prælatis daretur materia ſubditos opprimen-
di, quod non eſt faciendum, de diuor. quanto. §. per.
ſic etiam laici difficilius abſoluuntur, quam clerici,
vt dicam, de ſen. exc. peruenit. Laici contra eccleſias
decimas non præſcribunt, de præſcrip. cauſam. Clerici
contra laicos bene, de decimis, cum ſint, & c. ad apo-
ſtolicæ. Poteſt aſſignari quarta ratio per decr. de his,
quæ fi. a præla. cum apoſtolica: quia non refert, quæ ec
cleſia habeat, dummodo laicus non habeat. Remittit
etiam ad ſum. eo. tit. §. qualiter, ver. ſolutio, ex pactis
5 & ſeq. [Si eſt † ita] intelligebatur, etiam ſi non fuiſſet
appoſitum, de reſc. c. 2. & vide quod no. in Cle. de off.
deleg. c. vno [Dictos canonicos] quomõ iſti vniuerſali
ter, & particulariter poſſunt cogi, dicam de ſent. exco.
c Romana. §. vlt. [c] lib. 6. [Vni ex alijs] arg. pro æqualita-
te præbendarum. de hoc, de conſti. cum omnes, de ma
6 ior. & obe. ſtatuimus [Et præbenda] propter † copula-
tiuam vtrunque implendum eſt, vt dicit D. Laur. vide
quod no. de reſcr. c. 2. & c. olim [Compellas] quid ve-
niat in hac compulſione, remit. d. Lap. ad ea, quæ dixi,
poſt Hoſt. de æta. & qua. cum bonæ, ad ſi. de off. deleg.
7 c. 1. & c. præterea, in fin. cum concor. ¶ In gl. 1. ibi exi-
gi] exactio inducebat hic ſimoniam ſecundum Vinc.
& Goff. & D. Lap. nam alias, ſi præbendam libere con-
tuliſſent, datio prandij poſtea interueniens, non indu-
ceret ſimoniam, nec obſt. quod dicitur, dare eſt quan-
docũque dare. 1. quæſt. 1. eos, quia illud verum pactio-
ne præcedente. Dixit etiam Vin. quod ſi hoc onus prã-
dij eſſet annexum præbendæ, quod bene deberetur, ar.
C. de do. quæ ſub modo. l. 1, de præben. niſi, & c. ſignifi
catum; quod & ſatis credo, cum & tota præbenda poſ-
ſet deberi, de reſcrip. ſi propter, lib. 6. ſalua moderatio
8 ne Ioan. in dec. ſuſcepti. Sciẽdo † etiam, quod D. Lap.
hic formauit 17. q. quarum aliquæ materiam reſpiciẽ-
tes expeditæ ſunt ſupra, & a hæ ſupra eo. ad apoſtolicã,
& infra c. ſi. de reliquis, quæ non reſpiciunt propriẽ ma-
teriam, licet aliquibus verbis capituli adaptentur, in
ſuis locis proprijs tractabitur.

ADDITIONES.

a ¶ Præben. Et per Bar. in l. Gallus. §. ille caſus, ff. de li. & poſthu.
b ¶ Quanto. vide ſupra eo. ſicut pro certo, per Io. And. ſuper 1. gl.
c ¶ Vlt. & ad hoc facit cap. cum qui, eo tit. lib. 6. & l. ea quidem, C. ſi man. ita fue. al.

SVMMARIVM.

1 *Pro promiſſo. non poteſt agi, vbi obſtat turpitudo. nu. 3.*
Receptionis tempus inſpicitur in caſu huius decre.
Inquietatio vbi fiat.
2 *De repræſentatore quo loquatur hæc conſtitutio.*
Ab ordinum quorum executione ſuſpenſus ſit hic præſentatus.
Suſpenſio hæc quouſque duret.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4. 5.*
Simonia directe in ordine aliter plectitur, quam per indirectum commiſſa, & qualis hic fuerit.

CAPVT XLV.

1 Si quis Sc ſummat [Promiſit] non † poteſt, qui
ſic promiſit, agere, vt ſibi remittatur pro-
miſſio; quia obſtat ſibi turpitudo ſecun
dum Innoc. & Hoſt. [Recipiens] in ipſa ordinatione,
vel præſentatione: ſecus, ſi poſt. ſupra eo. ad apoſtolicã,
ſecundum Goff. [Inquietet] extra iudiciũ. ff. de pet. hæ
re. diuis: vel in iudicio. ff. re. ra. ha. quo enim, & l. am-
2 plius, Gof. [Repræſentator] per id † quod ſequitur, pa-
tet, quod loquitur de clerico repræſentãto, puta archidia-
cono repræſentãte ad ordines, de præb. cum ſecundũ.
De laico igitur præſentante ad eccleſiam, vel etiam de
clerico hic non loquitur ſecundum Hoſt. (Ordinum)
quos ſic contulit, vel conferri fecit ſecundum Go. Ho.
cõtra, ſ. quod de omnibus ordinibus hoc intelligatur,
& facit, quod dixi ſupra eod. per tuas. 2. (Triennium)
quo lapſo iure pœna remittitur ſecundum Innocen. &
Hoſt. (Suſcepto) punitur plus ordinator propter vitiũ
3 characteris, ſecundum Pet. & Boa. ¶ † Gl. 1. quod hic
de iuramento dicitur, coadiuuat. demum ſignat cõtra
rium. ¶ Gloſ. 2. rñ. per obie. deponi quod debebant, ex
quo &c. ſoluit, ſolutioni obijcit, & reſpon. in fi. quæ ſunt
4 addi. dat verum intellectum. ¶ † In gl. 1. ibi, generali-
ter) ſequitur, nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe
momenti (Et ibi, ſi ſtipulor, vt id) exemplificat lex illa
de illo, qui ſtipulatur ſororem ſuam ſibi nupturam (Et
ibi, non dubium) vide in dec. infra prox. al. ſuper vlt.
gloſ. ¶ In gl. 2. ibi, quin etiam) liberatus ab obligatio-
5 ne videtur accepiſſe. ¶ † In gl. 1. ibi debitores) ibi dixi
ſuper 1. gloſ. (Et ibi, non tenuerit) adde, quod not. de
præben. ſi epiſcopus cui. lib. 6. in vlt. gloſ. ¶ In gloſ. 2.
ibi, debetur) ſi bene aduertis in dec. veniens, remitti-
tur, quod nondum debebatur (Et ibi, imponitur) ſupra
6 tamẽ imponitur, Abb. (Et ibi † deponentur) idem dñt
Innoc. & Hoſt. ipſe tamen Inn. videtur velle finaliter,
quod hic non committatur directe ſimonia in ordine, ſed
in beneficio, vel conſecutiuo ordinis propter ſuperio-
rem rationem, & quia ordinator vult ordinare, & ordi
natus ordinari nullo dato. & ideo de iure non dicitur
ſimonia eſſe in ordine. & ideo ſpecialis pœnitentia da
tur in hoc caſu, cum alias directo ſimoniace dans ordi
nem perpetuo debeat eſſe ſuſpenſus, & recipiens non
ſolũ ab ordine ſimoniace ſuſcepto, ſed etiam ab alijs
ſit ſuſpenſus. hic autẽ ſolum ab ordine ſuſcepto. de hoc
ſupra. eo. per tuas. 2.

SVMMARIVM.

1 *Datum æquiparatur promiſſo, vel retento.*
De præpoſitione, in, remiſſ.

2 *Prouideri in eccleſia ſimmendatur, comprehenditur dignitas principalis.*
3 *Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione etiam pœnali inclu- ditur, ſimoniace creatus quibus cedet. & quem locum po- ſtea obtinebit, ſiquidem monacum ſimoniace recepit, quid iu- ris, num. 4.*
Beneficij nomen non includat rectorias vel dignitates.
Collatio ſimplicis beneficij conſueuit ad vnum ſpectare.
Electio ad plures.
4 *Affectus vnde in caſu huius decretalis deprehendatur.*
6 *Epilogus, & adductio gloſſarum. num. 7.*
Voluntas ſola, vel animi affectus an inducat ſimoniam ſicut vſuram.
Simoniacus mentalis an in foro pœnitentiali reſtituere coga- tur.
An vſurarius eiuſmodi ſimiliter.
Ex narratione mala nihil eſt quin poſſit deprauari, in fi.

CAPVT XLVI.

Mandato. Se ſummat. & pars prima narrat factum, ex quo duo indeciſa quæ- rebat. ſecunda ibi, cōſultationi, reſpondit. 1. ad primum, ſecundo ad ſecundum, ibi, Ex
1 ad † [Dato] promiſſo, de retento: quia hæc æquiparã- tur, de tranſact. ſuper eo, vel te. veniens. Phi. [Locum] ſup. Hoſt. & illorum, qui aliquid temporale receperũt, vt locum aſſignarent, qui et includuntur tacite, vt ſe-
2 quitur [In monaſterijs] no. de † prępoſitione In, de qua dixi in Cle. de præb. c. ſi dignitatem, & ſecundum lec. Hoſt. de qua dicam infra, hic probatur, ꝙ verbum, quo mandatur prouideri in eccleſia, comprehendit princi palem dignitatē eccleſiæ: ſed ſi intelligatur de abbati bus, qui fuerant in monacos ſimoniace recepti non fa- cit [Conſtitutionem] mutatis. ſ. locis prioribus & infe-
3 riorib. aſſignatis [Abbates] quia † Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione pœnali includitur, ꝟ. eo. qm̃, For- tius in fauorabili, arg. ff. de lib. & poſt. cum quidã. Sed contra beneficij nomen non includit rectorias, vel di- gnitates, de præb. c. ſi. Dicit Hoſt. conſiderandam intē- tionem ſcribentis, de off. deleg. ſuper eo, cum ſuis con- cor. qui præualet voci, & ſcripturæ, ꝟ. de ver. ſig. intelli- gentia. fuit autem hæc intentio papæ, ꝙ tam abbates, quam monaci ſaluarentur. quo reſpectu, vt dicit Inno. fit extenſio, & quia non paratur alij præiudicium. In contrario vero fit reſtrictio, ne alij fiat præiudicium, & ne impediantur electiones. Nec ob. ſi dicatur etiam in ſimplici beneficio fieri præiudicium: tum quia non eſt præiudicium, de quo multum poſſit cõqueri, ſupra de offic. leg. dilectus: tum quia frequentius collatio ſim- plicis beneficij conſueuit ad vnum ſpectare, electio ve ro ad plures, & difficilius eſt plures, quam vnum oſten dere, de temp. or. cap. 2. tum quia illuſorium eſſet mã- datum, ſi ſaltē ſimplex beneficium non includeret. Eſt ergo interpretandum, vt aliquid valeat, de ver. ſi. Ab- bate. Simili modo reſpondetur ad decr. ſedes, de reſc. dici poſſet etiam, ꝙ quia iſta diſpēſandi poteſtas erat beneficium datum diſpenſanti, non delinquentibus, quod patet, quia illorum non fiebat nominatio; ideo largius interpretatur. facit de præb. ſi cui, lib. 6. prima
4 patet [Extendi] Abbates † ergo ſimoniace creati di- gnitati, & adminiſtrationi cedēt. quo caſu ſimplicem locum monaci etiam priorem forſan ex diſpēſatione poterunt obtinere: quia in illo non fuit ſimonia cõmiſ- ſa: ſed ſi aliquem monacum ſimoniace receperunt, nõ propter hoc coguntur, ſi diſpenſatiue agatur, renũcia- re abbatiæ, quamuis debeant pœnitentiam agere, & donec illam egerint, a ſacrorum ordinum executione ſuſpendi, ſupra eo. dilectus, & c. veniens, & male acce- pta reſignare, vt ibi. Si vero de rigore cũ eis ageretur ſine ſpe reſtitutionis, expellerentur de mon. & retrude- rentur in arctius ad pęnitentiam. ꝟ. eo. qm̃. ſm Hoſtie.

[Spiritualium] hoc quo ad receptos. Goſ. [Temporalium] quo ad recipientes. Goſ. [Quæ] ſ. ſpiritualia, & tem-
5 poralia [Affectu] quia † nec receptus dediſſet, niſi cre- didiſſet recipi, nec illi recepiſſent, niſi dediſſet: non tñ interuenit pactio, vel taxatio [Acquiruntur] licet Goſ. intellexit, ꝙ receptionem ſecuta eſt datio temporaliũ, licet intentio praua præceſſerit, dic idem ſecundum Hoſt. etiam ſi præceſſit datio, quod probat iſtud ver- bum, acquiruntur, & ſupra eod. tua nos [Quo caſu] cũ non præceſſit pactum, licet intentio fuerit corrupta [Si monia] patet ergo, quod eſt ſimonia: vide quod dixi de elect. quod ſicut, poſt gl. in 3. col. ver. de dolo vero.
6 ¶ † Secunda gl. arguit, quod latiſſime &c. & contra re- gulam, cui licet. ¶ Vlt. gl. no. ꝙ affectus, licet faciat vſu-
7 rarium, non facit ſimoniacum, tamen punitur. ¶ † In gl. vlt. ibi, conſulere] de hoc. 1. q. 1. c. 2. (Et ibi, Induce- re) ita & ſimoniam, tamen mentalem tantum: vnde et ille vſurarius in foro iudiciali, vbi non iudicatur de oc cultis, reddere non cogeretur, ſed in foro pęnitentiali cogitur. Et ſi dicatur, quare etiã ſimoniacus mentalis in foro pœnitentiali reddere non cogitur; reſpondet hic Hoſt. ꝙ vſura vtroque teſtamento prohibita, nec
a diſpenſationem papæ recipit, de vſur.[a] ſuper eo. hic lo quimur de ſimoniaco, quia prohibitum, ſicut acquire- re beneficium, vbi papa diſpenſat. De prohibitis ergo, quia ſimoniaca, videtur idem, quod in ſecunda. Poſſet etiam dici, ꝙ ideo non reſtituuntur monaco, quæ de- dit: quia nil habet proprium. vnde & ſi reſtitueretur, monaſterio remaneret. de ſta. mon. c. 2. & c. cũ ad mo. ad fin. vſuras vero ſoluens, habet proprium. Dicit Hoſt. ꝙ prima ratio præualet, quæ ad præbendas, & ſęcula- res clericos proprium habentes extenditur. ꝟ. eo. tua. Dixit Abb. ꝟ. de vſuris, conſuluit, pro ratione diuerſi- tatis prædictæ vſurarium mentalem teneri reſtituere, quod vltra perceperit; quia ſibi ſoli ex reſtitutione ūt præiudicium, ſed in ſimonia poſſet fieri præiudiciũ ec- cleſiæ, de cuius bonis reſtitueret, ſi non haberet aliun- de. hoc nõ placet: quia ſecũdum id nec ſimonia actua- lis obligaret reſtitutioni: vel ſecundum eſt proprium eſt vſurę, quod cõmittitur ex animo, quod patet ex ver- bis prohibitionis, ſ. date mu. nihil inde ſperantes: ſed ſimonia reſpicit factum proprie, vt ſ. ſpiritale venda- tur, vel ematur. adhuc remanet dubiũ quare in vſura animus obligat ad reſtitutionem, & nõ in ſimonia. Di ci poteſt, ꝙ plus eſt cõtra bonum charitatis ſperare lu- crum in mutuo de eo, quod tuum eſt, quam ſperare be- neficium pp id, quod donaui, vel ſperare donum pro- pter beneficium, quod contuli, rationis expreſſio, quia ſi mutuaui obligatus es etiam ciuiliter ad tantundem reſtituendum. quæ ratio ceſſat in donato. Item bonum charitatis, quæ poſt Deũ incipit a dilectione ſuipſius, plus aſtringit me ad mutuum, quam ad donum: quia minus lædor ex primo, ꝙ̃ ex ſecundo. æquum eſt ergo, vt ad quod minus liceat ſperare, vbi prius aſtringor, & minus lædor. Item in vſura durius interpretamur, vbi læditur vnus tñ, ſ. recipiēs: hic duo, ſ. dans & recipiēs. ſ. Item hæc ſpes eſſe põt ex parte vtriuſq; ibi ex parte alterius tñ. facit ꝟ. de vſuris. c. ſi. hęc ſunt ſuperuacua, tene menti. Opp. ꝙ vſurarius mentalis, ēt qui ſpē prin- cipaliter poſuit in lucro, non teneatur ad reſtitutio- nem, quam recitat Inn. in dec. conſuluit, de vſuris, vbi
b vide ſuper ver. ſperãtes, & ſuper[b] 2. gl. quam quidam attribuunt Go. per id, quod ibi no. & in ſum. de vſuris, in prin. Sed puto Go. intellexiſſe de ſpe ſecundaria, nõ principaliter poſita in lucro, vt ibi dixi. Et ſic prædicti male referunt op. Goff. iuxta illud Terētij in comędijs: nihil eſt, quin male narrando poſſit deprauari.

ADDITIONES.

a ¶ Vſur. vide Io. And. in c. peccatum, de reg. iu. lib. 6. in 1. 3. 4. mẽ bro quæſtionis.

Super

b ¶ Super. vide Io. And. in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. in primo membro quæſtio.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias ſub annuo cenſu uendãt, vbi nam alibi, quam hic, in iure tradatur.

Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias ſub annuo cen. ven. Rub.

1 ¶ Viſo † de ſimonia in genere, ſubmittit de quadã
ipſius ſpecie, ſcilicet cum prælati &c. Goff. habetur ma
teria. 1. quæſtio. 3. per totum. 89. diſtinctio. decenter.
21. quæſt. 2. cap. vlt.

S V M M A R I V M.

1 *Vt iuriſdictionem epiſcopalem, vel aliam ſpiritualem exerceat, dat pecuniam, qua pœna tam ipſe, quam conferens afficiatur, & num. 3. 4.*
Eius fructus an liceat vendere, num. 2. & 3.
2 *Obuentiones temporales cui & qualiter vendi poſſint.*
3 *Officia temporalia quæ ſint, & an & quæ emi liceat.*
4 *Pœna huius decretalis eſt perpetua, ac alias, vbi non exprimitur, talis eſt.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*

C A P. I.

1 Præterea. Qui pecuniã dat vt epiſcopalem, vel aliam iuriſdictionem ſpirituale
exerceat, officio priuatur. & ſic con
ferens illud, conferre non poterit, & canonice pu-
nietur. h. d. cum ſequen. Et hic primo ponit exceſ-
ſum, quem ſecundo punit, ibi, præſenti [Iuriſdictio-
2 nem] non † exercenti iuriſdictionem obuenientes[a] tẽ
2 porales vendi poſſunt, infra c. fin. ſecundum Innoc. ſed
ſecundum Hoſt. etiam exercenti, ſi non vendatur iu-
riſdictio. committatur ergo ſimpliciter iuriſdictio, &
ex parte alia vendantur fructus, ita, ꝙ non miſceantur
contractus, de re. permut. ad quæſtiones. non tamẽ in-
telligit hoc de fructibus peruenientibus ex iuriſdictio
ne, quibus emptis iuriſdictio non eſſet empta, ar. 1. q.
3. ſi quis obiecerit. & prohibetur hoc, ne ſubditi grauẽ-
tur. ĩ. cap. 1. etiam, ſi mere temporalis ſit iuriſdictio, in
auct. vt iudi. ſine quo. ſuf. per totum. & de mã. prin. §. 1.
§. illud. multominus prælatio. vel aliud ius ſpirituale,
3 de hoc ſ. e. tit. non ſatis. Officia † igitur tẽporalia, pu-
ta miniſtralia, bailiuia, caſtaldionatum, ſi ſint ſpiritua
libus annexa, nullo modo licet emere, ſed eſt ſimonia-
cũ. ſ. eo. alias tit. 1. conſulere. alias ſalua iuriſdictione,
& prouenientibus ex ea, licet omnia vendere & in per-
petuum, & ad tempus. Fatentur vltimo Innoc. & Hoſt.
quod ſi ipſa iuriſdictio, vel prouentus eius vendantur,
ſpecies mali eſt, & turpe lucrum, & contra legem: ta-
men non committitur ſimonia, cum non vendantur
ſpiritualia, nec ſpiritualibus annexa, quid autem dixit
hic Hoſtien. de Rom. curia quo ad ſimoniam, & ambi-
tum, dixi ſup. tit. 1. c. 1. in gl. quid de [Vt] ſup. clericus.
Hoſtien. [Priuetur] ideſt a clero remoueatur. ĩ. cap. 1.
Hoſt. Et per hoc & per id, quod dicam ĩ. gl. proxima,
ceſſent verba Goff. dicentis, quod hic imponitur mo-
dica pœna, quia non agebatur de iuriſdictione vendẽ-
da, ſed de temporali commoditate, quæ proueniebat
ex illa. vel ſecundum eum hæ pœnæ infliguntur ipſo iu
re, aliæ infligẽtur accuſatione propoſita [Amittat] in
4 † perpetuum ſecundum Hoſtien. & diſtrictione cano-
nica percellatur, infra c. prox. in fi. ſecundum eum. Et
quod pœna ſit perpetua, inducit ar. in li. feu. de va. qui
contra conſtitutio. Lo. regis. feu. al. c. ſi clericus, velut
epiſcopus. Item quia vbi aliud non exprimitur, pœnæ
b ſunt perpetuæ[b] de hoc ſupra de conſtitutio. ex literis.
non ob. de elect. cum Vinton. de ſup. neg. præla. cap. 2.
5 de præben. graue, quæ in alijs caſib. loquũtur. ¶ Prin. †
ſe. gl. reſpon. per d. aut vicarius dat epiſcopo &c. ſecũ-
do arguit, ſignat contrarium, & ibi remittit. tertio di-
cit de pertinentia ad titulum. ¶ Vlt. gl. ſignat contra-
rium, & ſoluit. ¶ In gl. 2. ibi, quicunque] & ſupra de of.
ord. inter cætera. & idem Inn. Gof. Hoſt. [& ibi, eſt hic
ar.] quod ſic ſumitur [& in fi.] infra de offic. deleg. iu-
dex, & duobus c. ſe. lib. 6.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Obuenientes. Non ex iuriſdictione oportet ex alijs rebus prælaturæ, vt patet per id, quod ſequitur in verſi. non tamen.

b ¶ Perpetuæ. vide plenius Io. An. in c. cum bonæ. de ætа. & qua. in l. ſi non præfinitione, & ibi Bar. ff. de pœnis, & in gl. in clem. 1. de dona.

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſdictionis venditio quid mali inducat, qui eam poſſit demandare, num. 3.*
Quando vendi dicatur, nu. 3. & quibus caſibus detur ordinaria ab epiſcopo, num. 5. alio modo detur, ibid.
Diſſimulatio quando noceat.
2 *Canonica pœna quæ dicatur.*
3 *Epilogus & ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 4. 5.*
Ratio qualiter ſcribenda ab eo, qui reditus alienos exigit.
5 *Cenſum nouum vel imponere, vel augere veterem non licet epiſcopo, cir. fin.*

C A P V T II.

Quoniam Summatum eſt, ſupra c. prox. Et
primo ponit exceſſum, quẽ ex-
preſſa cauſa fieri prohibet. ſecũ
do pœnam addit ibi, Quod ſi quis [Grauamen] qui. n.
1 † debet lib. 100. per fas & nefas, illas & aliquid vult
extorquere, & de minima culpa quandoque facit ma-
ximam [Subuerſionem] quia ſæpe res puniuntur, vbi
puniendæ eſſent perſonæ, in auct. de man. prin. §. opor
tet. col. 3. vendũt etiam iſti, quod epiſcopus ex officio
gratis faceret. remit. Hoſt. ad ſum. eo. tit. ante ſi. ver. in
ſumma notãdum, & ſequentibus [Diſſimulatione] 43.
diſt. Epheſijs. T. tacet. n. vt recipere poſſit cenſum pro-
miſſum, licet ſubditorũ grauatorum clamores audiat.
& quod peius eſt, quandoque fouet vicarium, & excu-
ſat. contra id. 87. diſt. cap. 1. & 3. 87. diſt. error, ſecun-
2 dum Hoſt. [Canonica † pœna] ſ. depoſitionis cum no-
ta infamiæ. 1. q. 3. c. ſi. & perdit poteſtatem conferẽdi
3 officium, ſupra c. proximo. ¶ † Secũda gl. quærit, & ſol
uit. ¶ In gl. 2. ibi, & quia] ibi dicitur, ꝙ cui mandata
eſt iuriſdictio, illam non demandat: quia non eſt data
a principe, nec data a lege, ſed cõfirmata [& ibi. §. nos
igitur] ibi lex dat iuriſdictionem defenſori (& in fin.)
4 vide de iudi. nouit, ſuper gl. no. ꝙ ¶ In † gl. 1. ibi, ſimo-
niacum eſt] tunc. ſ. cum dicit prælatus pro 100. lib. vẽ-
do tibi iuriſdictionem ad me ſpectantem vſque ad an
num, & totum lucrum tuum ſit: ſecus, ſi dicat pro ſala-
rio conſtituo tibi 100. lib. & tu iuriſdictionẽ exerce, &
obuenientia mihi computa, & redde. hoc. n. licitũ eſt.
ſm Innoc. & Hoſt. & dicit Hoſt. ꝙ hoc caſu omnia ſunt
ſcribenda, vt ſciatur quis, a quo, quare, qñ, quantum,
& qualiter receptum ſit, & expenſum, in auct. de man.
princ. §. coges autem, col. 3. & de collatio. §. iubemus,
colum. 9. & de ob. ad ratio. cap. vno. ¶ In gloſſ. 3. ibi,
5 non) dicit † Hoſtien. ꝙ in duobus caſibus epiſcopus
dat ordinariam, primũ creando officialẽ, cui generali
ter vices ſuas cõmittat, alio nomine appelletur, vel & ſi
vice-

Digitized by Google

vicedominus, vel vicarius, non.n. eſt vis in nomine, de procur. petitio, & hoc poteſt facere ad annum, & plures, vt placet. Secundo perpetuo ordinando, vel inſtituendo, vel conferendo beneficium, cui ſit annexa iuriſdictio de iure, de offi. ord. cum ab eccle- d

a ſiarum, vel de conſue. de electo dudum. 2. vbi etiam idem. & in hoc 2. caſu licet commodo non debeat ſub nouo cenſu, vel veteri augmentato, poteſt tamen ſub antiquo non diminuto, ſupra de cenſib. prohibemus. [In ibi ordinariam] ſicut & conſuetudo dat ordinariam, ſupra de ſo. compe. cum contingat, Hoſtien. [& in fi.] de his 11. quæſtio. 1. experientiæ.

ADDITIO.

a ¶ Conſue. vide Inno. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. or. Io. An. in c. cum contingat, de ſo. compe.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſię regimen ſub annuo cenſu committi non debet.*
2 *Spiritualis quærit æterna.*
Carnalis temporalia.
Sacerdotis intentio qualis eſſe debeat, an ei liceat locare operas ad diuina, remittit, num. 3.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 Quoniam. Caſus. Regimen † eccleſiæ ſub annuo cenſu committi non debet. primo narrat conſuetudinem, quam ſecundo prohibet. 3. cauſam reddit. ſecunda ibi, Ne id. tertia ibi, Quia [Sub annuo] vt dicit Hoſt. nec in perpetuum, nec ad annum, nec ad momentum vendendum regimen animarum, vt ſupra c. prox.

2 [Ad † æternæ] Innoc. Io. 3. quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: quod natum eſt ex carne, caro eſt [Spiritualis] ergo, promotio quærit æterna. Carnalis vero quærit temporalia & carnalia [Conſideratio] ac ſi dicat, quod pura debet eſſe ſacerdotis intentio, vt ſolum Deum ſpectet retributorem, non per temporale commodum. Vnde reprehendit Hoſt. eos, qui currunt ad mortuum vſurarium diuitem, & pauperem vilipen-

3 dunt. ¶ In † gl. 1. ibi, Prouideat] ad hoc ſupra de app. peruenit, de cler. ægro. de rectoribus, de cleri. non reſi. c. pe. & infra de cle. c. cum ex co. §. porro, li. 6. per quod

a videtur, quod epiſcopus hoc facere [a] debeat [& in fine]

b an ſi liceat ſacerdoti locare [b] operas ad diuina, dixi, quod notauerint hic Inn. & Hoſt. 3. de præbē. ſignificatū.

ADDITIONES.

a ¶ Facere. vide Io. An. in c. 3. de offi. archipresby. & in c. omnis, in glo. executioni, & ſup. c. iſta, de pęni. & re.

b ¶ Locare. An autem poſt ipſius mortem ipſo iure ſit locatio extincta, ſi fiat ſine ſolemnitate, tenent Domini de Rota, quod ipſo iure, & per hoc inferunt, quod l. conductores. §. pęna illius. C. loca. in ſucceſſore locum habet, ſicut in primo locatore. inferunt etiam, quod recipiens ſucceſſor penſionem vnius anni contractum per totum tempus primæ locationis nō ratificat, cum ipſo iure locatio ſit finita. vide in deciſio. Rotæ concl. 155. & tribus ſe. conel.

SVMMARIVM.

1 *Fructus eccleſię ad affictum, vel annuum cēſum poſſunt concedi.*
Eccleſia pro eccleſiaſticis obuentionibus, & quibus alijs modis accipiatur. & quibus appelletur nominibus nu. 5.
Conductor in ſolutione ceſſans expelli poteſt non obſtante iuramento.
Si deſerit ante tempus locum ſine iuſta cauſa tenetur ad penſionem totius anni,
2 *Epilogus ſuffragium. & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*
Succeſſor quis & quibus caſibus teneatur ſtare contractui prędeceſſoris.
Auctoritas epi adiecta contractui quid faciat, & quid contra.
Capituli conſenſus in quibus alienationibus requirendus.
Vicarium priuilegiatus tenere debet. §. quæritur etiam
Hęres rectoris tenetur ex mala eius adminiſtratione, e. §. ad fi.

6 *Decretales huius tituli, quæ ad primam, quæ ad ſecundam ſpe tem pertineant.*

d *Firmas quarum meminit hæc decretalis, quis recipere nequeat.*

CAPVT V.

1 Quærelam. Caſus. Fructus † eccleſiæ ad affictum, vel annuum cenſum concedi poſſunt. Et primo ponit conductoris quærelā. ſecundo dat ei iudicem ibi, Ideoque [Eccleſiam] id eſt, eccleſiaſticas obuentiones [Ipſe] Goff. ſ. actio. [Tenuiſſe] ſ. ipſe conquerens [Firmauerit] Si ceſſauerit in ſolutione, non obſtante iuramento, quod habet tacitam conditionem, poſſet expelli. ff. loca. l. quæro. §. inter. Item ſi conductor ante tempus ſine iuſta cā deſerit locum, tenetur ad penſionem totius temporis.

2 eo. tit. dominus horreorum. §. ſi. Vin. ¶ † Secunda gl. quærit, & ſoluit. ¶ Vltima obijcit, & ſoluit ponendo 6. ſignificationes huius verbi eccleſia. ſecundo quærit opponendo, & ſoluit. 3. quærit de ratione, & ridet. ¶ In

3 gl. 2. ibi, ſiquis domū. §. 1.] loquitur de vſufructuario,

4 qui locauit ad tempus, & prius deceſſit. ¶ In † gl. 2. ibi, Contractui] Idē Goff. quia nec precarium finitur morte concedentis, ſup. de preca. c. ſi. nec ob. ſecundum eum C. loca. l. emptorem, alias emptori, quæ loquitur in ſingulari ſucceſſore: ſed prælatus eſt vniuerſalis, & dēt fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prædeceſſori fideliter paruiſſe. vt in caſu ſtatim alle. hic Hoſt. iē. & ſm Inn. in hoc differt adminiſtrationem habens a canonico præbendario, qui nunquam vltra vitæ ſuæ tempus præbendam locare poteſt, licet ſuper illa agat, & defendat vt legitimus adminiſtrator: ſupra de probu. c. 3. ſecundum Inn. quod fatetur Hoſt. niſi ex cauſa rationabili hoc faceret de auctoritate epiſcopi, quam tunc in ſubiectis eccleſijs præſtare poteſt. Ad hoc ſupra de cenſi. præterea, & ca. ſignificauit. Sed cum textus dicat, ſm quod inter ſe cōuenit, & nil dicat de epiſcopo,

1 vſq; non requiratur conſenſus epiſcopi. dicit Hoſt. quod quādo fit ſine ipſius licentia, putat epiſcopum reuocare poſſe, j. de exceſ. præ. ſicut, ſup. de of. vica. clericos. Et hoc cum eccleſia datur ad firmam: ſecus, cum dantur decimæ religioſorum, ſupra de loca. veſtra. Dicit etiam, quod auctoritas epiſcopi ſine cauſa interpoſita rationabili non valeret per c. prælat. de cenſi. ad idē. ff. de aucto. tu. nulla differentia. conſenſus vero capituli requirendus non eſt, niſi in perpetuis alienationibus, vel vbi epiſcopus aliquid detineret ſibi, de his, quę fi. a prę la. tua, vt eccl. bene. capitu. vno, in fin. vide clemen. de reb. eccl. non alien. ſi vna, & per prædicta etiam dicit, quod ſi canonicus obligauit fructus prębendę ſuæ ad quinquennium pro audienda theologia, & prius moritur, quod non noceret ſucceſſori, etiam ſi ille totius temporis pecuniam recepit. ad hoc quod dixi, de pecu. cle. c. fin. Hoc verum, niſi contractus defendatur ex ſpeciali conceſſione principis, vel epiſcopi, qui ex cauſa hoc poſſet, vt dictum eſt ſupra, & de hoc dicam j. tit. 1. ca. vlt. ¶ Quærit etiam de prælato, qui obligauit, quia cruce ſignatus, fructus, vel viceſima ad quinquēnium, vel trienniū, vt in priuile. continetur, de quo dicam infra, de iudę. ad liberandam. & prælatus primo menſe moritur in via, nec pecunia inuenitur, an ratus ſit contractus, & dicit quod ſic, ſi hoc expreſſe in priuilegio cōtineatur, ar. de voto. c. fi. ne is, qui ꝯxit decipiatur ex reſcri. principis, C. de his, qui ve. æta. im. d. 3. & ne ſuis contractibus eccleſia fraudē adhibeat, ſup. de don. per tuas. in fi. idem Vinc. j. de hære. excōicamus. §. catholici, & Guil. in Spe. de habe. ad fi. vbi etiam no. prius Vinc. quod talis priuilegiatus dēt tenere vicariū [Et ibi, huius placiti] & c. pręq. quod incipit, alienationes, vbi de hoc per

Io.

Ho.& per Bar.Brix. [Et ibi, non pro vtilitate]Dicebāt
Inn.& Ho. ſi locaſſet nomine eccleſiæ, licet inutiliter,
ſi ſolennitas non fuit ſeruata, ſucceſſor reuocat, ſup.de
his, quæ fi.a præla.cum nos, de precari.c.2.ſi fuit ſerua
ta, tenet contractus, ſed locus eſt reſtitutioni, ſupra de
re.ec.non alie.& per hæc mixta potes diſtinguere. Aut
contraxit nomine eccleſiæ, aut proprio. Primo caſu,
aut in vtilitatem eccleſiæ, aut non.& ſi non, aut fuit ob
ſeruata ſolennitas, quæ alias eſſet in alienationib. per-
petuis obſeruanda, aut non. So.membrorum patet[&
in fi.]loquitur in vſufructuario, qui locauit in tempus,
& ante deceſſit, per quam l.dixit Ala. & T.hic ꝙ non
ſolum non tenetur eccleſia, vel ſucceſſor, ſed nec ēt hæ
res locatoris, niſi inquantum ad ipſum peruenit, licet
ſm T.eccleſiæ bene teneantur hæredes rectoris ex ma-
la adminiſtratione, ſicut hęredes tutoris pupillo.C.de
hęre.tu.l.vlt.Goff.dicit hęredē teneri ſucceſſori pro ra
ta tpis, ſi non eſt ſoluendo, tenetur conductor, inducit
eandem l.ſi quis.¶ In † gl.vlt.ibi, fidelium]&& quan-
doque deſignat viros eccleſiaſticos tantum.63. diſt.c.
1.vbi de hoc, & 7.q.1.ſcire, & ī.de ver.ſi.cum clerici.
Itē eccleſia quandoque mater, quandoque filia, qñque
vxor vocatur, quod dic vt no.68.di.quorum vices.[Et
ibi, de iureiur.] vel cōſiderato tractatu ſub tit.de loca
6 to [Et ibi, prohibita] vnde † dicebat Hoſt.ꝙ prima &
ſecunda decr.ad primam partem tituli, tertia ad ſecū
dam, a qua prohibitione excipitur materia huius capi
tuli. Addit ēt, ꝙ religioſus ſuo nomine non poteſt reci-
pere tales firmas. nec poſſunt concedi laicis, ſupra ne
cle.vel mo.c.1.& c.fin. Remit. etiā in materia ad ſum
mam huius tit.[Et ibi, reſpon.] ſm Ala.& T. Dicebat.
Vin.hoc ideo, quia illud eſt onus rei.hoc vero perſonę.
[Et ibi, col.2.]de reſcrip.ſtatutum.§.inſuper, lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De magiſtris, ne pro docendi licentia, quid exigatur, quid in alijs iuris locis agatur.*

De magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licen. doc. Rub.

1 Viſo † quomodo ſpiritualia prohibentur pecunia
concedi, vel recipi, Eſt videndum de his, quæ habent
inſtar ſpiritualium.ſ.de magiſterio, & de licentia do-
2 cendi.ideo &c. Goff.de † prima parte.3.diſt.maxime
c.de quibuſdam.44.diſt.cum multa.41.diſ.miſerum,
& c.ſtatuimus.8.q.1.oportet.ad ſecundam tractatur.
1.q.3.vendentes, cum c.ſe. Repetitur in cle. Congruit
autem, de elect.officij, & c.cum in magiſtrum, de cler.
non reſi.relatum, & c.tuæ, de præben.licet, de loca.ca.
1.de teſta.relatum.§.cęterum, de priuileg.ſuper Spec.
de ſen.exc.c.1.& c.ex tenore, in fin.& c.cum volunta-
te. §.vlt.ad idem no.ne cle.vel mo.c.2.& 2.reſpon.de
prin.c.2.cle.de ſta.mo.ne in agro.§.penult.

S V M M A R I V M.

1 *De magiſtris ne pro docendi licentia quid exigatur, quæ tradantur in hoc titulo, ſummatim ſcribit, vide nu.9.*
2 *In ſtudio non proficientes reprehenduntur, & quid eis conſulat.*
3 *A doctorandis iuramentum exigitur, & quis modus expenſarum, & pœna tranſgredientium.*
4 *A ſcholaribus primo legentibus petere non licet paſtum.*
Mandare repetitionem non poſſunt irrequiſitis doctoribus.
Magiſtrorum multitudo interdicitur, et quid aliud eos prohibeat, & quid iubeat, n.5. ſine eis non ſunt diſcipuli, ibid.
Cauſa ſemper attendenda.
Pro cauſa quod peruenit ex ea ſumitur, ad dictio fructus.
5 *Clerici boni vt inueniantur, expedit eccleſiis.*
6 *Suffragium gloſſarum.*
Alimentorum, & ſumptuum modus quis.
7 *Additio gloſſarum.*

C A P V T I.

Quoniam. Summa totius tit.primo quo ad
primam partem Rubr. ſecundo
quo ad ſecundā talis eſt. Cathe-
1 dralis † eccleſia, & quælibet collegiata, quæ ad hoc ſuf-
ficit, prouidere debet de vna præbenda magiſtro in
gramatica, qui clericos eccleſiæ, & pauperes ſcholares
gratis doceat, qui magiſter a prælato cum capitulo,
vel maiori parte ipſius eligi debet, quorum negligen-
tiam ſupplebit ordinarius. Metropolitana eccleſia
etiam habebit theologum.& ſi vtrique non ſufficit, de
grammatico in aliqua eccleſiarū ſuarum, quæ ad hoc
ſufficiat, faciat prouideri. Vt theologi poſſint haberi,
prælati, & capitula ad theologiæ ſtudium aliquos mit-
tere debent, quibus prouidebunt, ſi ſui reditus eis non
ſufficiunt. Et docentes in theologia donec docuerint,
& ſtudentes per quinquennium integre prębendarum
ſuarum fructus percipiant, conſuetudine, vel ſtatuto
contrarijs non obſtante. hoc di.1.cap. in prima par-
te.ſecundum in ſecunda, pen.& vlt. Pro licentia docen
di prætextu alicuius conſuetudinis nil debet exigi, vel
promitti. Ob hoc promiſſum remittitur, & ſolutum re-
ſtituitur. Idonei regere volentes prohiberi non debēt.
Contrafacientes officijs, & dignitatibus priuabuntur.
Primum ca.in ſecunda parte, & ſecundum in 1.& ter-
tium, & per talem mixturam hæc capitula non diuidē-
2 tur[Proficiendi]reprehendit † eos, qui in ſtudio nō pro
ficiunt, qui melius facerent, ſi & parentes inanibus
ſumptibus non vexarent.ff.de inoffic.teſt.l.1.ſecundū
Hoſt. qui etiam remittit ad no.de offic.primi.c.vno,
in fi.[Opportunitas] concor.infra de elect.cum ex eo,
lib.6.[Eiuſdem]ſecus de alijs, niſi ſint pauperes, infra
eo.quia ſecundum Innoc.quod dic, vt ibi[Doceat]de
vi.& ho.cleric.vt quiſque. T.[& infra]ſequebatur hic
quo & docentis &c.vt infra eo.quia [Exigatur] Inn.&
3 † circa alias expēſas hodie prouiſum eſt, ꝙ hi, ad quos
pertinet doctorare, prius a doctorandis exigant iura-
mentum, ne vltra tria millia Turon.argēteorum in ſo-
lennitate doctoratus expendant, & non exigētes a col
latione doctoratus per tres menſes proximos ſunt ſu-
ſpenſi, vt in conſtit.cle.eo.tit.cum ſit nimis[Conſuetu
dinis]no.contra doctores, qui a ſcholaribus primo le-
4 gentibus ex conſuetudine petunt paſtum. Abb.[Licen
tia]no.contra ſcholares, qui irrequiſitis doctorib.mā-
dant per ſcholas, ꝙ repetant aliquam decretalē. Abb.
[Interdicat]niſi forte ibi eſſet nimia multitudo magi-
ſtrorum, vel alia iuſta cauſa ſubſit. Inn.ſemper enim at
tendenda eſt cauſa, de accuſ.cum dilecti. Hoſt.[Con-
tra hoc]ſcilicet pro licentia docendi aliquid exigen-
do, vel idoneo, petitam licētiam denegando[Fructū]
ideſt beneficium, ex quo prouenit fructus[Profectum]
5 expedit † enim eccleſijs, vt boni clerici inueniantur,
qui poſſint præfici curę animarum, ſup.ne.cler.vel mo
na.c.fi.de æta.& qua.c.pe.de elect.nihil, de offic.ord.
inter cætera. Sed qui magiſtrum repellit, hunc profe-
ctum impedit: quia ſi non habetur magiſter, nec diſci
puli, ſicut alias dicitur, ſi non eſſent auditores, non eſ-
a ſent doctores: [a] quia nemo inuito auditore, &c.6.q.1.
ex merito. hoc pulchre vide in Hiero. ad Ruſti.ſecun-
6 da.F.¶ In † gl.3.ibi, dat alimenta]& mercedes pro fa
cultate patrimonij, & dignitate natalium [Et ibi, Ad-
uocatis]ſup.conſtituitur ſalarium pro modo litis, ad-
7 uocati facundia, & conſue.fori, vt ibi.¶ In † gl.vlt.in
fi.]vide de vſuris, quia fruſtra, ſuper 1.gl.¶ In gloſſ.1.
in

in fi.]quod dic vt no. in ſum. eo. tit. §. 1. Hoſt. ¶ In glo.
quaſi ſimoniacum, in fi.]quicquid dicatur, in multis ec
cleſijs de antiqua corruptela contrarium obſeruatur,
Hoſt. ¶ In gl. pen. ibi. §. damus] bene conuenit, quod
dicit Hiero. ſuper Gala. lib. 2. & vide.

ADDITIO.

a ¶ Doctores. Facit quod notat Io. And. in c. cum quid prohibe-
tur, de reg. iur. lib. 6. in mercuria.

SVMMARIVM.

1 *Parochia pro diœceſi.*
Magiſtrum vt quis audiat certum, ſi ſe obligauit adiecta pœna, non valet, eos inſtituendi intra quantum tempus, nu. 8. & quando poteſtas ſuperiori deuoluatur ibid.
2 *A contrario ſenſu locus hic non eſt.*
3 *Ad ſcholas eundi pro licentia ſi nō detur aliter a prælato niſi precio recepto, an ſit ſimonia, & nu. 7.*
Appellationi an ſit locus in differentibus magiſtros, ad dict. appellationem, ea pendente an retractetur factum, nu. 4.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
Repetitionem, vel retentionem dati qui habeant.
7 *Additio gloſſarum.*
Pro docendi licentia ſiquid accipiatur, an committatur ſimonia.

CAPVT II.

1 Prohibeas. [Parochia] i. † diœceſi. ſi. de do-
na. apoſtolicæ, & infra de rapto.
c. 1. Hoſt. [Solutum] non valet, ſi
quis obligauit ſe per pœnam audire certum magiſtrū.
ff. de va. & extra. co. l. 1. §. proinde. ff. de cond. & de. l.
Titio. §. 2. ff. de lib. ho. ex. l. 2. Vinc. [Scriptum] Matth.
10. [Accepiſtis] prælaturā. Quid ergo ſi fuerit empta?
2 Reſpon. non † eſt hic locus a contrario ſenſu, ſicut nec
C. de epi. & cle. conuenticula, & infra de vſu. quanto.
Quid ergo, procederet contra eum, vt no. ſ. eo. tit. 2. c.
1. & c. conſulere, & c. ſicut pro certo. de facto tamē ali-
ter fit, vt no. ſ. ti. 1. c. pen. Hoſt. [Gratis date] ad qđ ac
3 cedit, quod legi. & no. ſ. de don. c. 1. Nunquid † ſi præ-
latus nō dat alicui licentiā eundi ad ſcholas, niſi prius
recepto precio, erit ſimonia? Dicunt quidam ꝙ ſic, nā
ipſa licentia ſpiritualis eſt, & ex ſpirituali cōpetit po-
teſtate, ergo eſt ſimonia, vt ſupra de ſimo. tua nos. Sed
ſm Inn. nō eſt ſimonia, ſed turpe lucrum. non induxit
ius, quia forte nō habebat, & contradicit ei, quod no.
a j. c. pe. §. 1. ad fi. Hoſt.[a] de hoc Arch. 37. di. de quibuſ-
dā [Congruis] i. in omnibus eccleſijs, quatum ſufficere
poſſūt facultates, j. c. 2. [Appellatione poſtpoſita] niſi
forſan negligentia reuocetur in dubium, & ſuper hoc li
tigetur, ſupra de reſti. in inte. c. 2. vt lite pendente, per
totum, quouſque ſit diffinitum per ſententiam, quæ
non ſit appellatione ſuſpenſa, nec poſſit ſuſpendi, arg.
b C. de tranſact. poſt rem.[b] ff. de pœnis. l. 2. §. fi. Quid † ſi
4 hodie ſit lata ſententia pro prælato, & cras prouidet,
& decima die fuit appellatū. Dicit Hoſt. totum retra-
ctādum, ſicut ſi poſt ap. eſſet facta prouiſio. ad hoc, de
ap. non ſolū, li. 6. Sed cum deuolutio poteſtatis no ver-
titur in dubiū, nec cā rationabilis opponitur, appella-
tio non obſtabit. Ad idem de ſup. ne. præ. c. fi. & patet
5 ratio. de his, quæ fiunt a ma. par. ca. ex ore. ¶ † Prima
gl. obijcit, dat ſol. Vincen. & aliam ſubdit. ¶ Secunda
gl. dat duplicem lectutā eius, quod de remiſſione hic
6 dr. ¶ In † gl. 2. ibi, ſiquis mandato] videtur obeſſe ali-
cui id, in quo obligatus eſt [Et ibi, pacta] pacta cōuen-
ta, quæ aliquid detrahunt emptioni, inſunt contractui
quoad excipiendum, & quæ aliud augent, non inſunt
quoad agendum [Et ibi, ei, cui fundum] Si ei, qui ad
quinquēnium conduxerat, teſtator legauit, quicquid
eū dare oportebat, hæres nec petitionem hēt, nec retē-
tionem [Et ibi, qui ſe] putans ſe mulieri debere, ſi pro
dote 50. futuro ſpōſo promiſit, nuptijs non ſecutis, hēt
& exceptionem, & receptionem (Et ibi, qui ſine cauſa)
ſequitur, obligantur, incerti cōdictione conſequi poſ-
ſunt, vt liberētur (Et ibi, ſed quod prætor, in fi.) vbi per
fecta, vel imperfecta re, quæ per metum agitur, cōpe-
tit actio, & exceptio (& in fi.) vide de ſimo. c. pe. ſuper
8 prima gl. ¶ † In gl. 1. ibi, ob turpem) & j. de reg. iur. in
pari, lib. 6. [Et ibi, redimit ius) dummodo ſit idoneus.
Goſ. Inn. no. Hoſt. (& in fi.) dixit T. ꝙ ex parte prælati
commiſſum fuit crimen concuſſionis, ſed nō ſimonia,
quia exegit in officio non ſpirituali: Dicit Vinc. j. ca-
pitu. proxi. ſimonia videtur, ſi vendatur licētia docen
di licet nō habeat curam animarum annexam, ſicut ſi
detur pecunia pro iudicatu in eccleſia beati Iacobi.
8 1. q. 3. ſaluator. ¶ † gl. vlt. ibi, nullam] forſan intelle-
xit gloſ. ꝑ iſto caſu, ſicut & illo dentur ſex menſes illi,
qui primo loco habet magiſtros inſtituere. aliquib. vi-
detur hoc referēdum ad ſuperioris arbitrium. & cum
iſta prouiſio non ſit perpetua, ſicut beneficialis, ſatis
æque minus tempus dabitur, maxime cum ſchola iam
ordinata, deficeret magiſter morte, vel aliter: puto ta-
men monitionem eo caſu neceſſariam. facit quod no.
de re iudi. ad apoſtolicæ, lib. 6. in vlt. gl.

ADDITIONES.

a ¶ Hoſt. gl. ſupra c. proxi. dicit quaſi ſimoniacum, vide ſupra tit.
proxi. c. 1. in tex. & gl. 1. per Io. And. & per ipſum de ſimo. cō-
ſulere.
b ¶ Rem. ſuper incidentibus ergo poteſt appellari, quamuis in
prin. ſit ſublata appellatio, quod facit ad materiam. l. fi. C. de
temp. ap. ad fi. & in l. 1. §. ſi quis ante. ff. a qui. app. non licet.

SVMMARIVM.

1 *A docente nihil a quoquam exigendum.*
Spoliare eſt verbum medium, in fi.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Magiſtri quales eſſe debeant, & qui. num. 3. inter eos differentia, ibid.
3 *Studia literarum an per ſe, vel alijs permittere quis debeat.*

CAP. III.

1 Quanto. Hoc † impetratum fuit cōtra cācel-
lariū pariſien. qui a quolibet docen
te marcham vnam exigebat. Vinc.
(Eccleſiaſticis) maxime. vel. i. catholicis (impendūt)
ſuper hoc conſue. allegantes, vt ſequitur (Decorem) &
profectū, ſ. c. 1. in fi. (Admodū) pro valde. Concor. cle.
de iureiur. Romani, ver. nos itaq; cum ſuis concor. (In
terminatione) de hoc j. de ſagit. c. vno, & ibi ſuper gl.
2. & de cler. ex. latores, ſuper gl. pen. dicam aliqua hic
no. per Goſ. (Prohibitionis) quo ad exactiones (Præce-
pti) de permittēdo idoneos regere (Dignitatib.) magi
ſterijs ſcholarū, de quib. præmiſit [Spolietis) ponitur in
bona parte, interdū e contra. de hoc de re. ſpo. conque-
2 rente. ¶ † Gl. 3. quærit, arguit, & ſoluit. ¶ In gl. 1. in fi.)
ꝓ, ſupra de conſu. nā concupiſcentiam. Sol. ibi, Hoſtiē.
¶ In glo. 2. ibi, debent] vt ſint ſubtiles in interpretan-
do, & copioſi in diſcernēdo. C. de profeſ. qui in vr. Cō.
l. vna, li. 12. Item coaptare ſe debent ingenio diſcētiū.
8. q. prima oportet. Go. nec debent arroganter docere
46. diſt. habet hic. & de hoc vide in Hiero. ſuper ti. hoc
3 ¶ In † gl. 3. ibi. 93.) alias. 95. di. & melius (Et ibi, credo)
ſecundū Vin. idem Abb. alias de offic. archiepiſ. c. fin.
(& in fi.) Idem Hoſtien. quia aut cupiditas ipſum mo-
uet, quod reprehenditur, ſupra e. c. aut inuidia, contra
quam

Digitized by Google

quam.7. diſt.qui contempta.95.diſt.eſto. Aut odium vel alia corruptela, ar.11.q.5.quattuor. Nam & ſi ipſe valde ſit idoneus, tamẽ expedit, vt collegam habeat, de off.archid.c.fin. Eſt & potiſſima ratio ſecũdum eũ, quia talis cum alio proficeret, qui cum ipſo non proficeret, cum in hoc multum valeat amor magiſtri, & acceptus modus legendi. Iſte ergo profectus non impediatur, ſupra capitulo primo.

SVMMARIVM.

1 *Opportunitas datur ad bonum, & tollitur ad malum.*
Magiſter cõpetens quis, & quando poſſit exigere collectã, vbi teneri debeat, a quibus eligendus, n.3.4.& 5.a quibus prebenda aſſignetur, nu.5.6.
Eius officium quod, n.3.a quib.licitẽ accipiat, num.4.9.10.
An in canonicum pro docendo poſſit recipi, nu.13.
2 *An religioſus, & maximẽ monacus poſſit eſſe.*
Officijs diuerſis põt quis diuerſo tẽpore ſeruire, ver.ſolutio.
Profeſſio diſpar non debet eſſe, ſi eſt contraria.
Vix ſi ſit, tamen ſit, in fin.
3 *Diſcipulorum officium quod.*
Scientia vt coaleſcat.
4 *Collatio beneficiorum communiter ſpectat ad prælatum, & capitulum.*
5 *Teologus requiſitus ab hac conſtitutione, quæ non debeat ignorare,*
6 *Vtilitatis cauſa qui aſſumptus eſt, tandiu placebit, qualiter fuerit vtilis.*
Ad contributionem confugiendum in caſu huius conſtitutionis cum per ſe non ſufficiat vna eccleſia, & nu.11.
Ad contributionem cõfugiendũ in caſu huius conſtitutionis.
Linguarum Hebraicæ, & Arabicæ & Caldeæ, in quib.ſtudijs debeat habere doctores.
7 *Epilogus.& additio gloſſarum, num.8.*
Diuitiæ damnoſæ homini.
10 *Hoſtienſis nunquam pro ſe fecit collectam, non pro ſe ſed pro alijs ſcripſit.*
Prabenda ſectio etiam in perpetuum fit ex cauſa.
12 *Canonicatus idem diuerſo iure cenſeri non debet.*
In iuramento intelligitur ſuperioris auctoritas excepta.
13 *In canonicum receptio, & doctrina ſunt ſpiritualia.*
Permutatio de ſpirituali cum ſpirituali admittitur.

CAPVT IV.

1 Quia nõnullis. [Opportunitas] datur † opportunitas ad bonum, & tollitur ad malum, ſ. de ſta.re.c.vno, li.6. (Cathedralẽ) infra addit, ſic collegiata [Magiſtro] i.declarat in grammatica, & per quem debeat aſſumi (Competens) i.declarat, ꝙ ſit competens (Neceſſitas) hic euidenter arguitur, magiſtrum, cum eget, exigere poſſe collectam. ad idem ſup. de cenſi.cum apoſtolus.§.inhibemus. Hoſt.(Alijs) conuentualibus, & capitulum habentibus, vt innuunt ſequentia. Sed hodie in ſingulis monaſterijs, quorũ ſuppetunt facultates, teneri debet magiſter, qui monacos ipſorũ in primitiuis ſcientijs inſtruat, vt in cõcil. Vien. de ſta.mo.ne in agro.§.pe.(Idoneus) quærit hic Hoſt.
2 an † religioſus & maxime monacus poſſit in magiſtrũ aſſumi? Videtur ꝙ non: quia habere debet officiũ plangentis, non docentis.16.q.1.monacus, & c.ſe. Ad idẽ bene facit c.q.nemo. quia in vno officio diſpar nõ dẽt eſſe profeſſio, nec poſſunt cohærere, & coniungi, quib. ſtudia ſunt diuerſa. 16.q.1.nemo, & quia bonus monacus vix facit &c. 16.q.1.legi. multominus bonum magiſtrum. Nam & in talibus cithara cum pſalterio &c. ar. de cle.con.diuerſis, & c.quod a te. Sed contra, Hiero.monet monacũ, vt diſcat multo tempore, quę poſtmodum doceat, & ꝙ prius diſcipulus ſit, quam magiſter.16.q.1.ſic viue, & c.ſi clericatus. Item melius eſt cathedræ præponere monacum ſcientem & honeſtũ, quam ſæcularem clericum ſcientem & inhoneſtum.e.q.doctos, & c.ſunt nonnulli, maxime cũ iſti gratis doceant nec idonei ſunt prohibendi: ſed hi ſunt idonei, qui primum moribus, & demum facundia &c. vt not. ſupra c.proxi. Sol. dicit Hoſ.ꝙ aut talis ſe ingerit, & ſic repellitur, & in primis concord. aut a ſuo ſuperiore mittitur, & ab illo, ad quẽ ſpectat, licentiatur, & tunc eſt admittendus.16.q.1.moderamine, cum ca.ſeq. ſupra de off.ord.interdum: tamen abſtineat a ſcientijs prohibitis, vt ſupra ne cler. vel mo.non magno, & cap. fin. hoc etiam expoſcit non ſolum vtilitas proprij monaſterij, ſed etiam vniuerſalis eccleſiæ, ad hoc de cle. non reſi. ad audientiam. & dicit addendum, quod no. de ſta.mo.quod Dei, de hære.cum ex iniuncto, & c.excõicamus.§.quia vero. Nõ ob.ꝙ monacus non habet officium docẽtis. hoc verum, niſi ad illud eligatur. nec c.nemo poteſt. quia licet eodem momento non poſſit eccleſiaſticis officijs, & monacali regulæ deſeruire, poteſt tamen hoc diuerſis horis, ſicut & faciunt plerique ſæculares clerici, ſic etiam non debet eſſe diſpar profeſſio.ſ.contraria, nam alias certum eſt, quod in vna vniuerſitate ſunt diuerſorum corporum hominum genera diuerſa: ſed nec quo ad officium magiſterij ſæcularium, & regularium diuerſa ſunt ſtudia: quia vtriq; ſtudent, vtrique docent. Nam & ſi conſideratur vniuerſitas ſtudentium, certum eſt, ꝙ diuerſarum ſcientiarum diuerſi ſunt modi, & tantum vnum corpus faciunt, & ſimul cohærent, & ſimul coniunguntur. Nec ob.ꝙ bonus monacus vix facit bonum clericum: quia & ſi fit vix, tamen fit. ff. de iudi. vix certis, de cog.ſpi.
3 cap.2.lib.6.(Cum † capitulo) hoc caſu magis eſt requirendus conſenſus capituli, quam prælati, prælatus.n. non doceri, ſed docere debet. Illi vero de capitulo sũt inſtruendi, vnde ipſorum intereſt, vt talis eligatur, cuius modus acceptabilis ſit, & diligatur, ſecundum Hoſti. Quintilianus.tit.2.de ora.inſtitutione, vt præceptoris officium eſt docere, ſic diſcipulorum præbere ſe dociles. Scientia enim coaleſcere nequit, niſi ſociata fuerit tradentis, accipientiſq; concordia (Eligendus) & ſi
4 iſti negligant, ſupplebit ordinarius, ſupra c.2.in fin. & ar.ꝙ collatio beneficiorum cõmuniter ſpectat ad prælatum, & capitulum, de hoc ſupra de elect.cum eccleſia (Ipſarum) dicit Hoſt. ſic continuandam literam, ac alios & c.Gratis. & c.alias ſecundum eũ innuit litera, ꝙ ab extraneis poſſet collecta leuari, & ꝙ clericos eccleſiarum non tenetur inſtruere pro poſſe, quod eſſet abſurdum. & ſecundum eum in hoc addit Lateranen. cum illud loqueretur de extraneis pauperibus tantũ. Fatetur tamen quoſdam dicere ad verbum, Alios, ſubaudiantur pauperes, vt ius vetus maneat, niſi corrigatur expreſſe. & hoc videtur hic velle Inn. dicens, quod a diuitibus licite accipit, cum per eos non habeat præbendam. & addit, quod dicam ſuper gloſ.(Ad curam)
5 Eſt ergo † neceſſe, ꝙ talis theologus canones nõ ignoret. ad hoc de æta.& qua.c.pe.de of.or.inter [A capitulo) eccleſiæ, in qua magiſter eligitur: quod intellige, cũ ſolum capitulũ ordinat præbendas. vbi vero id ſpectat ad ſolum prælatum, ipſe ſolus hoc ordinabit, ſi ſimul ad illos hæc ordinatio pertinebit. facit de off.or. ad hæc, ſecundum Hoſt. de electione tamen magiſtri tenendum eſt ſecundum eum, quod dixi ſuper verſic. cũ capitulo (Metropolitano) vel capitulo in vtroque, vt ſupra dixi, & probatur infra vbi, dicit, eccleſia me-
6 tropolitana grauetur (Perſtiterit) Sene.epi.9. Qui † vtilitatis cauſa aſſumptus eſt, tandiu placebit, quamdiu vtilis fuerit (Diœceſis) non dixit, Prouinciæ (Valeat) & ſi nulla per ſe ſufficit, colligat ſimul omnes, & fiat contributio,

tributio, a. ſ. de cenſi. procuratores, de ſtatu mo. in ſin-
gulis. Hoſt. [faciat] archiepiſcopus, 10. quæſtio. 1. re-
genda, & c. decernimus [Prouideri] hoc in ſtudijs Ro.
curię, Pariſien. Oxomen. Bonon. & Salamãtino haberi
debent doctores linguarum Hæbraicæ, Arabicæ, &
Chaldeæ, quod & per quos eis debeat prouideri, vide
7 in concil. Vien. eo. tit. inter ſolicitudines. ¶ † Secunda
gl. quærit ad negatiuam, all. tria, ſoluit diſtinguendo.
¶ Vlt. gloſ. quærit, & ſoluit. iterum quærit, alleg. pro
& contra, & ſoluit. 3. quærit, & ſoluit. ¶ In gloſ. vlt. ibi,
§. pen. expedit ordinem decurionum plenum haberi,
8 & ideo etiam ſpurij alias digni admittuntur. ¶ In † gl.
2. ibi, collectã] de hoc. 18. diſt. de eulogijs, & plenius
37. diſt. de quibuſdam [Et ibi, Societates] legi eum di-
xiſſe, Abite peſſimæ diuitiæ: ego vos ſubmergã, ne a vo
bis mergar. & vide in Hier. ad Iulianum, ſecunda poſt
prin. Vale. lib. 8. c. 7. ponit Anaxagoram dixiſſe, cũ de
ſtudio reuerſus ſuas poſſeſſiones vidiſſet deſertas, non
eſſem ego ſaluus, niſi iſta periſſẽt. Seneca epi. 17. Mul-
tis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ. de Diogene
vide in Hiero. cõtra Ioui. 2. ſub litera I. (Et ibi, Non ſo
lum) vbi de hoc, & in c. præ. quod incipit, vendentes.
9 vbi etiam no. quando ſolui debeat [Et ibi, non † cogũ
tur] nam & Sabinus a ſcholaribus ſuis ſubſientabatur.
ff. de origi. iur. leg. 2. circa fi. & bona dona ſunt danda
doctoribus. de hoc 3. q. 7. §. tria, verſi. apud vrbem [&
ibi, incedere] facit quod no. 1. quæſtio. pri. qui ſtudet,
in gl. nunquid ergo [Et ibi, cum omni] quod dic. vt de
reſcrip. ſtatutũ. §. inſuper, & §. ſe. li. 6. in fi. puto, q́ ma-
giſtri, non nouitij, qui docent, vt diſcant, & qui rogant
potius, quam rogentur, poſſunt mercedem recipere,
non tamen a pauperibus ſcholaribus, a quibus non de
bent exigi ſportulæ, in auth. de mã. prin. §. ſit tibi, coll.
3. Goſ. De his nouitijs dixit Io. arguendo. 7. q. 1. Noua
tianus, q́ a principio feruere ſolent, & cito deficere.
10 ¶ Dicebat hic Hoſt. quod † magiſter, qui non eget, nõ
poteſt facere collectam, licet recipere poſſit gratis ob
latum. nam dicuntur vendentes in templo, qui qđ gra
tis afferre debent, precio largiuntur, quare videtur ſi-
monia. 1. q. 3. in tẽplo, alias eſt ſub. c. vendẽtes. Si eget,
licet a paruulis nil petat, tamen a diuitibus eſt ipſius
a inopia releuanda [a] per iura ſuperius alleg. & dicit Ho-
ſtien. quod credendum eſt ſibi, qui nunquam etiã pro
ſuſtentatione fecit collectam, & qui non pro ſe, ſed pro
alijs iſta ſcripſit, ar. 21. diſtinct. Nicena. ff. de inter. ac.
11 de ætate. §. 1. ¶ In † gl. vlt. ibi, vacet] vel de cõi pro-
uidebitur illi, donec vacet, ſecundum Vinc. Hoſtien. &
Abb. Dicebat ergo Hoſtiẽ. q́ tunc quilibet de eccleſia
det tantum de ſuo, quod faciat vnam præbendam, ar.
ſupra de his quę fi. a ma. par. ca. c. fi. ſupra de ec. ædi. de
his. Sed contra ſupra de præben. c. antepe. loquitur e-
nim illud, quando fit defalcatio perpetua, & ex priua-
ta vtilitate. hic cum ad tempus, ſ. donec magiſter rexe
rit, vel præbenda vacauerit. & publica vtilitas, ex qua
hoc fit, præferenda eſt priuatæ, ſupra de poſtu. bonæ. 1.
valet & perpetua ſectio præbendæ facta ex cauſa, de
præben. vacante: ſed & temporalis temporaliter to-
leratur. eod. tit. niſi eſſent, cum vero poſtea præbenda
vacauit, recuperet quis, quod dedit, & reuertatur res
ad ſuam naturam. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus, & præbẽ-
da illa vacans aſſignetur magiſtro, vt ſic ceſſet defal-
catio ceſſante cauſa, ſupra de voto. magnæ [Et ibi, ſi-
12 quis obiecerit] & idem † canonicatus cõferetur dupli
ci iure, vno habente ſpiritualia, & alio habente tem-
poralia, quod nec debet eſſe. 12. q. 2. cognouimus. Go.
[Et ibi, iuramentum] idem Goff. cum in omni iuramẽ-
to intelligatur ſuperioris. i. Romanæ eccleſiæ auctori-
tas except. de iu. iur. veniẽtes [Et ibi, expectare] & pro
batur infra de præben. ſi tibi. 2. lib. 6. (Et ibi, conditio)
13 dic. poſſet, q́ † cum receptio in canonicũ, & doctrina
ſint ſpiritualia, admitti poſſet talis pactio, ſicut admit-
titur alias permutatio de ſpirituali ad ſpirituale, ſup.
de re. permu. ad quæſtiones. Hoſt.

ADDITIO.

a ¶ Releuanda. Bart. Brix. in c. de quibuſdam. 37. diſt. tenet, quòd tunc abundans doctor poteſt licitè petere collectam, ar. epiſcopus qui conſecrans eccleſiam etiam abundans recipit procurationem, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Huius pars decretalis vbi.*
Neophytus non admittendus ad docendum.
Docendum quomodo ſit, & a quo.
2 *Pro diſciplina recipienda ſacrorum Romani aliquot ſilios in Tuſciam miſerunt.*
Magiſtrorum vtilitas, & laus.
3 *Beneficiorum prouentus collecti, & percepti cedunt in proprietatem eius, qui habet beneficium, & de eis poſſunt pro voluntate diſponere.*
4 *In ſcholis quis dicatur eſſe.*
Studentes qui dicantur vt gaudeant beneficio iuris beneficiorum.
Fructus pro tota quinquẽnio obligare, vel vendere nequeũt, num. 5.
Studens Theologiæ dicitur operari, ibid.
Huic conſtitutioni fraus vt fieret.
Clandeſtinum factum exaggeratur, non excuſatur.
Studio vacare quantum temporis oporteat.
Pythagoricorum ſilentium quot annorum.
Generalia verba ſufficiunt ad reuocatorias, in fin.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 7.*
Iuris ignorantia non iuuat in bonorum poſſeſſione petenda.
Remiſſum quod eſt a prætore, pro eo non eſt adeundus, & exemplum.
8 *Additio gloſſarum. & num. ſeq.*
Docilis homo, docibilis dicitur ſcientia, ſed quandoque confunduntur.
Inter ſcholares miſſos a prelatis, et nõ miſſos, quæ differẽtia.
9 *Doctores quamdiu percipiãt abſentes beneficiorum fructus, & priuilegio gaudeant.*
Quandoque reuocantur, & qua de cauſa.
10 *Ad ſtudium qui mittuntur ſi contentio ſit, an ſint dociles, quid iuris.*

CAPVT V.

1 Super ſpecula Pars † huius, ſupra ne cle
ri. vel mo. & j. de priuil.
ſuper Specula [Magiſtro
rum] theologorũ [Docti] arguit Hoſt. neophytũ non
admittendum, oportet. n. quem multo tpe diſcere, qđ
poſtea doceat, non ſuo ſenſu, ſed ſm veritatem ſcriptu
rarum. 37. di. prælatum. de elec. cum in magiſtrũ [De-
2 ſtinentur] refert † Vale. li. 1. c. 1. in prin. q́ ſenatus de-
cẽ filios principum Romanorũ miſit in Tuſciam pro
recipienda diſciplina ſacrorũ [Splendor] mundũ illu-
minans, j. de hære. cum ex iniuncto. 1. reſpon. [Firma-
menti] quia multos relinquent diſcipulos inſtructos,
qui & cathedram aſcendere merebũtur. & eſt ſumptũ
ex prologo bibliothecæ. 8. ca. [Erudire] Dan. 12. [Pro-
prij prouentus] ſ. præbendarũ, & beneficiorum ſuorũ,
3 & ar. ſecundum † Hoſti. prouentus beneficiorum ſaltẽ
collectos & perceptos cedere in proprietatem benefi-
ciati. vnde poteſt de illis pro velle diſponere. de hoc
ſupra de præben. ratio. & de hoc de off. ord. præſenti,
lib. 6. [Studentes] in loco ſolenni & ſtudio generali,
vt in conſtitutio. ſiorum, & ſupra de cler. non reſi. tuæ.
4 Et intelligo † quẽ in ſcholis eſſe, & ſi aliquando diuer-
tat ad curiam Rom. vel alio, ſtatim reuerſurus, nec
enim

a enim diuertiſſe videtur, de pę.di.1.diuortium. [a] Item
ſtudentes intelligo non tantum in ſtudio morantes,
ſed eiam ſcientiæ operam dantes, vt hi ſoli habeant
hoc priuilegium, ar.16.quæſtione prima, generaliter,
C.de epiſ.& cler.l.generaliter,& C.de re mi. leg. vlti.
Item hoc priuilegium habent ſtudentes in theologia
in ſcholis, & in domo. Si enim poſt reditum ſchola-
rum baccalarium haberet in domo, qui ei legeret le-
ges in cam. dico fraudem fieri huic conſtitutioni clan
deſtine, & clandeſtinitas ſactum exaggerat, non excu
ſat, de clande. deſpon. per totum. 30. quæſtio. 1. per to
tum. ff. de ritu nupt. l. vlt. & eodem modo poſſet fieri
fraus conſtitutioni ſuper ſpecula, ſi habens perſona-
tum, vadit ad ſcholas canonum, & in camera legi-
ſtam habet, qui eum leges docet. Goff. [Quinque] ad
5 idem † in proœmio ff.orum. §. pro reſponſis, ibi, & in
quinti anni &c. vide in Hierony. ſuper eccleſiaſtem,
ſuper 3. cap. Pythagoricorum doctrina eſt, tacere per
quinquennium, & poſtea eruditos loqui. idem Sene-
ca. epi. 52. ad Lucil. [Percipiant] licet permittatur eis,
ꝙ percipiant, non tamen quod obligent, vel vendant
recepto precio pro toto quinquennio, quod ſi fece-
rint, an ſucceſſor teneatur, no. ſupra titul. proxi. capi-
tulo vlt. Hoſtien. [Aliqua] no. pro verbis generalibus,
quod ſufficiant ad reuocatorias. vide infra tit. 2. ſicut
ait [Donario] ſtudẽs ergo in theologia, dicitur opera
ri. & ſic non ſolum reſidet, ſed deſeruit: tamen tene
b quod habes ſupra de præben. licet. [b] Hoſt. ¶ † Quarta
6 gloſſ. tria dicit. princi. & fin. de miſſione, & ſuppletio-
ne, medium de ſuperfluitate. ¶ Antepenult. glo. quæ-
7 rit, reſpon. alle. contrariũ. ¶ In † gl. 3. ibi, regula. §. 1.]
vide de ſi. p tuas. 3. ſup 1. gl. [Et ibi, in bonorũ] in bo-
norũ poſſeſſione petẽda iuris ignorãtia nõ iuuat, quo-
minus dies cedat. potuit enim peritiores conſulere.
¶ In glo. pe. ibi. §. vlti.] pro remittendo ſibi iureiurã-
do non habet hæres per teſtatorẽ iurare grauatus ne-
ceſſe pretorem adire, cũ iã ſit a pretore remiſſum. ¶ In
8 † gl. 3. in fi.] prouidetur etiam talibus, infra de elect.
cum ex ea, libro ſexto. ¶ In gl. 1. ibi docendum] vnde
melius dixiſſet, docile: quia homo docilis, ſcientia do
cibilis; quandoq; tamen ſumitur vnum pro alio. vnde
Io. 6. Et erant omnes docibiles dec. & ſi. verbum. 24.
diſ. qui epiſcopus, Gof. [& ibi, iſtis] ſ. electis & miſſis
per pręlatos, & capitula. Alijs vero, qui non ſunt miſſi,
licet aſſignentur propria beneficia, nil tamen ſupple-
tur. & hæc eſt differentia inter iſtos, & illos, ſm Ia. &
Phi. [Et ibi. 2. in fi. & de elec. commiſſa. §. porro. lib. 6.
9 ¶ In † gl. nunquid, ibi primus] ſ. docentib. & hoc te-
net hic Hoſt. quia ſemper expedit, quod doceant: qđ
eſt verum ſecundum eum, niſi ex cauſa a capitulo re-
uocentur: forte vt quod extraneis in remotis partib.
erogant, communicent his, a quibus ſunt beneficiati,
ar. de teſta. cum in officijs [& in fi.] dic quod pars pre
cedens habet ſuam ſpecialem determinationem ibi,
10 Dum in ſcholis docuerint. ¶ In † gloſſ. ibi, faciant]
cum non obſtet conſuetudo, vel ſtatutum contrariũ,
vt ſequitur. Dicit tamen Hoſtien. quod talibus referri
poſſet quæſtio, quod non ſint dociles, & ſi prælatus, &
capitulum hoc contendant, eſt expectanda licentia
ſuperioris. alias ire poſſet inhabilis ad diſcendum cõ-
tra mentem, & verba iſtorum iurium, & obſtaret etiã
ſecundum eum nimia multitudo. Ad id ſupra de cler.
non reſi. ope. [& in fi.] & infra de elec. vbi periculum.
§. præterea, libro ſexto, in gloſſ. vlt. ibi. ante. Matthæ.
20. & B.

ADDITIONES.

a ¶ Diuortium. Facit de conſe. di. 6. ſint tibi, & quod no. Io. And.
in c. ex parte, de cle. nõ reſi. in c. licet canon, de elect. li. 6. & Bar.
in l. 1. ff. ſol. matr.

b ¶ Licet. Et vide de priuil. cum de diuer. lib. ſexto, & per Ioan
& hic in glo.

SVMMARIVM.

1 *Occanonia tituli.*
2 *Seruorum duplex ſpecies.*
3 *Famuli quibus modis ſummatur.*
4 *Saraceni vnde dicantur.*

De iudæis, & Sarace. & eorum ſeruis. Rub.

1 ¶ † Viſo de his, qui ſpiritum ſanctũ per ſimoniam
vendendo blaſphemant, videamus de his, qui deho-
norant Deum male colendo. & ideo &c. ex quo vero
tractatum iſ erat de his male colentibus, ſubmiſit de
2 eorum ſeruis, quod † dupliciter intelligitur, ſ. de ſeruis
proprie, qui diſtinguuntur a liberis, infra capitulo 2.
& vlti. de ſamulis, qui ſeruiunt, licet ſerui non ſint, ſed
liberi, de quibus infra eo. Iudæi, & c. ad hæc, & c. & ſi
3 Iudæos. Sic † quandoque ſamulus ponitur pro ſeruo,
de ſer. non or. de ſamul. ¶ De prima & ſecunda par-
te. 23. quæſtio. 8. diſſipat, & 82. quæſtione prima. caue.
& facit 23. quæſtio. 4. 5. & 6. per totum, ſpecialiter de
Iudæis. 28. quæſtio. 1. Iudæi, & quatuor cap. ſe. & cap.
ſiquis. 45. diſtin. qui ſyncera. de ſaracenis. 11. quęſt. 3.
ad menſam. de ſeruis. 44. diſt. mancipia, cum duobus
ca. ſequentibus repe. in cle. Et conueniunt. de reſcrip.
eam te, de teſtib. Iudæi, & capitulo licet vniuerſis, de
ap. conſuluit. 3. de dec. de terris, & de cõuer. infide. ca
pitulo ſecundo, de bapt. debitum, de vſur. poſt miſe-
rabilem, & cap. quanto. facit de hæreti. contra Chri-
a ſtianos, libr. ſexto, & † dicuntur Iudęi a tribu [a] Iuda,
4 quæ cæteris erat honorabilior. Saraceni a Sara libera
vxore Abrahæ, cum Agareni vocari deberẽt ab Agar
ancilla, ex qua deſcenderunt. Iudęi legem Moſaycam
ſeruant ad literam. Saraceni nec nouum, nec vetus te-
ſtamentum recipiunt: ſunt tamen quidam qui reci-
piunt 5. li. Moyſi. Goſ.

ADDITIO.

a ¶ Tribu. aliter dicit Lactanti. lib. 4. diuinarum inſtitutionum.
cap. 10. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *De Iudæis & ſaracenis, de ſeruis vbi ſcribatur alibi in iure canonico.*
Vnde dicantur duo priores, & quam ſeruent legem.
Seruus emptus à Iudæo quo caſu redimitur 12. ſolid. & a quo, num. 2.
2 *Redemptori qualiter ſeruire teneatur, & nu. 4. & quod ius in eum habeat, ibid. quod ſi plures erunt redemptores, ibid. & num. 5.*
Ingenuus quis.
Gloſſ. quæ fuit olim facta, eſt hic contextus, in fi.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Suis nummis redemptus quis dicatur, in fi.
5 *Additio gloſſarum.*
Concurrentium emptorum quis præferendus in caſu huius conſtitutionis, & à quo & ſupra nu. 4.

CAPVT I.

1 Præſenti. Si ſeruus emptus a Iudæo cauſa
mercimonij factus eſt, vel fieri de-
ſiderat Chriſtianus pro 12. ſol. re-
dimitur. Et primo ponit contra. conſtitutio bimem-
bris, ſcilicet de baptizato, & de baptizari volente. ſe-
cundo ponitur eius cauſa ibi, quia [Cano.] quaſi hic
2 ponatur ſuprema æſtimatio [Chriſtianorũ] non † di-
cit ergo

ſit ergo hoc capitulum, quod ſeruus ſe redimat, ſed
quod Chriſtianus quilibet eũ redimere poſſit, & poſ-
ſet loqui ſecundum Ala.Goff.& Innocẽ.in ſeruo infir-
mitatis cauſa baptizato ante tres menſes, qui tamen
fuerat emptus mercimonij cauſa [Seu] ſuperfluit [In-
genuitate] vt quaſi.ſ.ad modum ingenui nec ſeruire
teneatur, nec patronum in eo retineat is, qui redimit,
nam proprie ingenuus, qui naſcitur liber, inſti. de in-
ge.in prin. [Idẽ fiat] ſ.quod liceat redimi [Seruitutis]
3 hæc olim gloſſ. ¶ † Gloſſ.declarat, de quo ſeruitio in-
telligatur. & quid ſi precium habere non poteſt, ſub-
4 dit, & ſoluit duas quæſtiones. ¶ † In 3.gl.ibi. §.domi-
nus] ſi ſeruus adiudicatus pro noxa ei, cui deditus eſt,
damnũ emendat, auxilio prætoris inuito domino ma-
numittitur [Et ibi.l.vl.] ſi redimit Chriſtianũ captũ a
Barbaris illum emendo, ille reſtituit precium, aut per
quinquennnium ſeruit [Et ibi, ſi cum omnes] ſi plurib.
dominis aggreſſuram paſſis ſeruus vni tãtũ tulit opẽ,
ſi omnibus ferre poterat, tenetur: alias excuſatur alte-
rum eligendo [Et ibi. §.ſuis autem] ſuis nummis redi-
mitur, qui totum precium non numerauit, ſed ex opis
5 eius impletum eſt preciũ. ¶ † In gl.2.ibi, vbi de hoc]
ibi enim not.de qua moneta hoc intelligatur [Et ibi,
mancipio] non Chriſtiano. ¶ In gl.3.ibi concurrant]
primo epiſcopus loci eligat magis idoneum. ff.de ac-
cu.l.ſi plures.Goff.ad hoc, de procur.ſi duo, lib.6. Di-
co, quod ſi alter meliorem cauſam offert, vt redimat ad li
bertatem ſaltem ad ſeruitium ille præeligatur (Et ibi,
ſed cum omues) & infra de reſcrip.duobus, in fin.li.6.

3 † gl.no.infert, & moderatur, & ad moderatum oppo-
nit, & ſoluit. ¶ Gloſ.3.arguit, ſignat contrarium, & re-
4 mittit.ſecundo arguit, & ſignat contrarium. ¶ In † gl.
2.ibi.l.1.] ad teſtimonium admittitur is, qui non pro-
hibetur [& ibi.l.vlt.] cano.de pœn.diſt.1.nemo. ¶ In
gl.3.ibi.§.ſicut] ſi lex agri non inuenitur, vetuſtas te-
net vicem legis [Et ibi, ſi quis diuturno] qui diutur-
no vſu, & longa quaſi poſſeſſione ius aquæ ducendæ na
ctus eſt, non habet docere, quo iure id conſtitutum ſit
[& ibi.l.1.& 2.] Iudex longi temporis conſuetudinem
vicem ſeruitutis obtinere ſciet [Et ibi.ſ.30.annis] &
tunc etiam proles eſt originaria, licẽt 30.annis ibi nõ
manſerit, vt in l.cum ſatis [& in fine] libertatis iura nõ
mutilantur, etiam ſi 60.anni ſint lapſi. ¶ In gl.antepe.
ibi, ſiquis prædium] etiam ex pacto non poteſt domi-
nus vendens, vel donans prædium illius originarium
5 ad alium locum transferre. ¶ In † gl.1.in fi.tit.& C.de
epiſcop. & cler.Deo nobis, & C.ne Chriſti man.l.vna.
¶ In gl.2.ibi, originarios] qui ſint originarij, & qui a-
ſcriptitij, no.54.di.generalis. Hoſtiẽ. remittit ad ſum.
de natis ex li.ven.§.ſic fecimus [Et ibi, liberos eſſe] vn
de teſtari poſſunt. de hoc in Spec.de inſtru.edi.§.com-
pendioſe, poſt prin. [& ibi.at.contra] ſup.quod promo
ueri poſſunt (Et ibi, ſi ſeruus.2.] in fi. [& in fine] vel non
tenet, vt ibi no.per c.ea.diſt.quicunque. ¶ In gl.3. in
fin.] hoc, cum de originali libertate fides fieri poteſt.
primum, cum nulla fides fieri poteſt ſecundum Hoſt.
vel vt in contrario not. Accur. illud in ſeruo: hoc in
aſcriptitio, qui liber eſt, vt hic.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus Chriſtianum in ſeruum non poteſt habere.*
Dominium pro ſeruitio perſonali.
Res qualibet tranſit cum onere ſuo.
2 *Contra taleas exigentes argumentum.*
Ab originarijs etiam nil exigendum vltra id, quod iura præcipiunt.
Transferri non poſſunt, nu.4.in fi.
Hi qui ſint, nu.5.remiſſ.
Pedagium quis amittit ex eius de loco ad locũ translatione.
De pedagijs vbi tractetur.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
Ex tempore ius acquiritur, caſus excipitur, & exempla.
5 *Additio gloſſæ.*
Aſcriptitij qui, remiſſ.
Lex vltima. C.quæ libertate, quomodo non aduerſetur huic decretali.

C A P V T II.

1 Multorum. Caſus. † Iudæus Chriſtianum
in ſeruum habere non poteſt.
hoc primo: in aſcriptitium vero
poteſt.2.ibi, Hi vero [Dominio] i.perſonali ſeruitio:
ſecus de reali, vt ſequitur, Hoſtiẽ. [Si qua] ſ.serui.vel [ſi
qua] ſ.mancipia Chriſtiana [Setuetur] i.in libertatem
eripiatur [Conditione] i.per conditionem [Prædictis
viris] ſ.Iudæis, quibus cum ſint permiſſa dominia rer-
rarum, & per conſequens ipſarũ aſcriptitij: quia quæ-
libet res tranſit cum ſuo onere, de decimis paſtoralis,
cum ſuis concor. [Extra hoc] ſ.quod iura præcipiunt.&
2 expreſſe hic † arguitur contra illos, qui taleas exigunt,
nam etiam ab originarijs nil exigendum eſt vltra id,
quod iura præcipiunt: Sed poſſet reſponderi hoc ſpe-
ciale in odium Iudæi dominantis.ad idem, infra eo.ſi-
cut. Remit.autem, ſupra de immu.eccl.non minus, &
c.aduerſus [Transferre] at.quod ſi quis pedagium tranſ-
fert de loco ad locum, amittit ius pedagij.de his peda
gijs in ſum.de cenſi.§.ex quib.cauſis.Hoſt. ¶ Secunda

S V M M A R I V M.

1 *Synagogas exigere non licet Iudæis.*
Synagoga, eccleſia quid, & quibus conueniant.
Catholicon dictionarium Io.And.ætate erat vſui.
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T III.

1 Iudæi. Breue [de ciuitate] ſcilicet Ianuenſi.
nam continebatur in aliqua † eos cõque-
ſtos papæ, quod non permittebantur in
antiquis ſynagogis [Exigere] non putat Egi. quod
in noua ciuitate hoc poſſint etiam de licentia epiſco-
pi [Synagogas] quomodo ſynagoga dicitur congrega-
tio, & eccleſia conuocatio.primum pecoribus conue-
nit, quæ ratione carent, & greges dicuntur, quia con-
gregantur: ſecundum hominibus qui ratione vtuntur,
ponit Archid.de con.diſtinct.1.eccleſia. & vide in ca-
tholicon, in dictione, eccleſia, & ſcripſi de elect.funda
2 menta, poſt prin.lib.6. ¶ In † gl.2.ibi.§.opus nouum]
vide hunc §.& ſeq.de nou.oper. nunc.cap.2. in princ.
3.gloſſ. ¶ In gl.vlt.in fin.] R.ſi.18.q.2.de monacis, &
c.cellulas.Vinc.

S V M M A R I V M.

1 *Paraſceue quod, & vnde appellatum.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum.*

C A P V T IIII.

1 Quod ſuper his. Paraſceue 6. † feria
quæ ſic appellatur:
quia Iudæi ea die, quæ
ſabbato erant neceſſaria, præparabant, quaſi præpa-
ratio, ideſt paratus eſcarum ſecundum Papiam. ¶ In
2 † gloſſ.1.ibi, Iudæos] vide infra eodem ſicut, in quar-
ta gloſſ. ¶ In gloſs.1.ibi, creatoris] & carnes come-
dere.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani, qui ſeruiunt in domo Iudæis, vel Saracenis, excõmunicandi, vide num. 4.*
Iudæos etiam baptizatos qui principes ſpoliari permittunt bonis ſuis, vide nu. 2. ad dictio, poteſtatibus, num. 6.
Quibus caſibus ab eccleſia coerceantur, num. 3. remiſſ. & 5.
Peiores ſunt gentibus, num. 4.
Excluduntur ab actibus legitimis, num. 5.
Ab eis medicinam recipere, vel cum eis,
Balneari non licet, nu. 5.
A Chriſtianis aliquo ſigno diſtinguendi, ibid.
Sententia ferendæ canon eſt, cum loquitur vt hic per verbũ excommunicentur.
Ad fidem ſe quis conuertiſſe Chriſtianam præſumendum inſpirante Deo. ad eam conuerſi finguntur miſerabiles perſonæ, num. 6.
Ad religionem ſiue fidem Chriſtianam conuerſorum melior debet eſſe conditio, & in quibus hic.
Vxorem recuperant, & quo caſu, nu. 6. in fi.
Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 4.
Serui infidelium an ſubditi eſſe debeant dominis ſuis etiam diſcolis.
Per baptiſmum iudæorum actiones alijs competentes non extinguuntur.

CAPVT V.

1 Iudæi filiæ. Pars, ſ. de teſti. Iudæi. C. excõicari † debent Chriſtiani, qui in domo ſeruiunt Iudæis, vel Saracenis. & hoc primo. & ẽt ſæculares princeps, qui Iudæos baptizatos bonis ſuis ſpoliari permittunt. hoc ſecũdo, ibi. Siqui obtentu, quod oĩno prohibetur, ĩ. eo. ad hæc [Qualibet] quæcunque ſit illa [Domibus] de culturis, ſ. c. 2. [Excõicentur] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ [Inſpirante] quod præſumitur, ẽt ſi dolus iure ueniat. quod dic, vt de coniu. dudũ, Hoſt. [Excludantur] per ſuos, qui remanſerũt in Iudaiſmo (Habebantur] ſic me-
2 lior † debet eſſe conditio conuerſorum ad religionẽ, qui nec vt ingrati excluduntur ab hæreditate, in auct. de ſan. epi. §. antepe. in fi. vel pen. col. in prin. §. nulla
a vero, C. de epi. & cle. Deo nobis, §. 1. Excepta[a] feudali, in libro feudorum de illo, qui arma bell. depo. c. 1. & an mutus vel aliter imperfectus feudũ re. po. c. mutus. & ſi de feu. ꝯtrouer. ſue. c. ſi clericus, & de benefi. ſẽm. nou. c. ex hoc illud. Hoſtiẽ. [Fuerit] vt, ſ. propter id ſuæ poſſeſſiones illis auferãtur [Poteſtatibus] & ſi ipſi idẽ auferant, eodem modo coerceantur, ad hoc de natis ex li. ven. c. vno, cũ cõcor. [Hæreditatis ſuæ] ſ. paternæ, vel a iure, vel aliás ex teſtõ, vel ab inteſtato ab agnatis, vel cognatis delatæ [Suorũ] quæ. ſ. tẽpe cõuerſionis
3 poſſidebant. ¶ Gl. † 3. obijcit, & ſoluit ponendo 10. caſus, quib. eccleſia coercet iudæos. ¶ Pen. gl. arguit, & reſpon. ponit obijciẽdo de dect. cãm. ¶ In gl. vlt. ibi, in fide] cũ. n. illi ſtatim fuerint liberi, illos non recuperãt,
4 vt in §. ſeq. ¶ In † gl. 1. ibi, iudæo] ſunt tñ Iudæi peiores gentilib. 1. q. 1. nonne, in prin. & quare hoc, ibi no. [& in fine] opponit Gof. de auct. apoſtoli, ad Timo. 1. 6. c. in prin. Si qui ſerui ſunt ſub iugo ẽt infideliũ, dños ſuos honore dignos arbitrentur. Et 1. Pet. Subditi eſtote dñis ẽt dyſcolis. Dicit Goff. illud intelligẽdũ ſm antiqua tẽpora, qñ pagani non trahebant ſeruos ad ritus ſuos. hodie, quia id faciunt, diſſoluitur ius ſeruitutis, cum ẽt diſſoluatur ius matrimonij. 28. q. 2. ſi infidelis. vel trahatur illa auctoritas ad illos, de quibus ſup. c. 2. q ſeruiũr in agro. interpretatur. n. propterea dicta apoſtoli, & euangelij. 28. q. 1. iam nũc. ¶ In gl. 3. ibi, ſæpe]
5 vbi de hoc [& ibi † actibus] vt a teſtimonio, vt probat canon ſtatim alleg. & ſup. de teſti. Iudæi (& ibi, archiepiſcopatu] & vt vſuras nobis reddant, de vſuris, poſt miſerabilem, & c. quanto. vt alia debita ſoluant, C. eo. Iudæi Romano: vt per habitum, vel ſignũ a nobis diſtinguãtur, infra eo. in nonnullis. vide in caſu concilij Vien. de teſti. cum Iudæi. Item nec licet nobis ab ipſis, licet boni ſint medici, medicinam recipere, vel cũ ipſis balneari. 28. q. 1. nullus, & c. omnes, ſecundum Hoſ. qui remittit ad ſummam, eo. tit. §. & in quibus grauen-
b tur.[b] ¶ In gl. niſi † fuerint, in fine] Idem, ſi res ipſorum
6 mobiles eſſent furtiuæ, vel immobiles violentæ. 14. q. 7. ſi res. Nec ob. peccata in baptiſmo deleri: quia actiones alijs competentes non extinguuntur, vt ſolet notari 26. diſt. deinde. Goff. & de diuor. gaudemus, in fine. ¶ In gl. pen. ibi, fidei] ſm Ala. & quia nouiter conuerſi finguntur miſerabiles perſonæ ſecundum Innoc. alleg. de ver. ſig. ſuper quibuſdam. ¶ In gl. vlt. in fi.] vxorem tamen prius conuerſam recuperat, niſi illa cum alio cõtraxerit, ſupra de diuor. gaudemus, ad fin.

ADDITIONES.

a ¶ Excepta. Contra videtur notari, de prob. in pęnitentia, & per Io. And. ſuper minore annis. & vide in Spec. de ſta. reg. §. 1. in verſ. 45. & per doct. in auct. ingreſſi, C. de ſac. ſan. eccl.

b ¶ Grauentur. An Iudæi, & infideles ſint de fo. eccl. an laicorũ, vide per Io. An. de diuor. gaudemus, & de voto, quod his, vbi videtur contrarius ſibijpſi.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani ſi deferant Saracenis merces prohibitas, vel in ipſorum nauibus miniſtrent. Quibus ſubijciantur pęnis. & quæ ſint huiuſmodi merces, num. 4.*
Nauium etiam fabricationem docere prohibentur, num. 5.
Gubernantes naues Saracenorum comparantur pugnantibus
Excommunicatio ſumitur pro eius denunciatione.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Armorum appellatione quæ contineantur.
Promiſſio duplex non duplicat debitum eiuſdem rei.
5 *Additio gloſſarum.*
Clericus miniſtrans arma non pugnantibus an habeatur pro homicida.
6 *Excommunicationis iuſtæ ſpecialiter, & nominatim prolatę quo ad primã, & vlteriores pronunciationes quot effectus, iniuſtæ. quot.*
7 *Excommunicati deterior conditio, quam aliorum peccatorum non excommunicatorum, & in quibus.*
Eccleſia poteſtas operatur etiam quo ad triumphantem in ligando.
Bannitus iterum banniri poteſt citatione ſolum, vbi habitare conſueuerat.

CAPVT VI.

1 Ita quorundam C. Chriſtiani † deferẽtes Saracenis merces prohibitas, vel in ipſorum nauibus miniſtrantes excõmunicati ſunt, & rebus ſuis priuandi, & capientium fiunt ſerui. Et primo ponit duplicem Chriſtianorum exceſſum, quem ſecundo tripliciter punit. ſecunda ibi, tales [Gloriãtur] ideſt gloriari deberent, vel reſpicit factum, ſicut infra de exceſ. prælа. quam ſit graue [Ad impugnandos] ideſt ex quibus impugnari pñt, licet illud forſan in mente non gerãt. Alij intelligunt proprie. ꝫ quod facit, inf. eod. ſignificauit, & iura alleg. in gl. 2. [Cupiditate] ad idẽ, ſ. tit. 1. quanto. & adde qđ dr ĩ. eo. ad liberandam
2 [Gubernationis] iſti † æquantur in delicto pugnãtibus, ĩ. de pęnis, quod in dubijs [Seruos] quos nec illi manumittere poterunt, C. quibus ad lib. pro. non licet. l. r. alias 2. & vide in Spec. eo. tit. ver. ſed nunquid [Proferatur] poteſt dici, ꝙ hoc reſpicit actum denunciationis ſm Goff. ¶ Gl. 3. arguit, quod clericus miniſtrans &c.
3 ¶ Pen. † gloſ. no. triplici iure ſeruitutẽ inductã. ¶ Vlt. gl. no. excommunicatum iterum excõicari, alleg. concor. & demum contrariam, ponit opin. dat ſolutionẽ.
4 ¶ In † gl. 2. ibi, l. 2.] lex iſta exprimit loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpatas, gladios, ferrũ factum, vel infectũ,

& generaliter cuiuſque generis arma. Lex, coté, quæ
ſequitur, loquitur de lapidibus neceſſarijs ad ferrum
acuẽdum, de ferro, fruměto, & ſale. ¶ In gl. vlt. ibi, qui
bis idem] ſequitur, promittit, ipſo iure ampliusquam
5 ſemel non tenetur. ¶ In † gl. 2. ibi, decapitandi) Idẽ in
his, qui docent eos naues facere, cum prius illius rei pe
ritiam non haberent, C. de pę. l. fi. ¶ In gl. 3. ibi, pugnã-
tib.) de non pugnantib. quos ẽt credit clericus petere
ad defenſionem corporis, dicit Hoſt. diligenter conſi-
derandã cauſam petitionis, & armorũ, & perſonarum
qualitatem, & his conſideratis, & an inquiſierit de cau
ſa petendi, iudex, vel pœnitentiarius arbitrabitur ne-
gligentiam accuſatam, vel diligentiam, & probabilẽ
ignorantiam excuſatam. 37. di. §. fi. de cle. ex. mi. apo-
ſtolicæ, & quod no. ne cle. vel mo. clericis, & c. ſenten-
tiã, vbi vide, quod ſcripſi in gl. dicunt quidam. ¶ In gl.
hoc potuit, in fi.] præcipue illius, quod eſt eccleſiaſticũ
ſm Goff. alleg. C. de epi. & cle. auctẽ. clericus. vel hic
oſtendit papa, quid principi facere incumbat ſm eũ.
¶ In gl. no. ibi, ius gentium] vbi de hoc [& in fine] & de
iure ciuili, inſti. de iur. perſo. §. pen. ¶ In gl. vlt. ibi] Sen
geldrudã, & ibi hæc gl. [& ibi, vt quidam] Io. T. Goff.
6 Phi. Hoſt. vero hic dicebat, ꝙ iuſtæ excõicationis ſpe-
cialiter & nominatim prolatæ quo ad primam pronũ-
ciationem triplex eſt effectus. Primus, ꝙ eccleſia decla
rat illum, licet occultũ, a Deo fuiſſe ſeparatum ꝑꝑ pec
catũ. proprie. n. non excõicatio, ſed peccatũ ſeparat a
Deo. Iſ. 59. A. Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos, &
Deũ veſtrũ. Secundus, vt a cõione eccleſię ſeparetur ꝑ
iura q̃ al. gl. & quo ad hos duos excõicatus amplius nõ
excõicatur. Tertius, vt ab oĩb. catholicis ſit excluſus re
putetur, & teneatur, donec fuerit abſolutus, de ſen. ex.
a nobis, & c. nuper. Effectus vero ſecundæ ſententię eſt
etiam declarare illum ex nouo delicto a Deo proiectũ.
& idẽ intelligas tertio de tertia, quarto de quarta. Ef-
fectus vero iniuſtæ ſententiæ vnicus eſt. ſ. vt talis tanq̃
a Deo ſeparatus, tam per ſe, quam per alios euitetur,
donec aliud per iudicem ſuum decernatur. & quotieſ-
cũq; iteretur ſententia, iſte eſt effectus, vbi certũ eſt,
ꝙ ſententia nulla eſt, tunc nullus eſt illius effectus, de
exceſ. præ. cum adquorundam, de off. deleg. cum con-
7 tingat, de ſent. exc. ſolet, lib. 6. Tenendum eſt † autem
firmiter in eum, ꝙ excõicatus difficilius reſurgat, &
gratiam Dei recipiat, quam alius peccator non excõi-
catus. & ꝙ orationes ſuæ, & alia opera, quæ facit de ge
nere bonorum, debiliora ſunt, quam in alio, in quo re-
mit ad ſum. de ꝑę. §. & an ficte. & ꝙ angelus bonus da-
tus ad cuſtodiam minus laboret in illo, & ꝙ angelus
malus plus poteſtatis habet in illo. Nã ſm ſanctos vti-
tur tali hoĩe, ſicut aſino iumento ſuo ruſticus. Item vir
tus poteſtatis eccleſiæ etiam quo ad triumphantẽ ali-
quid operatur in ligando. & remit. ad ſum. præ. tit. ſub
rub. de remiſſioni. §. 1. & §. ad quid valent [& ibi, liga-
ri] & bannitus iterum banniri, citatione ſolum facta,
vbi habitare conſueuerat. de hoc in Spec. de accuſa. ad
fi. [& in fi.] & inf. de ſen. exc. cum pro cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi ſynagogas veteres in primum ſtatũ reparare poſſũt, nouas conſtruere minime. qui eos ſubiecerit ſeruituti. nu. 4.*
2 *Quare tolerentur.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
Nouum facere quibus vetitum, & ſup. nu. 1. & 4. §. 1.
Trãsformare nõ põt vſufructuari' poſſeſſionẽ, n. 4. §. poſtre.
4 *Additio gloſſarum.*
Reſtituere an poſſit epiſcopus presbyterum a ſe remotum inuito patrono.

CAPVT VII.

1 Conſuluit. C. Iudæi † veteres ſynagogas in
primũ ſtatũ reparare pñt, no-
uas ꝯſtruere nõ pñt: Et ſunt duę
par. 2. ibi, Verũ. & pars huius, de ap. cõſuluit. 3. [Minã
tur] licet nondum corruerint [Precioſiores] hoc nõ ſer-
2 uatur. Ala. [Tolerantur] quod fit, quia † ſperat eccleſia
conuerſionem illorũ. & vt ad fidem facilius trahãtur.
45. diſt. qui ſincera, & quia ipſi vbique parati ſeruire.
3 Hoſt. ¶ In † gl. 2. ibi, facere] vnde vſufructuarius põt
tueri tectũ antiquũ, ſed nudis parietibus, & vbi alias
non fuit tectum, non poteſt imponere, vt ibi. ¶ In glo.
vlt. ibi. §. ſed neq;] alias, ſub §. ſed ſi ædium, vſufructua
rius loca diurna transformare, coniungere, vel ſepara-
4 re non poteſt. ¶ In † gl. 1. ibi, ſubiecit] de facto. de iure
enim fecit mors Chriſti, infra eo. & ſi Iudæos, in princ.
& fi. Hoſt. [& in fi.] de Conſtantino. 96. diſt. in præal. l.
Conſtantinus: de Iuliano. 11. q. 3. Iulianus. ¶ In gl. 2.
ibi, nouum] vnde nec reficiens impeditur per noui ope
ris nũciationem, ff. de no. op. nun. de pupillo. §. ſi quis
riuos. Vin. [& in fi. tit. ſi de his, quæ fiu. a præla. cũ apo-
ſtolica, & de feu. c. 2. & faciunt hæc iura ad quæſtionẽ,
an epiſcopus poſſit reſtituere presbyterum a ſe remo-
tum inuito patrono. Goff. de hoc, vide infra de reſcrip.
quamuis, li. 6. ¶ In gl. vlt. in fine] Et in hoc plus poteſt
clericus, vt not. de pecu. cleri. c. fi. in gl. 2.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani in familiari ſeruitio Iudæorum eſſe non debent, vide num. 2.*
In nullo, pro in paucis.
Contingere quod poteſt præuidendum.
Cum ſancto ſanctus eris.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT VIII.

1 Ad hæc In familiari ſeruitio iudæorum Chri-
ſtiani eſſe nõ debent, & ponit cauſam
ibi, Quoniam [Neceſſe] quia moniti
non parent [In nullo] ideſt in paucis. Hoſ. (Inclinarẽt)
præuidemus, quod contingere poſſet, de ſeruis non or.
c. 1. & dr̃, Cũ sãcto ſanctus eris &c. Dedi quotas, de ac
2 cu. repellantur. ¶ Gl. † 1. arguit a contrario, quod ſta-
tim determinat. ¶ In gloſ. 1. ibi, multorum, §. 1.] dicit
Hoſt. ꝙ ibi nõ reprobatur aſſiduitas, imo approbatur
ibi, indiſſolubilis aſtrictio: in domo tamẽ reprobatur
mora aſſidua, vt dicunt gloſſæ. ¶ In gl. 2. ibi, prohibi-
tio eſt) ſupra etiam extra domum.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi voluntarij baptizandi ſunt. an idem ſit in filijs eorum, num. 2.*
Cur eos eccleſia toleret, num. 5.
Sine iudicio non puniendi, & in quib. lædi non poſſint, nu. 4.
2 *Eccleſia ſaluat corpora ad ſe fugiẽtiũ, multo fortius animas.*
Mutilare quid, in fine.
4 *Epilogus & ſuffragium; gloſſarum.*
Pœna huius decretalis ad ver. auferre, num. 3.
In ſepulchris quæ non condenda. Sepulchri violati actio infamat.
Cadauera ſpolianti quæ irrogetur pęna.
5 *Additio gloſſarum.*
Vxor ob quam cauſam poſſit marito darẽ ex lege libellum repudij.

CAPVT IX.

1 Sicut. Iudæi † voluntarij baptizandi ſunt, inuiti
cogendi non ſunt, nec ſine iudicio punien
di, nec ſpoliandi, nec in ſuis feſtiuitatibus
perturbandi, nec ipſorum cęmeteria violanda, nec
ipſorum corpora exhumanda. partes patent (Compel-
lat) hic bene continuatur, quod ſequitur, quippe Chri-
ſti fidem &cæt. (Fidei) recipiendæ. T. (Confugerit)
ſaluat

Digitized by Google

a ſaluat enim eccleſia † corpora ad ſe fugientium, ſupra
de immu.eccleſ.inter.multo fortius animas, quæ præ-
cioſiores ſunt, infra de pęniten. & remiſ.cum infirmi-
tas,ſecundum Hoſtienſ.(Patefacta]de filijs iudæorum
adultis, certum eſt, ꝙ niſi ſponte elegerint, baptizari
non debent. de paruulis tenet Io.28.q.1.iudæorum fi-
lij, quod inuitis parentibus non baptizabuntur, cuius
rationem ibi vide. ſed aliqui intelligunt illud verū per
illos,qui non ſunt illorum domini,ſed cum ipſi ſint ve
ri ſerui,Genę.9.maledictus Chanaam,ſeruus ſit fratrū
ſuorum.facit 24.q.1. §.ſed qui.23.q.8.diſpar.inf.eod.
Et ſi principes, quorū iudæi ſunt ſerui, poſſunt illis fi-
lios paruulos ad baptiſmum auferre ſine iniuria, cum
ipſi vt ſerui in filios non habeant poteſtatem. 32.q.3.
c.vno, inſtit.de pat.po.§.1.& ſicut illos vt ſeruos poſ-
ſent alijs vendere,vel donare,fortius ad baptiſmū ad-
ducere,& merentur, dummodo non propter parentes
ad fidem cogendos, ſed propter pueros ſaluandos id
a faciant.& ſic poteſt ille canon intelligi.[a] & de hoc per
Arch.45. diſtin.qui ſincera,in princ. [Eorum] ſcilicet
iudæorum[Auferre] alias cōuicti duplum reddere cō
pelluntur.C.de pa.& ſa.& temp.eorum, l.Chriſtianis.
Hoſtien.[Conſueuerunt]vel quæ iura præcipiunt, ſup.
c.2.[Mutilare]ideſt diſrumpere vel frangere[Aut]ſ.
3 † ſi dignitatem,vel officium non habet, vt quia laicus
4 eſt.Hoſtien.& ſic ceſſet glo.¶Gloſ.† quinta ſignat cō-
trarium,& ſol. ¶ In gl.1.ibi,ſi patre] vide de deſpon.
impu.capitulo primo, in 1.gloſſ.[& ibi,nullus]ibi dici
tur nullum iudæum opprimendum.¶ In glo.antepen.
ibi,funeris cauſa] ibi dicitur,quod ornamenta, vel his
ſimilia cum corporibus condi.nō debent,quod homi-
nes ſimpliciores faciunt.¶ In gl.pe.ibi, ſiquis]qui ma
nu armata cadauera ſpoliant,capite puniuntur;ſi ſine
armis vſque ad pęnam metalli plectuntur[& ibi.l.1.]
quę ſic dicit, ſepulchri violati actio infamiam irrogat.
5 ¶ In † gl.ſecus,ibi, qui ſincera]& ibi no.in vlt.gl.qua-
re eccleſia in his ſuſtineat eos, cum peccēt mortalit.:r.
¶ In gloſſ.pen.ibi, ſi quis]& ſecundum l.ob hanc cau-
ſam vxor poteſt marito dare libellum repudij,C.de re
pu.conſenſu, in princ.Ala.[& in fi.]Ala.de hoc 3.q.7.
b §.tria,ver.porro.[b] ¶ In gl.vlt.in fi.]ad idem de elect.
quod ſicut,§.vltimo.Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Intelligi.Beatus Thomas tenet opinio.Io.per rationem, quā in gl.ſua addi.

b ¶ Porro.& in l.1.ff.de his,qui no.infa.per gl.

SVMMARIVM.

1 *Paganis,qui prædicant,quid his indultum.*
Eis communicare an liceat.
2 *Lectio ſacrarum ſcripturarum miſcenda.*
Gentes hic qualiter accipiantur.
3 *Epilogus & additio gloſſarum.num.4.*
Legis ſententia ſequenda,ſi verba deficiant.
5 *Additio gloſſarum.*
Excommunicatos quare magis vitemus,quam paganos.
Conuiuium cur vitandum magis, quam colloquium.
6 *In profitente & prædicante non eadem ratio.*

CAPVT X.

1 Quam ſit Ponit † duas indulgentias illo-
rum, qui paganis prædicant. ſe-
cunda ibi, inſuper[Socij]con-
cor.ſup.de vi.& ho.cler. Deus qui[Concedimus]i.om
nibus hodie conceſſum oſtendimus, ſm Io.ſed Hoſt.
contradicens hoc eſſe ex priuilegio ſpeciali. Dicebat
etiam Inn.licuiſſe communicare paganis: hodie non
licere ſine licentia propter rationem quam ponit glo.
2 [Actione] vnde † miſceri debet ſacrarum ſcripturarū
lectio,de con.diſ.5.in omnibus.44.di.pro reuerentia.
vide valde pulchre de Origene, qui non cibum ſume-
bat, nec ſomnum inchoabat ſine lectione tali, in Hie-
ro.ad Marcellā.2. B.[Gentibus]ideſt paganis, vel gē-
tilibus[Contradictione]forte prælati, in cuius diœceſi
3 prædicant.¶ Gl.† 1.ſignat contrarium, ſoluit,ea ſolu-
tione quæſtionem infert, & reſpondet. Iterum quærit,
& ſoluit. ¶ Vlt.gl.mixtim ſignat duo contraria. ¶ In
4 † 1.gl.ibi,ait ſenatus]edictum de partibus caducis in-
5 telligitur etiam de aſſe. ¶ In † gl.1.ibi,exemplo domi
ni)Luc.5.F.[& ibi,ad menſam]vbi etiam notatur,qua
re magis vitamus excōmunicatos, quam paganos (&
ibi, cibos noſtros) Deute.14.(& in fine)alia ratio not.
ſupra in præ.c.omnes,ſ.quia maior liberalitas in cōui-
uio, quam in colloquio, & quia facilius quis decipitur
inter epulas.22.q.4.vnuſquiſque.¶ In gl.vlt.ibi,duæ)
facit pro & contra,& facit pro de elect.ſi religioſus,li.
6.& infra de pęn.& re.omnis (& ibi,licet) dicebat hic
6 Goſt.ꝙ † religio, & officium prædicandi habent ſe vt
excedentia,& exceſſa: quia primo ſufficit petere licen
tiam:in ſecundo non.& tamen ſecundum auocat a pri
mo,de ſtat.mon.quod Dei timorem. dic ꝙ in prædicā
te ſubeſt periculum, ne corrumpat, vel inficiat proxi-
mum,vt probant prima iura, qui timor ceſſat in profi-
tente(& in fine)illud ex forma arbitri,quod obligabat
ad conſilium tantum,non ad conſenſum.

SVMMARIVM.

1 *Improprietas ſermonis quæ hic.*
Ad hoſtes an & quibus ire liceat & quæ deferre,num 4.
Eis quæ vendi non liceant,num.4.
Pœna quæ prohibita deferentibus,num.4.& 5.
Pacis appellatione tregua non venit, num.5.
Vtrum,dictio vt hic accipiatur.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.num.3.*
Deſtitiſſe quis dicatur.
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Huius decretalis duplex intellectus.*

CAP. XI.

1 Significauit. ideſt ſignificando † quæſiuit
a nobis, Ala.& ſunt tres par-
tes,quæ patēt.2.ibi,illi.3.ibi,
ad vltimum. Et hoc intendunt. Pro redimendis capti-
uis licet ire in Alexandriam iurantibus, ꝙ nil deferēt
ſubſidij extra redemptionis articulum, portans, vel
mittens etiam poſt treguam, merces prohibitas ex-
communicatus eſt.tertio dicitur, ꝙ pacis appellatio-
ne non venit tregua (Quomodo) ideſt vtrum hoc fieri
poſſit aliquo modo, vel non(Captiuitate)Saracenorū
(Hoc)ſ.illuc proficiſci(Lucrādi)maxime ſm Goff. (Ni
ſi pax)vel tregua, vt in litera ſequēti patet.Gof.(Illuc)
cū mercibus prohibitis ſm Goff.& Abb. [Non ſoluit]
liberat tamen a iuramento ſecundum Goffr. & Abb.
2 ¶ Gl.† 1.quærit,arguit pro,contrarium ſoluit.¶ Glo.
3 2.obijcit,& dupliciter ſoluit.¶ In † gl.4.ibi,§.geſſiſſe)
vide in præ.c.mulieres, ſuper 3.gl.pen. (ibi,deſtitiſſe)
ſequitur is videtur, non qui diſtulit,ſed qui liti renun-
4 ciauit in totū.¶ In † gl.1.ibi,articulo)& hoc vr̄ hic pla
cuiſſe Inn. & Ho.ad hoc C.de ſacro.ec.ſancimus.1.&
ſupra de pigno.c.1. Pro eis bene facit, infra proxi. re-
ſpon.ibi,Cauſa lucrandi.ad idem,quia alię merces ēt
ſine cauſa portari poſſunt, dummodo non ſit guerra,
infra cap.proxi.(Piraticam)tamen etiam hoc caſu nō
poſſet exercere contra Chriſtianos: quia hoc ſine pec-
cato fieri nō poſſet.nam licet per ligna, & arma cauſa

Digitized by Google

redẽptionis portata Chriſtiani poſſent offendi, non ta
men eſt hoc directe contra Chriſtianos ſm! Innoc. nã
ſecundum eum ſi directe contra Chriſtianos vẽderẽt,
& in articulo, quando exercerent contra Chriſtianos,
inciderent in canonem [& in fine] idem Goff. ante fa-
ctum conſule cum gl. maxime, quia Saraceni videntes
has merces hac de cauſa poſſe portari, aliam redẽptio
nem non vellent: haberent ẽt portantes hoc velamen
paratum, & ſic hoc tenderet ad noxam. Poſt factum te
ne cum Innoc. & Hoſt. ꝙ neceſſitas redemptionis illos
excuſet a pœna, de ob. ieiu. concilium. 11. q. 3. quoniã,
J. de ſen. ex. inter. & facit pro hac opi. ſup. de iureiu. ve
rum. ¶ [In gl. ſic, inf. in fi.] & arguit hic Ala. ꝙ etiam ra
tum habendo incideret in excõmunicationem, quod
dic, vt infra de ſen. exc. cum quis, lib. 6. ¶ [In gl. vlt. in
5 fine] arg. contra. 24. q. 3. illi qui. & ſic no. duos † intelle
ctus huius vlt. partis per ea quæ dicit gl. & dixi in text.
Vnus, ꝙ qui iurauit non ire cum mercibus, niſi pax fie-
ret, ſi vadit tempore treguę cum mercibus prohibitis,
excommunicatus eſt, & periurus. ſecundus, ꝙ qui iura-
uit, niſi fiat pax, vel tregua, ſi tpe treguæ vadit cũ mer-
a cibus prohibitis, excõicatus eſt, ſed non periurus.[a]

ADDITIO.

a ¶ Periurus. Ad materiam; vide Io. And. in Spe. de treug. & pa. in rub. vbi ponit q. Iac. Butri.

SVMMARIVM.

1 *Cum Saracenis qui habent commercium tempore guerrę, vel qui eis ſubſidium præbuerint excommunicati ſunt, & quid prohibitum intelligatur, num. 2.*
Declaratio neceſſaria huius decretalis.
3 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 4.*
Excommunicati ab homine, abſolui a quo poſſint, & praſertim qui ex tranſgreſſione huius constitutionis excommunicantur.

CAPVT XII.

1 Quod olim. Excommunicati † ſunt, qui
cum Saracenis tẽpore guer-
ræ habent commertium, vel
aliquod eis præbent ſubſidium. Et primo excõicat. ſe-
cundo hortatur illos, quibus ſcribit [Mercimonium]
quo ad merces prohibitas: ſed alij intelligũt indiſtin-
cte, qđ periculoſum eſt, & eſſet neceſſaria declaratio.
Hoſt. [Aliqua rerũ] ſub. ſeu concilia generalia. hæc li-
tera multũ facit ad id, quod infra dicam [Durauerit]
2 ceſſante † guerra durat prohibitio, & canon ſolum in
mercibus, quæ faciunt ſubſidium ad pugnã, vel perti-
nent ad diſpendiũ terræ ſanctæ, ſ. eo. ita, & c. proxi. &
inf. eo. ad liberandam. Inn. & videtur placere Goff. di-
centi, ꝙ tempore guerræ eſt prohibitio etiam in merci
bus nõ prohibitis [Illam] non dixit iſtam. facit pro eo,
quod ſupra dixi. vel dic illam per hanc conſtitutioné
3 ad caſum alium prorogatam. ¶ Gl. 2. quærit, & ſoluit.
4 ¶ [In 3. gl. in fi.] vide ſup. eo. ita, ſuper gl. 2. ¶ In † 2. gl.
ibi, poteſt dici] idẽ Hoſt. quo ad ſententiam canonis:
ſed ſi ob hoc excommunicati eſſent ab homine, vel ab
illo, vel eius ſuperiore abſoluendi eſſent, qđ dic, vt ſu-
pra de offic. ord. ad reprimendam. hodie papa tempo
ribus, quibus ſolet facere generales proceſſus, ſcilicet
ſaltem ter in anno, tales excommunicat. & ſic ſentẽtia
hominis ligati non abſoluuntur hodie ab alio, quam a
papa: imo difficulter eos abſoluit. & adde, quod dicã
infra tit. 1. excommunicamus, §. ſane, ſuper 1. gl.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi nutrices, vel ſeruientes Chriſtianos habere non debẽt.*
Contra facientibus quę pœna.
2 *Prouerbia vulgaria loco iuris poſſunt allegari.*
Prouerbium quid.
Hoſtis latens quam noceat.
3 *Suffragium gloſſarum.*
Familiaritas nimia contemptum parit.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XIII.

1 Et ſi iudæos. Caſus. Iudæi † nutrices vel
ſeruientes Chriſtianos ha-
bere non debent: contra fa-
cientibus interdicitur Chriſtianorum commertium.
& 4. facit. ponit exordium: ſecundo facti narrationẽ:
tertio prouidet. quarto pœnam iubet imponi. 2. ibi,
Accepimus, 3. ibi, Inhibemus. 4. ibi, Si vero [Prouer-
2 bium] no. † vulgaria prouerbia poſſe loco iurium al-
legari, vt hic, & ff. de offi. pcon. ſolent. §. fi. & ff. de le.
3. ſi chorus, de con. diſtin. 5. ne tales, ſupra de iureiur.
quemadmodum. Hoſt. dicit Tullius ſecundo rheto. ꝙ
prouerbium eſt ſententia generalis, cui cõſuetudo fi-
dem attribuit: opinio communis aſſenſum accommo
dat, incorruptæ veritatis integritas acquieſcit [In pe-
ra] ideſt ſportula, vel ſacco [Hoſpitibus] nulla peſtis
efficacior & c. de hoc 93. diſt. ſi inimicus. Hieron. ad
Pau. & Mar. 2. c. Leuius eſt profeſſum inimicũ cauere,
quam hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere.
[Contingit] ad quod tenentur, infra de pę. & re. om-
nis [Coniurarunt] Io. 11. F. [Illorum] Chriſtianorum
ſcilicet [Chriſtianos] & ipſi Chriſtiani remanentes
3 excõicentur, ſupra eo. iudęi. [¶ In † 1. gl. in fi.] ponit ca
ſum præd. decre. vlt. de donat. [¶ In 3. glo. ibi, circa]
ſequitur, aduocatos, patiẽtem eſſe proconſulem opor
tet, ſed cũ ingenio, ne contẽptibilis videatur [& in fi.]
ibi dicitur, ꝙ ex æquali conuerſatione cõtemptus ori-
tur dignitatis. Valerius lib. 2. c. 1. in fi. quicquid in ex-
celſo faſtigio poſitũ eſt, vt ſit venerabilius, humili, &
4 trita conſuetudine vacuũ eſſe conuenit. [¶ In † 3. glo.
ibi, quando] vbi de hoc. [¶ In gl. credebũt, in fi.] con
tra ea. diſt. hoc ſacramentũ. ſed ibi ſumendo incorpo-
rat. i. ſeipſum de corpore eccleſiæ facit, Vincen. ad idẽ
cõſtitutio Vrbani inter cle. poſita, de reliqui. ſi domi-
a num, ver. hic panis.[a] ¶ [In gl. 1. ibi, filio] Gen. 21.

ADDITIO.

a Panis. Vide gl. in c. non eſt, & in c. tribus alleg. in gl.

SVMMARIVM.

1 *Iudęus, qui percuſſit clericum, qualiter puniatur, non excõmunicatus eſt ideo, nu. 3.*
2 *Panę pecuniarię loco ſurrogatur alia pęna regulariter.*
Negligentia vnde dignoſcatur, ad dictio. neglexerint.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XIIII.

1 Poſtulaſti. Caſus. Iudæus † qui percuſſit cle-
ricum, temporaliter punietur,
vel interdicitur Chriſtianorum
commercium, donec ſatisfaciat. communis diuiſio.
ſecunda ibi, ad quod, in qua reſpondet diſtinguen-
do, & ſubdiſtinguendo, quod per te videas [Iuriſdi-
ctionis] temporalis, vt innuunt ſequentia (Vel) ſup-
ple, ſi pecuniam non habet, vel habet, ſed illa nõ ſuf-
ficit (Alia) puta fuſtigatione temperata, de rapto. in
2 archiepiſcopatu. & † hoc eſt regulare, ꝙ loco pecunia-
riæ ſurrogetur alia pęna, infra eo. ad liberãdã, in fi. de
maledi. ſtatuimus. Hoſtienſ. (Alioquin) ideſt ſi non
eſt

Digitized by Google

eſt tuæ tēporalis iuriſdictionis, ſed alterius [Neglexe-
rit] quod apparebit per aſsignationem termini iā cla-
pſi, de of. or. irrefragabili, §. 1. & tunc ipſe dominus po
teſt excōicari, ſupra eo. iudęi. 2. §. 1. Hoſ. [Satisfaciat]
3 læſo, & eccleſiæ, vt præmiſit. ¶ In † glo. 1. ibi, multi] &
ſ. de diuor. gaudemus. per quæ iura patet illos ex inie-
ctione excommunicatos non eſſe, & ideo non mandat
hic illos abſolui. facit, quod ſcripſi de iu. iu. ſicut. 3. pro
pe fi. ¶ In gl. 2. in fi.] de hoc, ſupra de foro compe. c. 2.
& infra de ſent. exc. cum deſideres, ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & Sarraceni vtriuſq; ſexus in terris Chriſtianorū debent vti habitu, per quem a Chriſtianis agnoſcantur, et quis deferatur Maſſiliæ, num. 2.*
In publicum exire quando prohibiti.
Ignorantiæ quidam affectatores.
2 *Habitus Maſſiliæ habitantium iudæorum, & Saracenorum.*
Illuſio omnis reprobanda, & magis.
3 *Mahometus inuocari nō permittendū Chriſtianis audientib.*
Peregrinatio Saracenis quæ non permittenda.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
Serui manumiſſi qui funus pileati præcedant.
6 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XV.

1 In nonnullis. Iudæi † & Sarraceni vtriuſ-
que ſexus in terris Chriſtia-
norum debent vti habitu,
per quem a Chriſtianis agnoſcātur. hoc primo. in die
paſsionis non exeant in publicum, nec in contumeliā
creatoris proſiliant. ſecunda ibi, in diebus. 3. ibi, Illud
autem [Diuerſitas] & hæc conſuetudo inferius appro-
batur. ſi de clande. deſpon. c. vlt. [Errorem] dicit Hoſ.
ꝙ interdum illum fingūt. ſunt. n. quandoque aliqui af-
2 fectatores ignorantiæ, de clan. deſpon. c. n. [Vtriuſq; †
ſexus] ſic fit in Maſſilia, vbi maſculi portāt ſtellam an-
te pectus: fœminæ vero portant in capite orarium, ſm
Hoſt. de orario vide 27. q. 1. monaco [Omni tempore]
quia vbique & ſemper imminet periculū [Ex eo] pri-
ma ꝓhibitionis ratio [Ornatius] quaſi de fletu noſtro
ridere videantur, de priuil. petitiis [Ac Chriſtianis] 2.
ratio [Illudere] quāuis omnis illuſio ſit reprobanda, ſu
pra de poſtul. bonæ. 2. iſta tamen plus. ad hoc infra tit.
vergētis [Probra] i. opprobria, vel peccata [Seculares]
3 concor. concil. Vien. eo. t t. credit quidem. vbi † princi
pes, ſub quorum dominin Saraceni morantur, pati nō
debent, ꝙ Chriſtianis audientibus publice inuocent
Machometū: vel ꝙ peregrinentur ad locum, vbi qui-
dam Saracenus ſepultus fuit, quem venerantur vt ſan-
4 ctum. ¶ Gloſ. † 1. circa diſtinctionem habitus ponit
5 quatuor ſynonyma. ¶ In † gl. 1. ibi, ſi quis virgines] cu
ius caſum ponit capitulum præallegatum [& in fin.]
ſerui manumiſsi per teſtatorem, vel hæredem funus
præcedunt pileati. ¶ In gl. 1. in fine] & clerici a laicis,
6 de vi. & hone. cleri. ¶ In † gl. pen. in fi.] nam & ſecun-
dum leges capitalis eſt pęna in auct. vt non luxu. con-
tra naturam. 1. reſpon. & 1. §. col. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iudæos, vel paganos publicis officijs proponens punitur.*
Præpoſito vero quæ pœna.
Innouatio fit veteris conſtitutionis.
2 *Officia publica quæ.*
Ad Concilium Prouinciale quid ſpectet.
Monitio regulariter præcedit pœnam.
3 *Prouidere quis potius teneatur patri hæretico, an extraneo catholico.*
4 *Epiſcopo reſeruatur caſus reſtitutionis ſubtractorū, vel male acquiſitorum, & cur ipſi.*
De eius poteſtate quadam.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
6 *Reſtitutio extorti cui facienda.*

C A P V T XVI.

1 Cum ſit. Caſus. Præponens † iudæum, vel pa-
ganum publicis officijs per conci-
lium prouinciale punitur, & præpo-
ſito vetatur Chriſtianorum commercium, donec di-
mittat officiū, & inde ſuſcepta reſtituat. & prima pars
conſtitutionem innouās, olim prohibitum prohibet,
& cauſas reddit. 2. punit præponentem. 3. punit præ-
poſitum. 4. prorogat. 1. ibi, ſi quis. 3. ibi, officiali. 4. ibi,
hoc idem [Generali concilio] cuius partes per ordinē
poſui ſupra de accuſā. ſicut olim [Innouamus] ad idē
de tre. & pa. innouamus, infra de pręb. c. 1. lib. 6. [Quo
niam] vnam rationem poſuit in princ. nunc ſubmittit
aliam. eſt & 3. ſ. ne filij liberę &c. ſupra eo. & ſi iudęos.
2 [Tale] ſ. publicū, quale † eſt baiula miniſtralia, caſtal-
dionatus, leuare pedagium, & ſimilia, infra de pęnis,
in quibuſdā. Hoſt. [Prouinciale] ad quod ēt ſecūdum
leges ſpectat generaliter corrigere, & punire oēs ex-
ceſſus prouinciæ, in auct. de ſan. epi. §. vt autē omnis
ſtatus, coll. 9. [Monitione] hæc regulariter præcedit
pœnā, de ſen. exc. ſacro, cum ſuis cōcor. [Huiuſmodi]
iudęo [Commercijs] ſic ſupra eo. poſtulaſti [Chriſtia
3 norum] arg. ad † quæſtionem, qua quæritur, cui tenea
tur quis potius prouidere, an patri hæretico, an extra
neo catholico? De hoc plene 30. diſt. c. 1. 42. diſt. quie
ſcamus, & 86. diſt. non ſatis, in princ. & in Spec. qui fi.
ſint le. ver. quid ſi pater, & plene per Hoſt. in ſum. de
temp. or. §. & cui, ver. quid ſi pater. ſub §. 2. [Diœce-
4 ſani] iſte igitur † eſt vnus de caſibus reſeruatis epiſco-
po, ſ. reſtitutio ſubtractorū, vel male acquiſitorū. Ad
idem C. de epiſc. & cler. nulli licere, argum. C. cōmu-
nia de ſucceſ. omnes peregrini, §. 1. quę ſumitur ex l. Fe
derici hac edictali. ad idē ſ. de teſta. tua nobis, §. pri-
mo, in auct. de eccl. t. t. §. ſi autem pro redemptione,
col. 9. adducere potuit illud Numeri 5. poſt princ. vbi
de reſtitutione tractando dicit, Si non fuerit, qui reci-
piat, dabunt domino, & erit ſacerdotis. & ſit ratio ſm
Hoſt. qui not. idem de vſuris, cum tu, ne talia per ſim-
plices ſacerdotes imburſentur, vel approprientur, &
quia in maioribus & in dubijs eſt prouidentia dięceſa
ni adhibenda, ſupra de offic. Archidiac. ad hæc, ver.
in epiſtola, de offi. Archidiac. c. fin. infra de ſent. exc.
monaci, & quia generaliter epiſcopus habet diſpoſi-
tionem omnium eccleſiarum ſuæ diæceſis. 10. quęſtio.
1. regenda, & capitulo decernimus, & tota diæce. dici-
tur ſua parochia, infra de rapto. capitulo primo. Dicit
etiam Hoſtienſ. quod multi ſibi hæc occupant hodie,
de his & ſimilibus in animarum ſuarum periculum, ac
ſi eſſent epiſcopi diſponentes, & tranſgrediuntur ter-
minos conſtitutos, contra id, ſupra de ſepul. capit. 1.
vnde inhibendum eſſet, vt ſequitur. Archidiaco. con-
tra, qui ſatis de hoc no. de teſta. capitulo 2. lib. 6. vide
a quod ibi dicam [a] [Hoc idem] ſcilicet ne pręponantur
his officijs, & quod dictum eſt de præponente, & de
5 præpoſito. ¶ Vlt. † gloſſ. obijcit, & ſoluit. ¶ In glo. 2. in
fin.] & decimaſeptima, quæſtione, quarta cōſtituit, &
C. eo. titu. in fine. Sed obſt. ff. de decur. generaliter, §.
fina. Dicebat Goff. infra cap. 2. quod loquitur lex illa
de non iudæis, qui tamen vitam, & ſuperſtitionem iu-
daicam ſequantur: vel loquitur de quadam ſpeciali
prouiſione. Accur. placet, ꝙ lex Codicis corrigat l. ffo
6 rum, vt no. in præben. l. fi. C. eo. titu. ¶ In † gl. vlti. ibi,
extortum ſit] aliter intelligo, & puto iſtud loqui, cum
iudæus, vel paganus non grauat eum, a quo recipit

vltra debitum extorquendo, tūc enim illi facienda eſſet reſtitutio, ſed recipit, qđ ille ſoluere debet, ſed ex officij labore ſalariū percipit, quale forte perciperet Chriſtianus, puta 100. Floreno. in ann. tale ſalariū tenetur reſtituere, erogandum in pauperes, ſed non reſtituitur ſoluenti qui plus reprehenditur repetens, quam extorquens, vt dixit Goff. alleg. 14. q. 5. nō ſane. ad id, inf. c. proxi. [& in fine] & merito vt ibi dicam.

ADDITIO.

1 ¶ Dicam. vide Io. And. & Io. de Ligna. poſt Pau. in cle. dudū, de ſepul. in verſ. iure conceſſo.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Lateranen. repetitur a concilio generali.*
Cruceſignatorum priuilegia quæ, num. 2.
De eis omiſſa conſtitutio ponitur.
2 *Eius interpretatio.*
Diſtributiones quotidianæ etiam priuilegiatis non reſidentibus perſonaliter non veniunt.
Dubiorum declaratio ſpectat ad papam, non magiſtrum.
3 *Hoſpitaliorum priuilegia.*
Exemptionem ſuadet eadem ratio.
4 *Cardinales vocat papa fratres generaliter.*
Habēt ius collegij, est ſummum collegium ſuper alia omnia, ver. eſtque. qui non habeant titulum.
Inter vniuerſitatem, & ſingularitatem magna differentia, & quæ.
A nomine rei arguitur, & debet eſſe conſequens rei, verſic. quinimò.
Collegarum appellatione continentur, qui eiuſdem poteſtatis ſunt ver. eſt, quæ ſummum.
5 *Ignorantia probabilis excuſata debet eſſe.*
Error in proprio facto quando tolerabilis.
6 *De benignitate tutius eſt præmium reportare, quam de auaritia reddere rationem.*
Collatores deputati non habent poteſtatem diminuendi, vel remittendi, niſi concedatur expreſſè.
7 *Prærogatiua gaudere debent, qui in obſequijs inſiſtunt papæ, & iuſtinis qui Deo.*
Contra eccleſiæ libertatem & priuilegia interpretatur, vel iudicat, de iniuſtitia poteſt meritò reprehendi.
Eius auctoritas quanta num. 20.
Clerici diuinis obſequijs inſiſtentes a talijs omnibus immunes eſſe debent, & eorum familia.
8 *Modica læſio facile toleratur, n. 14. item deceptio, ibid.*
Item donatio, ibid.
Talea, & collectæ omnes damnatæ.
9 *Bonorum appellatione quæ contineantur.*
In poſſeſſione ſua quilibet tutus regulariter.
Protectio papæ quæ proſit, et inquantū ſe extēdat hic, n. 12.
11 *Mortis probatio quæ eſſe debeat.*
Dei, & fidei fauor debet eſſe maior, quam matrimonij.
12 *Præſumptio in quibus hic prohibeatur.*
Celeritas expediendi eſt prærogatiua quædam.
13 *Sæcularium principium nomine etiam epiſcopi comprehenduntur in dominio temporali.*
De debitoribus facta gratia a papa quando conqueri nō poſſint, num. 14.
14 *Exceptio quæ data, vel ſublata a principe toleretur.*
15 *Familia eodem priuilegio cū domino ſuo gaudet, & ſup. n. 7.*
Curſarij, & piratæ, qui ſunt generaliter excommunicati.
Fautores duplici modo conſiderantur, & qui ſunt excommunicati, qui excommunicandi hic.
16 *Interminatio eſt comminatio.*
Excōmunicatus an poſſit uendere, vel alios contractus inire.
Expreſſio fit ad exaggerationem interdum vt hic.
17 *Compeſcere quibus modis quis dicatur.*
Seueritas eccleſiaſtica in quibus conſiſtat.
Inter eam, & cenſuram quæ differentia.
18 *Pacis vtilitas ſemper ſeruanda. aliud eſt a treuga, num. 19.*
Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.
20 *Bellum iuſtum, quod auctoritate eccleſiæ fit.*
Eccleſia quando recurrere debeat ad brachium ſæculare.
21 *Ligandi, et ſoluēdi poteſtas apud quos, in quib. cōſiſtat. n. 23.*
22 *Pontificis ſumma poteſtas.*
Veniam plenam indulget, cæteri limitatam, & ratio.
23 *Per contritionem quæ pœna remittatur, quid ſit, num. 24.*
Pœnam temporalem poteſt ſacerdos alleuiare.
In totum papa remittere.
Abſolutio non contriti quid proſit.
24 *In pœnitente vero quot.*
Confeſſio, ſatisfactio quid.
25 *Expenſas mittentis in ſubſidium terræ ſanctæ quanta eſſe deceat.*
26 *Perſonam & animam ſuam qui ponit, expendere plus dicitur cæteris pecuniam tribuentibus.*
Pauperes facilius ſaluantur, quam diuites.
Citius faciant quod poſſunt.
Cor interrogat dominus, non manum.
Socij temporales vt temporale lucrum participant, ſic & ſpirituales ſpirituale.
27 *Remiſſionem peccatorum plenam qui conſequantur, qui minorem ex vi indulgentiæ hic memoratæ.*
Ex conſilio, & auxilio boni particeps quis eſt, ſi bonū: mali, ſi contra.
28 *Synodus quandoque pro concilio vt hic.*
29 *Capitulum hoc differt a capitulo, ſupra proximo, & quibus.*
Delictum grauius eſt ex grauiori pœna.
Pœnæ aliorum, ſiue tormenta ſunt aliorum remedia, nu. 31.
30 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 31.*
Male meritus publica egeſtate laboret, & ratio.
32 *Addito gloſſarum.*
Pecunia ſimoniaca cui reddatur.
Excōmunicati lucrum ex meretricijs pauperib. erogandū.

CAPVT XVII.

1 Ad liberandam. Hic † conciliū generale repetit cōcil. Latera. ſup. eo. ita. & addit pœnam imponendam tempore abſolutionis ibi, & talibus [& infra] Hic fuit decisa pars continens cruceſignatorum priuilegia, quam hic Hoſt. poſuit, & gloſſauit, dicens, ꝙ tum quia quotidie in apoſtolicis literis fit mentio de illa, tum quia practicatoria, neceſſaria & vtilis, non debuerat remoueri. Dicit autem, quod primum reſponſum tale erat. Ipſis autem clericis indulgemus, vt beneficia ſua integre percipiant per triennium, ac ſi eſſent in eccleſijs reſidētes, & ſi neceſſe fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare. poſtea ſequitur. Cupiētes autem alios eccleſiarum prælatos, necnon & clericos vniuerſos in merito, & in præmio habere participes, & conſortes ex cōmuni approbatione concilij ſtatuimus, vt omnes omnino clerici tam ſubditi, quam prælati viceſimam eccleſiaſticorū prouentuum vſque ad triennium integre conferāt ad ſubſidium terræ ſanctæ ꝑ manus eorū, qui ad hoc fuerint appoſtolica prouidētia ordinati, quibuſdā religioſis exceptis ab hac præſtatione merito eximendis, illiſq; ſimiliter, qui aſſumpto, vel aſſumēdo crucis Chriſti ſigno ſunt perſonaliter profecturi. Nos autem, & fratres noſtri ſanctæ Ro. Ecc. cardinales plenariā decimam perſoluemus. Sciantq; ſe omnes ad hoc fideliter obſeruandū per excōicationis ſententiam obligatos ita, ꝙ illi, qui fraudē ſcienter cōmiſerint, ſñiam excōicationis incurrant. Sane, quia iuſto iudicio cæleſtis imperatoris obſequijs inhærentes ſpeciali dicunt prærogatiua gaudere, cum tempus proficiſcendi annum excedat in modico, cruce ſignati a collectis, vel talijs, alijſque grauaminibus ſint immunes, quorum perſonas, & bona poſt crucem aſſumptam ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Statuentes, vt ſub epōrum, & archiepiſcoporum, ac omnium prælatorum eccleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ Dei defenſione conſiſtant, proprijs ad hoc nihi-
lominus protectoribus deputandis, ita vt donec de ip
ſorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur, inte-
gra maneant & quieta, & ſi quiſpiam contra præſum-
pſerit, cenſura eccleſiaſtica cõpeſcatur. Si qui vero pro
ficiſcentiũ illuc ad præſtandas vſuras iuramento tenẽ
tur aſtricti, creditoresq́ eorum, vt remittant eis præſtitũ
iuramentũ, & ab vſurarũ exactione deſiſtãt, eadẽ pręci
pimus diſtrictione cõpelli. quod ſi quiſquã creditorum
eos ad ſolutionẽ coegerit vſurarum, eum ad reſtitutio-
nẽ ipſarũ ſimili cogi animaduerſione mandamus. Iu-
dæos vero ad renunciandas vſuras per ſæcularem com
pelli præcipimus poteſtatẽ, & donec illas remiſerint,
ab vniuerſis Chriſti fidelibus per excõicationis ſentẽ-
tiam eis omnino cõio denegetur. His autẽ, qui iudæis
ſoluere debita nequeunt in præſenti, ſic principes ſæcu
lares vtili dilatione prouideãt, quod poſt iter arreptũ,
vſquequo de ipſorum reditu, vel obitu certiſſime co-
gnoſcatur, vſurarũ incommoda non incurrant. Cõpul
ſis iudæis prouentus pignorum, quos interim ipſi per-
ceperint, in ſortẽ expenſis deductis neceſſarijs cõputa
re, cũ huiuſmodi beneficiũ non multum videatur ha-
bere diſpendij: quia ſolutionẽ ſic prorogat, ꝙ debitum
nõ abſorbet. Porro eccleſiarũ prælati, qui in exhibẽda
iuſtitia cruce ſignatis, & eorũ familiæ negligentes ex-
titerint, ſciant ſe grauiter puniendos. Cæterum, quia
curſarij, & piratæ nimis impediũt ſubſidium terræ ſan
ctæ capiendo, & ſpoliando tranſeuntes ad illam, & re-
deuntes ab ipſa, nos eos, & principales adiutores, &
fautores eorum excõicationis vinculo innodamus, ſub
interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum
eis ſciẽter cõicet in aliquo venditionis, vel emptionis
contractu, & iniungentes rectoribus ciuitatum, & loco
rum ſuorum, vt eos ab hac inquietate reuocent & com
peſcant, alioquin, quia nolle perturbare peruerſos, ni-
hil aliud eſt, quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocieta-
tis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, in
perſonas & terras eorum per eccleſiarum prælatos ſe-
ueritatem eccleſiaſticam volumus & præcipimus exer
ceri. Excommunicamus præterea &c. vt hic ſequitur
in textu vſque in fi. poſtea ſequitur. Quia vero ad hoc
negocium exequẽdum eſt permaxime neceſſarium, vt
principes, & populi Chriſtiani adinuicem pacem ob-
ſeruent, ſancta vniuerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus,
vt ſaltẽ per quadrienniũ in toto orbe Chriſtiano pax
generaliter obſeruetur, ita, ꝙ per eccleſiam pręlati di-
ſcordãtes reducantur ad verã pacẽ, aut treguã inuiola
biliter obſeruãdã: & qui acquieſcere forte contempſe-
rint, per excommunicationem in perſonas, & interdi-
ctũ in terras arctiſſime compellãtur, niſi forte tãta fue
rit inimicorũ malitia, ꝙ ipſi nõ debeant tali pace gau
dere. Quod ſi forte cẽſurã eccleſiaſticã vilipenderint,
poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatẽ
eccleſiæ tãquam in perturbatores negocij crucifixi ſe-
cularis potentia inducatur. Nos ergo de omnipotẽtis
Dei miſericordia, & beatorũ Petri, & Pauli auctorita-
te cõfiſi, & ex illa, q̃ nobis, licet indignis, cõtulit Deus
ligãdi, atq; ſoluẽdi poteſtate, oĩbus, qui laborem iſtũ
in proprijs perſonis ſubierint, & expenſis, plenã ſuorũ
peccaminũ, de quibus veraciter fuerint corde cõtriti,
& ore confeſſi, veniã indulgemus, & in retributionem
iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmẽtũ. Eis aũt
qui in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis dũ
taxat expenſis iuxta facultatem, & qualitatem ſuã vi-
ros idoneos deſtinauerint, & illis ſimiliter, qui licet in
alienis expenſis, in proprijs tñ perſonis acceſſerint, ple
nam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Huius
quoque remiſſionis volumus, & cõcedimus eſſe parti-
cipes iuxta quantiatem ſubſidij, & deuotionis affe-
ctum omnes, qui ſubuentionem ipſius terræ de bonis

ſuis congrue miniſtrabunt, aut circa prædicta con-
ſilium, & auxilium impenderint opportunum. omnibus
etiam pie proficiſcentibus in hoc opere ſancta & vni-
uerſalis ſynodus orationum, & beneficiorum ſuorum
ſuffragium impartitur, vt eis digne proficiat ad ſalutẽ.
Data Lateranen. 19. cal. Ianuarij pontificatus noſtri
2 anno 18. exponebat demum & ſic [Ipſis † autem cleri
cis] ſcilicet ſecularibus. ſed & religioſi adminiſtratio-
nem habentes prouentus viceſimæ redituum ſuorum
terræ ſanctæ conceſſæ percipere poſſunt. & dic vt legi-
tur & no. ſupra de voto. c. ſi. [Integre] ergo etiam quo-
tidianas diſtributiones, cum & ipſas percipiant reſidẽ
tes, licet illas non habeant in theologia ſtudentes, nec
in ſeruitio epiſcopi reſidentes: qđ dic vt legitur & not.
ſupra de præben. licet, & de clerico non re. de cætero,
& infra de ver. ſig. olim. Videtur autem cõtrarium per
illud c. ſupra de præben. licet. Sol. non dicitur ibi, ac ſi
eſſet in eccleſia reſidens, ſicut hic. Iſta enim verba ali-
quid operari debẽt, vt patet in eo, quod legitur & not.
infra de priuile. ex ore. §. 1. ſed & maiori priuilegio di-
gnus eſt exponens perſonam tot periculis, & profici-
ſcens in ſeruitio Ieſu Chiſti, vt infra eo. §. ſane. Idem
eſt, ꝙ ſtudens in theologia, & ſi habeat priuilegium,
percipiendi integre fructus beneficiorum ſuorum per
quinquennium, vt ſupra tit. 1. c. ſi. & §. ſi. non tamen di
citur, ꝙ ipſos percipiat ac ſi reſidens eſſet, nec, ꝙ poſſit
ipſos obligare, vt hic dicitur, & ibi no. ideo tenẽdum
eſt, vt prædixi, niſi papa aliud declararet, ad quem &
non ad magiſtrum ſpectat declaratio dubiorum, vt pa
tet in eo, quod legitur & no. ſupra qui fi. ſint le. per ue-
nerabilem. §. rationibus, niſi inſultes, & dicas quare er
go declaras hoc dubium? Reſpondeo enim, ꝙ nullum
declaro dubium. ſed verũ eſt, ꝙ in dubio a verbis edi-
cti non recedo, quibus melius eſt deſeruire in tali ca-
ſu, quam aliud fantaſtice diuinare. ff. de leg. 3. non ali-
ter. ff. de act. exerci. l. 1. §. ſi is qui nauem, ver. in re igi-
tur dubia, & videtur hoc ſatis expreſſum, ſupra de vo-
to. c. ſi. §. ſi. vbi de hoc, Hoſt. quicquid dicat Hoſt. tu
a dic contra, vt not. de cler. non reſi. [a] c. vno, lib. 6. no. ẽt
de hoc Guil. in Spec. de hæreticis, in fi. & vide quod di
cam infra tit. 1. excõmunicamus, §. catholici [Et ſi ne-
ceſſe] puta quia aliter non poteſt ſe parare. & ſi inten-
dit prouidere non vtilitati, ſemper enim eſſet ei vtile,
ꝙ hoc facere poſſet, ſed neceſſitati, quæ legem nõ hẽt,
ſupra de obſerua. ieiu. conſilium, ante fi. [Per id tẽpus]
ſcilicet per triennium. non ergo vltra. Quid ſi interim
moriatur. dic vt plene not. ſupra ne præ. vi. ſu. querelã.
[Cupientes] 4. pars [Alios eccleſiarum prælatos] hoc
non dr̃, quia in ſuperiorib. cõtinetur, ꝙ ipſe papa Inn.
III. de his, quæ reſeruare potuit 30. millia librarum in
hoc opus concedit præter nauigiũ, quod cruce ſigna-
tis de vrbe, atque de vicinis partibus confert [Cõſor-
tes] quo ad talia nullus zelus, nulla inuidia locum hẽt
[Quam prælati] cuiuſq; conditionis, vel religionis exi-
3 ſtant [Quibuſdã] religioſi ver. [Eximendis] puta † ho-
ſpitalarijs, qui huic obſequio ꝯtinue inſiſtãt, & ad hoc
ſunt ſpãliter deputati. vnde & multi ſunt alijs priuile-
gijs decorati, vt patet ĩ. de priuil. dilecti, & c. porro, &
ſ. de decimis, ex parte tua, in §. ſed præceſſor. non tñ
ſunt exẽpti, licet in ꝓprios Ro. eccleſię filios ſunt rece-
pti, vt legitur & no. de ver. ſig. veniens, li. 6. vide qđ di
cã de priuil. recepimus, ſuper 1. glo. [Perſonaliter] quia
ex his eadẽ ratio exemptionem ſuadet, & de hoc §. fit
mentio, ſ. de voto. c. fin. vt & ibi no. [Nos] 3. pars [Fra-
4 tres noſtri] no. ꝙ in † genere oẽs cardinales papa fra-
tres vocat, de hoc de off. le. c. 1. lib. 6. [Sanctę Ro. eccle
ſię] no. ꝯ illos, q dñt, ꝙ cardinales nõ hñt ius cap'li ſiue
collegij, ſed potius iure ſingulorũ cẽſentur tanq̃ hoĩes
a diuerſis partibus mundi ſingulariter vocati, & in ſin-
gulis eccleſijs ſibi commiſſis intitulati, licet et diaconi

non dicantur habere titulum, vt in ſtyllo patet, vñ nec
habent arcam communem, nec ſyndicum, nec ſimi-
lia, quæ vniuerſitas habere conſueuit, ſiue collegium,
ff. quod cuiuſque vni. l. 1. & no. infra de exce. præ. de li-
cta. & inter hæc duo iura, ſcilicet vniuerſitatis, & ſingu
laritatis magna differētia eſt, vt patet in eo, quod no.
ſupra de conſtitutio. cum omnes, reſpon. 1. ſed errant
euidenter, qui talia autumant, æſtimant, vel affirmāt
præſumendo. Nam & de facto ita eſt, ꝙ ante fiunt car
dinales, quam eis aliquis titulus aſſignetur. & hac con
ſideratione habita, cardinales dicūtur ſimpliciter, nul
la alia eccleſia expreſſa. 23. diſtin. in nomine domini,
& 79. di. oportebat, & c. ſe. Cuius ergo eccleſiæ dicere-
tur tunc epiſcopus cardinalis? vtique non alterius, q̃
Romanæ, cuius & ſemper cardinales ſunt, vt hic exp̄ſ-
ſe dicitur, de re iudi. ad apoſtolicæ, §. & vt ad pñs, ver.
perpetrauit, lib. 6. ad idem 79. di. ſi quis ex epiſcopis.
ſed & arcam communem habent quo ad ſeruitia com
munia, & camerarium ſpecialem loco ſyndici, qui &
oblata æqualiter diuidit inter eos. Sunt & ſimul con-
gregati, & ad tractatus communes etiam totius mun-
di expediendos communiter conueniunt tota die, &
ſummum ius eligendi habent, quod ex iure congrega-
tionis, non ſingularitatis competit, vt patet in eo, qđ
legitur, & no. ſupra de elect. c. 1. & c. licet, & c. quia pro
pter. Quinimo & ſacrum collegium vulgariter & com-
muniter nominatur. vnde & tale habendum eſt, argu.
ff. de fluminibus. l. 1. reſpon. 1. & no. ſupra de ſpon. ex li
teris. nam & nomina debent eſſe conſequentia rebus,
vt patet in eo, quod le. & no. ſupra de præben. cum ſe-
cundum apoſtolum, & in iure dicitur Eccleſiæ Roma-
næ gremium. 23. diſt. in nomine domini, circa mediū,
ibi, Eligatur autem de ipſius eccleſiæ gremio. Eſtque
ſummum & excellens collegium ſuper omnia alia vni
tum adeo cum pa. quod cum ipſo vnum & idem eſt, vt
patet in eo, quod legitur & no. infra de priuileg. in an-
tiqua. reſpon. 1. de pœn. cum ex eo. §. fi. & ſupra qui fi.
ſi. le. per venerabilem, §. rationibus, ver. ſunt autē. ſed
& collegarum appel. hi continentur, qui eiuſdem pote
ſtatis ſunt, ff. de ver. ſig. collegarum. 6. charta, & acce-
dit ff. de illicitis colle. l. fi. & l. græca. ibi poſita [Plena-
riā decimam] alij vero ſolam viceſimam, vt ſup. §. 1. &
ſit hoc cauſa exempli, arg. 1. q. 1. viliſſimus. 26. di. vna,
ſupra de voto. magnæ, §. 1. ve. quod enim agitur, cum
ſuis concor. [Omnes] ſ. cardinales ad decimam, alij in
feriores ad viceſimam, vel forſan hic non intendit in-
cludere cardinales, ſed inferiores tantum [Scienter]
5 debet enim † probabilis ignorantia eſſe excuſata, inf.
de cler. ex. min. apoſtolicis. Sed hoc quomodo poteſt
eſſe? nā in proprio facto non eſt tolerabilis error, ſup.
de reſcript. ab excommunicato, & nemo præſumitur
vires ſui patrimonij ignorare. C. de reſcin. vend. quiſ-
quis, reſpō. 1. hoc non præſumitur prima facie: tamen
euenientes fortunę contrarios euentus ſæpius operan-
tur, vt in auct. de nup. §. quia vero hactenus, colla. 4. vn
de & ſæpius de facultatibus ſuis amplius, quam in his
ſit, ſperant homines, inſti. qui. ex cau. ma. non poſ. §. in
fraudem. quia tamen talis ſententia periculoſa eſt, cō-
ſuluimus, vt ad ſecuritatem conſcientiæ attēdas plus,
6 quam minus, quia tutius † eſt de benignitate præmiū
reportare, quam de auaritia reddere rationem, ſicut
alias dicitur. in fi. 26. q. fi. alligant. & no. ꝙ licet ad fi-
deliter recolligendam hanc partem aliqui deputētur,
non tamen habent poteſtatem aliquam diminuēdi,
vel remittendi, niſi hoc expreſſe contineatur in literis
eorundem, argu. ff. de proc. procurator tutorum, ff. de
dona. filius. reſpon. 1. ideo frequenter ſeipſos decipiūt
qui cum eis componunt [Sane, quia] 4. pars [iuſto iudi
7 cio] vere iuſto. cum n. † in obſequijs inſiſtentes papæ,
vel epiſcopi priuilegiati ſint, vt patet, ſ. de cler. nō re.

de cętero, & c. cū dilectus, iuſtius enim eſt, ꝙ qui ſeruit
Deo, prærogatiua gaudeat ſpeciali. ideo no. ꝙ qui cō-
tra priuile. & libertatē eccleſiæ Dei de facili interpre-
tatur, vel iudicat humanis fauendo, & ipſa ampliādo,
poteſt de iniuſtitia merito reprehendi, ſuper quo vide
quod no. ſupra de rebus ec. nō ali. c. fi. [Cæleſtis impe-
ratoris] ideſt Dei, qui eſt ſuper terrenum, vt patet 11.
q. 3. Iulianus. & eſt hic euidēs ar. ꝙ clerici diuinis obſe
quijs inſiſtentes a talis omnib. debēt eſſe immunes, qđ
& concedit lex etiam de vxoribus, & liberis, & familia
clericorum, C. de epi. & cle. l. 2. quod dic vt no. ſup. de
vi. & ho. cler. c. fi. ſup. de immu. ec. nō minus, & c. aduer
8 ſus [In modico] ideo & † modica eſt læſio, quæ de faci
li toleratur, vt patet in eo, qđ legitur & no. j. §. 1. ver.
cū huiuſmodi [Grauaminibus] i. onerib. Nā & ſi hoc
intelligas de licitis talijs, cōiter tamē graues & onero
ſæ ſunt, & quo ad ipſas hæc indulgentia nō ſolū de fa-
cto, ſed & de iure locū hēt. Si aūt hoc intelligas de iniu
ſtis, vel ſubiecti nullo tēpore ſunt grauādi: quia nullus
vnquam in aliquo grauari debet, maxime a ſuperiore
ſuo, vt patet in eo, quod legitur & no. ſup. de reſti. ſpo-
liato. cōquerēte, ſ. de app. vt debitus. hoc aūt ſciēdum
eſt, ꝙ omnes taliæ & collectæ nō obſtāte abuſu contra-
rio hodie generaliter ſunt dānatæ, vt in auct. de ec. ti.
§. ad hæc ſancimus, & vt nul. iudi. §. nulli vero liceat,
coll. 9. & in l. Federici, hac edictali, §. illicitas. qđ dic
vt plene no. in ſum. de immu. ec. §. a quib. [Quorū per-
9 ſonas, ver. & † bona] non ſolū propria, ſed ēt poſſeſſa,
ſiue ēt detenta, vel quorū periculū ad ipſos ſpectat cru
cę ſignatos, vel eos beare poſſūt, ff. de ver. ſig. bonorū.
1. & 2. ff. de ac. rē. do. l. rem in bonis, ff. vt in poſ. lega. is
cui. §. bonorū. 1. & 2. ff. de pet. hær. Idē vidēdū, §. fi. &
10 duabus ll. ſeq. [Nec immerito] nam & † ſine crucis ſi-
gno quilibet oī tempore in poſſeſſione ſua regulariter
eſt tuendus, vt patet, C. vnde vi, ſi quis in tantum, ff. de
vi priua. l. penul. & in eo, quod legitur & no. ſupra vt li.
pen. c. 1. & de reſti. ſpol. cōquerente, & ſupra qui fi. ſint
legi. cauſam, 2. §. 1. vbi eſt ēt in hac materia hoc expreſ
ſum [Protectione] ſpeciali, nō generali. quod dic vt le-
gitur & no. infra de priuil. ex parte. 2. vnde & ſi qui eis
iniurientur, per cenſuram eccleſiaſticam cōpeſcātur,
vt infra eo. §. 1. ver. 1. [Specialiter] ad maiorem caute
lā, vt infra. §. 1. in prin. & §. cæterum, ver. ſub intermi-
natione, vt ibi no. arg. infra tit. 1. ſi aduerſus, in princ.
cum ſuis concor. & quia epiſcopi ſæpe in talibus negli-
gentes ſunt, & remiſſi, vt patet, infra eo. §. 1. in fine, &
infra de priuil. dilecti [Ita vt donec] hoc eſt, intantum
ſe extendit hæc protectio, Vt donec de ipſorum &c. ſci
licet cruce ſignatorum [Certiſſime] ſi. infra eod. §. 1.
11 ver. his autem. Nō † ergo ſufficit præſumptio ſola. ſed
forſan ſufficit certus nuncius, argumen. in eo, quod le-
gi. & not. ſupra de ſpon. in præſentia. vel dic quod a-
liud eſt ibi, vbi non ſufficit veriſimilis præſumptio, vt
patet, ſupra vt lit. non conteſta. c. fi. §. ſi vero, ver. ſi au-
tem etiam. aliud hic, vbi requiritur certa probatio. &
hoc eſt, quod hic innuit, quando dixit, certiſſime. &
eſt ratio diuerſitatis: quia maior debet eſſe fauor Dei,
& fidei, quam matrimonij, vt patet, vt ſupra eod. §. in
princip. & in eo, quod not. infra eo. capitu. fina. in fine
[Et quieta] ſcilicet ſupra de pereginantibus, capitulo
12 vnico [Contra † præſumpſerit] res ſcilicet ipſorū inua
dendo, vel depredando, vel diminuendo, ſeu inquietā
do eccleſiaſtica cenſu. &c. Eſt ergo hæc protectio ad
tuitionem, & ſpecialis, vt & not. ſupra eodem ver. pro-
ximo [Si qui vero] quinta pars [Deſiſtant] & ſuper hoc
fiat celeris iuſtitia, alioquin modica eſſet prærogatiua,
cum omnibus competat iſtud de iure communi, vt
patet in eo, quod le. & no. ſupra de iureiu. c. 1. & c. debi
tores. ſi. ſup. §. proxi. ver. quorum, & inf. eo. ſuper ver.
animaduerſione, §. cæterū, in fi. [Quod ſi quiſquā, ver.

coege-

Digitized by Google

coegerit] nolens relaxare iuramentum, vel fideiuſſo-
res,vel obſtagia forſitan diſtringendo, vt patet ſupra
de fideiuſ.peruenit,& de iureiu. ex reſcripto[Animad
uerſione] & hoc etiam de iure communi eſt, vt ſup.de
iureiur. debitores. 1. de vſuris tua nos [Iudæos vero,
ver. Cõio denegetur]fi. infra de vſuris, poſt miſerabi-
13 lem.qd dic vt ibi no.[His aũt.ver. Principes † ſecula-
res]alias iudices. ſubaudi, vel epiſcopi, vbi habent do
minium tpale, vt ſupra c.poſtulaſti[Certiſſime] ſim.
ē.eo.§.pro.verſ.Quorum perſonas[Nõ incurrant]de
facto.nam de iure nec ante incurrere debẽt]Compul-
ſis Iudæis,ver. Expenſis]de hoc dic, vt legitur & no.ſ̃.
de pign.cum contra.& de iureiur.ad noſtram.1.] Cõ-
putare] quod nedum de Iudæis creditoribus, ſed etiã
de Chriſtianis fieri poteſt. nec poſſunt multum cõque
ri de tali gratia creditores. Cum huiuſmodi benefi-
cium &c.vt ſequitur[Cum huius beneficium, ver. Nõ
14 multum &c.]q.d.vbi † dilatoria aliqua a principe da
tur vel tollitur, tolerari poteſt, argu. 12.q. 2. terrulas.
nã modica læſio,& deceptio toleratur, vt patet. ff.de
reſt.in integr.ſcio.ff.de min.in cauſæ 1.§.Pomponius.
& modica donatio,ſupra de dona.Apoſtolicę, & arg.
ſupra eo.§.proxi.rub.1.ſecus,vbi peremptoria datur,
vel tollitur: quia nec grauis læſio toleratur, vt patet,
C.de reſcin.ven.l.2.ſup. de decimis,ſuggeſtum, & in
ſuis concord.& ff.ne quid in flu.pu.l.vnica. §. ſunt qui
putant,& ne quid in lo.pu.l.1.§. ſi quis a principe, &
§.merito, niſi ex certa & præciſa voluntate principis
aliquid dicatur;quod dic, vt le.& no. ſ̃.de offic. dele.
ex parte 2. & ſumitur hæc diſtinctio & mens iſtorum
verborum ex eo,quod legitur C. de preci. impe. offe.
b quoties, [b] & l.reſcripta[Porro, ver. Familiæ] argum.ꝙ
15 † familia eodem priuilegio cum domino ſuo gaudet.
quod dic, vt no.ſupra de off.archid.c.fi. §. petijt [Pu-
niendo]continuatio eſt ſim.ĩ. de priuil.dilecti[Cete-
rum]5.pars[Curſ.rij,& piratæ]ſcilicet prędones,ſiue
latrũculi maris[Et principales adiutores,& fautores]
hoc additur de nouo in hoc concilio generali.nam &
piratæ per concilium Lateranen. ſunt generaliter ex-
communicati, vt infra de rapt.excommunicationem.
Eſt autem hæc potius declaratio, quam additio. Nã
iſti participant in damnato crimine, non ergo dubiũ,
quin in eadem ſententia inuoluantur, vt legitur & no.
infra de ſen.ex.nuper a nobis. §. in primo, & capit. ſi
concubinæ.& ideo dicit, principales: quia aliud eſt de
fauentibus non principaliter, ſed per conſequentiam
quandam; quia illi non ſunt excommunicati ſed ex-
communicãdi, vt patet infra eo.§.ver. alioquin [Sub
16 † interminatione]ver.comminatio eſt. ſic infra de ſa
git.c.vnico,& ſupra de iure pat.relatum. quod dic, vt
ibi no.[Scienter]ſim.infra de ſent.exc.ſignificauit, in-
prin.[In aliquo venditionis]argu. hic, ꝙ excõicatus
poteſt vendere,& emere,& alios contractus inire, niſi
ſpecialiter prohibeatur, ſicut hic fit, & infra de hæret.
ſicut ait §.1.vbi de hoc,& c.ad abolẽdam. §. ciuitas.
nos autem ſentimus contrarium, vt patet in eo quod
plene no.ſupra de do.& contu.veritatis, ad fi. nec ob.
quod hic dicitur.reſpon.enim vt in ſe.glo. [Cõtractu]
a quo omnis excommunicatus arcetur quo ad ea, quæ
vtilitatem ſuam reſpiciunt: ſed ad maiorem exagge-
rationem voluit iſtud exprimere hic, vt homines ma-
gis cauerent ſibi, argum. in eo: quod legitur & no.in-
fra tit. 1.ſi aduerſus,in prin.ſi.ſup.eo.§.ſi qui vero, in
prin.& §.ſane, ver.quorum.2.ti.1.ſicut ait, §.1. in qui-
bus & multa ſpecificantur, quæ de iure communi ſunt,
ſicut & ſupra de iureiur.& ſi Chriſtus, in fi.& de procu
17 rã.quia in cauſis[Et iniungentes.ver. Vel † compeſcãt]
ſi & quantum poſſunt imponẽdo,& leuãdo pęnas, vel
alio modo quocunque [Alioquin]ſcilicet ſi circa hoc
fuerint negligẽtes[Fouere, nec caret]& ſumuntur hęc
duo verba ex eo,quod legitur 82. diſ. error, & c.præce-
denti,& ſequen.ad idem 86.diſ.facientes, infra de hę
reti.cap.2.& infra de ſen.ex.quãtę, vbi de hoc [Eccle-
ſiaſticam]Excommunicando ſcilicet perſonas, & in-
terdicendo terras, infra de verb. ſi.quærenti, & ĩ.eo.
§.quia vero,& ver.itaque.in glo.& infra tit.1. ad abo-
lendam.§.ſtatuimus, in fin.quinimo & ſuper hoc poſ-
ſent impeti, & manu militari diſtringi, vt probatur
23.quæſt.2.dominus. ſed & poteſt notari diſcrentia
inter ſeueritatem eccleſiaſticam, & cenſuram; quod
dic vt no.ſ̃.de offi.dele.præterea.§.1.& li. 6.de homi
cidio,pro humani.§.cum igitur, verſ. uos tanto. Poſt
partem vero tex. quem hic habemus, ſequebatur, quia
18 vero[Et quia vero] 7.pars [Pacem † obſeruent] quia
pluribus intentus,&c. vt patet ſ̃.de cleri.coniu. diuer-
ſis[Cuius) ſcilicet pacis violator excõicandus eſt, ſe-
cundum canones, ſupra de treu.& pac. c.1.ſecundum
vero leges decapitandus eſt, ff.de re mili.l.fin.in fi.(vt
ſaltem per quadriennium) nam ipſam ſemper ſeruare
deberent.fi.ſ̃. de treu.& pac.ca.1. quod dic vt ibi no.
(Itaq; ver. Reducantur) hoc enim eſt eorum officium
20.diſ.c.1.5.q.2.ſi primates, ne debiliores a potentio
ribus opprimantur.ff.de offi.præſi.illicitas.§.ne potẽ-
19 tiores (Pacem † aut treguam) aliud. n. pax, & aliud
tregua, vt patet in eo, quod legitur & no.ſ̃. eo. cap. ſi-
gnificauit, ad fi.(In perſonas,& interdictum)ſi.ĩ.§.cę
terum, in fi.(Niſi forte, ver. Malitia) puta hæretici ſũt,
vel in malitia obſtinati, infra ti.1.excommunicamus.
1.§.moneantur, infra de rapto.c.2.ſupra de iudi. cum
non ab homine,& infra eo.ver.fin.(Quod ſi forte, ver.
20 Per † auctoritatem eccleſiæ) quę quanta ſit, perpendi
põt ex eo, quod legitur & no.infra li.6.de homicidio,
pro humani, §. ſacri, ver. ſicque, cum ſuis concord.ſup.
eo.ita quorundam. §. tales. & hoc eſt iuſtum bellum,
quod auctoritate eccleſiæ fit, de quo dic, vt no. ſupra
de iureiur.ſicut.& ĩ.(Secularem potentiam) hoc enim
regulare eſt, quod ex quo eccleſia non habet, quid fa-
ciat, recurrere debet ad brachium ſeculare, vt patet
ſupra de iudi.cum non ab homine, ĩ.de cle. ex. c.2.in
21 fi.cum ſuis concor,(Nos ergo)8.pars(Ligandi † atque
ſoluendi)14.q.1.quodcunque.quod etiam omnib. ſa-
cerdotibus in parte eſt commune. vnde Matthæ. 18.
capit.Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper
terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolueri-
tis &c.& Io.20.F.Accipite Spiritumſanctum, quorum
remiſeritis peccata &c. quæ verba dicta ſunt non ſo-
lum Petro, ſed & omnibus diſcipulis, quamuis ſignan
ter ei dicatur. Tu vocaberis cephas.Io.ca.1. caput ec-
cleſiæ 24.quæſt.1.rogamus.23.d.nulla ratione, & ite-
rum. Quodcunque ligaueris &c. Matthe. 16. ad deſi-
gnandum vnitatem eccleſiæ, & quod habet omnium
principatum: nihilominus eum tam pro ſe, quam pro
alijs hanc poteſtatem intelligitur ſuſcepiſſe. 24.quęſt.
1.quodcunque,& cap.cum beatiſſimus, & ca.ſequen-
tibus. igitur hoc commune eſt eccleſiæ, & omnibus
ſacerdotibus.ligant enim, vel ſoluũt.primo. i.ligatũ,
vel ſolutum oſtendunt, vt patet infra de ſenten.exc.a
nobis. 2. ſecundo excommunicando, vel ſententiam
relaxãdo, infra de ſen.ex.per tuas.& c.ſacro.tertio ſa-
tisfactionem pœnitentiæ imponendo, ad quã facien-
dam obligant,& ſic ligant, vel parcendo, & indulgen
do: & ſic ſoluunt, vt infra de pœnitentijs, omnis, & ca.
22 cum ex eo. In † his autem omnibus ſicut põtifex ſum-
mus ſuper omnes eſt, ſic præ omnibus poteſtatem ha-
bet, vnde & ex cauſa plenam indulget veniam pecca-
torum, vt ſequitur: quod nulli alij licitum eſt, imo li-
mitatur poteſtas, infra de pœnitent. cum ex eo. & eſt
ratio, quia ipſe Papa vocatus eſt in plenitudinẽ pote-
ſtatis, ideoque plenam indulgentiam poteſt facere:
alij vero in partem ſolicitudinis; ideoque ad ipſos par
ticu-

ticularis tantum pertinet, & ſemiplena, ad hoc 2. q. 6.
de cætero. & ſupra de vſu pal. ad honorem. de cæteris
dic vt plene not. in ſum. de pœnitentijs, ſub rub. de re-
miſſionibus[Veraciter]non ficte, vt in ſequen. gl.[Cor
23 de contriti]per † contritionem pœna æterna remitti-
tur, ſed agenda eſt pœnitentia tẽporalis, vt colligitur
de pœnitentijs, d. 1. multiplex, & c. quem pœnitet, in fi.
& c. verbum, & c. ſi peccatũ, & c. ſi primi hominis, & d.
5. conſideret, in fi. & d. 7. cap. fi. temporalem etiam ex
cauſa ſacerdos alleuiare poteſt, & papa in totũ remit-
tere, vt patet in præ. gloſſ. & in eo quod leg. & no. infra
de pœnitentijs, ſignificauit, & ca. Deus qui, ſiue contri
tione autem nullus veraciter abſoluitur, vt patet 11.
q. 3. cum aliquis. 24. q. 2. legatur, de con. diſt. 4. omnis
qui, de pœ. di. 1. neminem. C. de hæreti. l. Manicheos,
in auct. vt non luxu. contra natu. rub. 1. colla. 6. ideoq;
qñ aliquis non contritus abſoluitur, ſolutio eſt quo ad
hominẽ, non quo ad Deum, hoc eſt quo ad militantẽ
eccleſiam, & non triumphantem. infra de ſen. ex. a no-
bis 2. & no. ſupra de teſti. veniens 2. §. fin.[Et ore con-
24 feſſi]in vero † enim pœnitente requiruntur tria. oris cõ
feſſio, vt hic, cordis contritio, de pœ. di. 1. conuertimi-
ni. & hæc præcedit, & d. 3. ſcindite, & capi. ſane, in fin.
Operis ſatisfactio, de pœ. di. 3. perfectum. primum ſci-
licet confeſſio non eſt res ſigni, ſed ſignum tantum, ſci
licet contritionis. ſecundum vero, ſcilicet contritio eſt
res ſigni, ſcilicet confeſſionis, ſatisfactionis, ſiue mun-
dationis. tertium, ſcilicet ſatisfactio, ſiue munda-
tio non eſt ſignum alicuius rei, ſed eſt res ſigni tan-
tum, ſcilicet confeſſionis, & cõtritionis, ſicut no. ſim.
ſupra de cele. miſ. cum Marthę, §. diſtinguendum[Eis
25 autẽ, ver. Iuxta † facultatem, & qualitatem ſuam]i. in
quod duceret, & expenderet, ſi ipſemet iret: hoc enim
eſt de mente, vt patet ſupra de voto magnæ, cap. pen.
ver. tibi pro te, & ſequenti[Idoneos]ſcilicet ad pugnã
dum, ſecundum quod legitur & diſtinguitur ſupra de
voto, quod ſuper his. ſed pauci ſunt remanentes, qui
hoc adimpleant, vnde non credunt plenam indulgen-
tiam peccaminum ſe adeptos[Et illis ſimiliter, ver. In
26 alienis]ſubaudi, cum ſuis non poſſint[Perſonis]ſatis†
enim expendit, qui plus non habet, & exponit perſo-
nam, & animam, id eſt vitam, quæ omnibus eſt præfe-
renda temporalibus. C. de ſacroſan. ecc. ſancimus. 1.
Collige ergo ex his ver. & præ. & his, quæ hic & ibi no.
ꝙ pauperes facilius ſaluãtur, quam diuites: quia citius
faciunt, quod poſſunt. Dominus autem cor interrogat,
non manum. 14. q. 5. ſi quod inueniſti, & 15. quæſt. 6. c.
1. ad fi. Item not. quod ſicut ſocij temporales, quorum
vnus ponit pecuniam, alius laborem, ſiue perſonam,
lucrum ex ſocietate proueniens participant tempora-
le, vt inſtitu. de ſocietate. §. de illa, ſic & ſpirituales ſo-
cij ſpirituale lucrum plenæ remiſſionis peccaminum
participare poſſunt, vt hæc patet, & in præcedenti ver
ſi.[Huius quoque, ver. Iuxta qualitatẽ ſubſidij, & deuo
27 tionis affectum] tales † ergo non conſequuntur ple-
nam remiſſionẽ ex vi iſtius indulgentię, ſed participãt
tantum, i. partem capiunt, ſecundum quod maius, vel
minus fecerint, prout no. ſi. in delictis, & pœnis, ſupra
eo. ver. percipientes. & eſt ſi. infra de priuile. vt priuile
gia. §. 1. ver. hoc autem, & verſ. penul. & fin.[Conſiliũ,
& auxilium]Cum enim ſecundum beatum Aug. nul-
lum malum impunitum, nullum bonum irremunera-
tum, iuſtum eſt, vt retributionis boni particeps ſit, qui
in ipſo faciendo conſilium & auxilium præbet, ſicut &
pœnæ mali particeps eſt, qui ipſis delinquentibus fa-
uet, vt patet in eo, quod le. & no. ſupra eod. §. cęterum.
[Omnibus etiam, verſi. Proficiſcentibus]alias proficiẽ
tibus. ſed prima litera præualet[Synodus]ſcilicet iſta
28 † præſens, quæ quandoque vocatur ſynodus vniuerſa-
lis, vt hic; & quandoque concilium generale, ſupra de
accuſa. ſicut olim, & infra cap. 1.[Datum Lateranen.]
& cæt, quæ conſideranda eſt in reſcriptis, quod dic vt
le. & no. de reſcrip. eam te[Præterea]reſpicit, ꝙ in par
te deciſa excommunicauerat non ſoluentes viceſimã,
vel quia excommunicauerat hæreticos, infra tit. 1. ex-
cõmunicamus [Eis] ſcilicet, Sarracenis[Piraticis]eis
contra Chriſtianos exercentibus : ſecus, ſi cõtra alios,
cum non debeant piratica cõtra Chriſtianos inſtitui.
Hoc non placet per verbum ſequens, in d. terræ ſanctæ.
Innocen. Hoſtien. dixit quod verbum, diſpendiũ &c.
reſpicit clauſulam, Aut quibuſlibet[Cenſemus]hæc pę
na per ſæculares poteſtates imponitur. Innocẽ.[Et ta-
libus] hic incipit addere concilio Lateranen. & ſecũ-
dum Innoc. hæc pœnitentia imponitur per eccleſiam
[Aperiatur]ſi contra fiat, tenet, ſed reduci debent, niſi
29 hoc faciant ſecundũ Egi.[Et tantundẽ]ergo † differt
a capitulo, ſupra capitu. proxi. quia ibi ſimplum tan-
tum ſoluitur: hic vero duplum. & illud pauperibus ero
gatur: iſtud vero in ſubſidium terræ ſanctæ mittitur. &
ſic cum hoc ſit grauius vindicatum, ergo grauius eſt
delictum per iura, quæ alleg. gloſſ. & de vi. & ho. cler.
vt clericorum, ver. ſtatuimus, ſecundum Hoſtien.[de
ſuo] ſed nonne ipſorum bona confiſcantur? forte non
erant adhuc confiſcata, vel in ipſa ꝯfiſcatione hoc fieri
debet, vel loquitur de bonis poſtmodum acquiſitis, in
fra de pœnis, fœlicis, §. verum, lib. 6. vel ſecundũ Abb.
hanc pœnam imponit eccleſia; præcedentem vero cõ-
fiſcationis imponit ſecularis curia, vt dixi etiam ſupra
ſecundum Innocẽ.[Audacia]Hiero. ſuper Hier. lib. 6.
C. aliorum tormenta, aliorum remedia ſunt; cum ho-
30 micida punitur, alij terrentur a ſcelere. ¶ † Tertia glo.
dat ſimile de vſura : concludit tamen, quod hoc gra-
31 uius. ¶ † In gloſſ. vlt. ibi, famoſos]vide de calum. c. 2.
ſuper vlt. gloſſ.[Et ibi, bona fides]male meritus publi
ca egeſtate laboret, vt exemplo ſit alijs ad maleficia
32 terrenda. ¶ † In gl. 3. ibi, crimini vſurarum]& magis
eſt ſi. pecuniæ ſimoniacæ, quæ redditur eccleſiæ, in cu-
ius contumeliam data fuit, ſupra de ſimoni. conſuluero.
& c. audiuimus, in fi. & eſt argum. hic, & ſupra cap. pro-
xi. quod quicquid lucratur excommunicatus in merci
monijs, ſit pauperibus erogandum, cum ex interdicta
ſibi communione hominum lucrum illud contingat.
de cler. ex. illud; de hoc in ſum. de pœniten. §. fina. ſub
d §. quid de his, qui excommunicati.[d] Hoſtien. ¶ In gl.
pen. ibi, verberibus]quod ſonat ver. caſtigetur, ſecun-
dum Goff.[Et in fi.] ſupra de dolo & contu. finem, &
infra de maledic. c. 2.

ADDITIONES.

a ¶ Re. Quotidiani enim non ſunt fructus beneficij, vt no. Ioan. And. in Spec. de conceſ. præben. in rub.

b ¶ Quoties. Ibi vide doct. & Bar. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti. publ.

c ¶ Oſtendunt. Vide gl. in c. quodcunque. 24. q. 1.

d ¶ Excommunicati. Et vide bonum tex. in c. ſi diligenti, & ibi Io. And. in gl. no. Hoſt. de præſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, vel pagani publicis officijs præficiendi non ſunt, eis ſi regalia iura venduntur, quid iuris.*

Pœnam iudex remittere an poſſit.

2 *Iuriſdictionis, vel poteſtatis executoria venditio non toleratur, ſecus reditũum eius.*

3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVIII.

1 Ex ſpeciali Iudæi † vel pagani publicis officijs præficiendi non ſunt: & ſi eis regalia iura vẽdũtur, Chriſtianus non ſuſpectus ad illa colligenda præficitur. Et

in

Digitized by Google

in 1. deciſe ponitur regis culpa , & excuſatio. in ſecun-
da contra vtrunque prouidet ibi, Mandamus[Affectu]
propter hoc iudex remittere poteſt pęnam quod dic,
vt ſupra de offic. lega. niſi [Vendiderit] toleratur ergo
2 venditio redituum, nõ † iuriſdictionis, vel executoriæ
poteſtatis. ſic ſupra ne præla. vi. ſuas c. 1. & vlt. Hoſtié.
[Deputet] ipſe rex, non Iudæus, ne fiat aliquid fraudis
[Et eccleſijs] nec alijs Chriſtianis, vt ſequitur, & ſupra
3 eo. cum ſit[Iura] per regem vendita. ¶ † In gl. 2. in fi-
ne] Geneſis 41.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus ſi emat ſeruum Chriſtianum , non tenet emptio & quatenus, vide num. 3.*
Tempus a quo memorandum hic.
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*
Emptio liberi hominis ignoranter facta tenet, & nu. 6.
4 *Additio gloſſarum.*
Mercatoribus fauor debetur in mercimonijs.
Solidus moneta vt accipiatur.
Libram 72. aurei faciunt.

C A P V T XIX.

Nulli Iudæo Se ſummat, & tria facit. dictũ ponit: mercatori prouidet, ꝓuiſionẽ determinat.
1 [Emere] ſi † vero iudæus emit ſeruum Chriſtianum, nõ
tenet emptio quo ad hoc , vt trãsferatur dominium in
emptorem: tenet tamẽ quo ad hoc , vt prior dominus
illius dominiũ perdat(Liceat) C. ne Chriſt. man. l. vna
(Retinere) contra 17. q. 4. Iudas; dic vt ibi(Pro eo) ſer-
uo ſcilicet empto cauſa mercimonij 12. ſol. pro melio-
ri mãcipio, ſupra c. 1. (Tres menſes) a die ſerui empti,
& traditi numerandos. arg. inſtit. de rerum diui. §. per
traditionem , C. de pactis, traditionibus. Hoſt. crede-
rem , quod iſti tres menſes computentur a tẽpore, quo
2 potuit. ¶ Tertia gl. quærit, & † ſoluit. iterũ quærit , &
remittit. ¶ Vlt. gl. reddit rationem textus: dat ſimile,
dicit , quid ſi emat ? & ponit triplicem fauorem fidei.
3 ¶ † In gl. 3. ibi, nummos) hãc, & ſeq. §. ſi numerus , qui
eſt vlt. vide de cenſi. ex parte. ſuper 3. gl. ¶ In gloſ. vlt.
ibi, liberi hominis) inter ignorantes valet emptio libe
ri hominis & ignorante emptore, dato quod ſciat ven
4 ditor. ſed ſi emptor ſcit ad nihilum, valet. ¶ † In gl. 1.
ibi, fraternitatem) de hoc plene. ea. d. §. hæc tunc, & di
ſtingue, vt ibi nota. ¶ In gl. 2. in fi.) & ſic nota mercato
ribus in mercationibus fauorem deberi. ad idẽ ſup. de
5 treuga, & pac. c. 2. ¶ In gl. 3. ibi, in loco † illo) Vincen.
hic, licet ſupra cap. 1. fuerit alternatiue locutus, intel-
lexit hic, ſolidum pro aureo . Idẽ Ac. C. de ſer. fu. l. qui-
cunque. Idem Goff. per l. ff. de mino. ſi mulier, inſtit. de
pœn. te. liti. in fi. C. de ſpor. l. omnibus, C. de fal. mo. ſi-
quis nummos. vnde vna lex dicit 20. ſol. dandos, ne li-
bertas præſtita reuocetur. ff. de manu. teſt. l. cum ex fal
ſis. & alia dicit aureos. ff. de inoffic. teſt. Papinianus.
§. vlt. ad hoc facit, quod de ſeruitio quinquennij no. ſu
pra eo. c. 1. ad ll. alleg. in gloſſ. reſponde ſecũdum Ab-
ba. q̃ loquuntur de precio appoſito ab homine. Eſt ẽt
ſciendum, quod 72. aurei faciunt libram, C. de ſuſcep.
& arca. quoties, lib. 10. & vide quod ſcripſi in Spec. de
6 inſtru. edit. §. porro, ſuper vẽr. ſi. in fi. ¶ In † gl. vlt. ibi,
ignoranter) puta, quia credebat Iudæum venditorem
emiſſe cauſa mercimonij, & ſeruum venditum audie-
bat, dicentem, quod nec baptizatus erat, nec baptiza
ri volebat : vel quamuis id diceret ſeruus , Iudæus di-
cebat, quod heri illum emerat, ſecũdum Hoſt. (Et ibi,
liberi hominis) & l. & liberi hominis.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De hæreticis loca iuris canonici tractantia ſuggerit.

De hæreticis, Rubrica.

1 ¶ Viſo de his, qui baptizari cõtemnunt, & Chriſtũ †
non recognoſcunt , imo male colendo blaſphemant,
ſubmittit de his, qui poſt fidem, vel baptiſmum in hæ-
reſim incidunt. & vide ad rubricam , quod no. infra c.
2 3. in 1. gl. habetur † materia. 24. q. 1. per totum. & q. 3.
§. quia vero , vſque ad fi. & 1. q. 7. & 23. q. 7. per totum.
Reperitur in 6. & clemen. Conuenit rubricæ de ſum.
tri. damnamus, ver. ſi quis, de pręſump. literas, de cele.
miſ. in quadam, de bap. maiores, de diuor. de illa, & c.
ſequen, de ſent. exc. nouerint, prim. reſpon. & de ver. ſi.
ſuper quibuſdam. 1. reſpon. facit de præſcrip. ca. 2. ſe-
cundo reſpon. lib. 6. & clem. de vſuris c. 1. §. ſane.

S V M M A R I V M.

1 *In fide dubius, infidelis quando eſſe dicatur, & nu. 3.*
Dubitatio procedens a ſcrupulo conſcientiæ potius eſt pęna , quam culpa.
2 *Omnino, pro aliquo modo.*
Credendum non eſt dubijs in fide, & cui catholico.
Ignorantia non excuſat in his, quæ ſunt ex fide.
3 *Suffragium gloſſarum.*
Hæreticus dicitur, qui etiã loci argumento deuiat a documẽtis, & tramite fidei.
Additio gloſſarum.

C A P V T I.

1 Dubius. Breue (Infidelis eſt) hoc † verũ in dubitatione, quæ habet pertinaciã, animi deliberationem, & placentiã : ſed
dubitatio, quæ procedit a ſcrupulo conſcientiæ , po-
tius eſt pęna, quam culpa, nec habet hæreſim, cum fre-
quenter contra voluntatem accidat: imo ille, qui ſe be
ne firmat in fide, & talibus motibus reſiſtit, meretur, ſi
cut & qui reſiſtit carnis ſtimulis. 5. di. ſed penſandũ, &
c. teſtamentum : alias non eſſet dare fidelem , qui non
fuiſſet hæreticus. facit ad prædicta 24. q. 3. dixit , & qđ
dicam infra eod. cum Chriſtus(Omnino) ideſt aliquo
2 † modo hoc eſt nullo modo eſt eis credendum . ſi. om-
nino, ſupra de iura. calum. in pertractandis . Hoſtien.
(Fidem veritatis) ideſt veritatem fidei, quia baptiza-
ri renuit , vel in articulis errat , poſſet etiã intelligi de
catholico, qui ignorat veritatem negocij, de quo quæ
ritur, cui in eo credendum non eſt, ſupra qui ma. accu-
ſa. poſ. videtur. de iura. calum. in pertractandis. Hoſti.
(ignorant) non ergo excuſat ignorãtia in his, quæ ſunt
de fide. quod dic, vt dixi ſupra de ſum. trin. ſuper rub.
3 ¶ † In gl. 2. ibi. l. 2.) ibi dicitur hæreticus, qui etiam le-
ui argumento deuiat a documentis , & tramite fidei.
4 ¶ In † gl. 2. ibi, tenui) ideſt quantumcunque leui. Ab-
bas. (& in fi.) vel dic de tenui argumento, vt not. ſupra
de præſum. literas. §. fi. in prin. Hoſtien. ¶ In gl. vl. ibi,
in fide) licet baptizatus. idem in non baptizatis, ſupra
de teſti. c. 1. cum concor.

S V M M A R I V M.

1 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Non prohibens, cũ poteſt, quẽ ab iniuria, tenetur. vide n. 2.
Scientia ſumitur hic pro patientia.
2 *Additio gloſſarum.*
Correctio ad quos pertineat.

CA-

Google

CAPVT II.

Qui alios. [Errore] fidei catholicæ, vt faciat ad titulum [Non reuocat] fortius ſi defendit. ¶ † Prima gl. quęrit, &
1 ſoluit diſtinguendo. ¶ In gl. 1. ibi, ſcientiam] ſi ſeruus vulnerat, & occidit ſciente domino, tenetur dominus: & ſcientia ſumitur hic pro patientia, vt teneatur, ſi nõ
2 prohibuit, cum id poſſet. ¶ † In gl. 1. ibi, prælati] facit quod no. infra de ſeo. exc. quantæ, niſi dicatur aliquid ſpeciale in hæreſi, vt quilibet teneatur ab illa proximũ reuocare: vel quod perſeuerantia ioducit quaſi iterationem delicti, vt quaſi videatur delictum omittendũ [& in fi.] Hoſt. dicit, quod iudiciaria correctio ad ſolũ prælatum pertinet, vt in primis concor. Euangelica ad omnes, vt in ſecundis, & remit. ad no. de cogna. ſpiritua. tuo, de teſtib. in omni.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici pœna quæ.*
Ei baptiſmus non prodeſt, nec alia opera bona.
Hæreticus quibus modis dicatur, num. 3.
Sciſmaticus etiam hæreticus eſt.
Hæreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia. vnde dicatur, num. 2.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
3 *Bona an reuiuiſcant mortificatis malis, in fi.*

CAPVT III.

1 Firmiſsime. Hæreticus † perſeuerans æternaliter damnatur, cui nec prodeſt baptiſmus, nec eleemoſyna, vel martirium. ſecunda ibi, omni [Sciſmaticũ] qui etiam hæreticus eſt vnitatem eccleſiam diuidendo [Incorporatus] erat. n. mẽbrum abſciſſum a corpore. 24. q. 7. quemadmodum. 1. quæſt. 7. conuenientibus, vet. item Ioannes. vbi dicitur, ꝙ hæreſis ſeparat omnẽ hominem ab eccleſia. ad idem 23. q. 5. ſi nos. facit 24. q. 1. hæretici, & c. alienus, & cap. omnis qui, & cap. quicunq; [Et poſt pauca] deciſa; ac ſi dicat [& ĩ.] vel &c.
2 ¶ † Glo. 1. ponit 7. modos, quibus dicitur hæreticus. [¶ In 1. glo. ibi, hęreſis] & dicitur hæreſis ab elect. erroris, vt ibi, vel ab erro, erras, vel ab hęreo hæres, quia nimium hęrent ſuæ opinioni. vel ab ercco, vel etciſco, qđ eſt diuido, ſicut dicimus fami. erciſcundę [& in fi.] de
3 hoc 24. q. 3. §. quia vero. vbi † no. large Iudæos, & gentiles dici hæreticos, quia non tenent articulos fidei, ſecundum quod omnes hæretici non ſunt excommunicati. Dicit Hoſtien. quod duobus vltimis modis proprie, & ſtricte dicitur quis hæreticus, ſicut qui quo ad hoc non recipit 4. concilia. ſic loquitur C. eo. quicunque, C. de ſum. tri. l. fina. Dicitur etiam hæreticus, qui priuilegio Rom. ec. quæ præeſt omnibus, detrahit. 22. d. omnes. Qui præcepta ſedis apoſtolicæ pertinaciter tranſgreditur. 19. d. nulli. Qui decretalibus epiſtolis contradicit, vel eas non recipit. 21. diſ. de libellis. Qui communionem catholicę eccleſię non recipit, in auct. de priuil. do. hęre. mu. non præſtan. poſt princ. col. 8. Hoſtien. hic, & in ſum. eo. ti. §. 1. [¶ In glo. 2. ibi, Apoſtolus] 1. ad Corinth. 13. A. [¶ In glo. vlt. in fi.] & mor
2 tificatis malis interdum bona reuiuiſcunt; [a] de pœ. di. 3. pium. Goſt. & Hoſtien. remittit ad ſum. de pœnit. & re. §. & an ficte. pri. reſpon.

ADDITIO.

2 ¶ Reuiuiſcunt. facta ſcilicet in caritate quo ad vitam æternam, vel etiam in peccato quo ad temporalia, de quo vide gl. de pœ. di. 3, §. item ſi quis. ſecundum Aug.

SVMMARIVM.

1 *Synodus Epheſina prima catholica.*
Falſitas admiſſa in inſtrumento, vel in dicto teſtis quando viciet cætera, vel contra.
2 *Sacramenta ab hęreticis an conferantur, an ab excommunicatis, depoſitis, & ſuſpenſis.*
An à notorio fornicatore, an à ſimoniaco.
3 *Additio gloſſarum.*
Origenes in quibus reprehendatur, & in quibus commendetur.

CAP. IIII.

1 Fraternitatis. [Epheſina † ſynodo] prima catholica T. [Quomodo poterunt] q. d. non poterunt [Capitula] ſcilicet quæ ſcripſerunt [Auctores] ſuſpenſiue legas. & intelligit Innocen. hoc in expoſitionibus ſcripturarum, & omnibus alijs confectis ab his, qui nõ gerunt publica officia. 9. diſt. ſi ad ſacras. 16. diſt. c. 1. 37. diſt. ſi quid. In ſcripturis autem tabellionũ, & aliorum publicum officium gerentium ſecus eſt: quia licet vnã chartam falſam fecerint, nihilominus valent alię, quamdiu in officio tolerantur, argum. 8. q. 4. nonne, & melius, ſupra de cohab. cle. & mulie. veſtra. & hoc propter publicam vtilitatem, & ne venientes ad eos decipiantur, argum. ff. de off. pręto. l. 4. ff. ad Macedonianũ l. 3. reſponſ. 1. ff. de offi. præſi. ſi forte. C. de Lati. liber. tol. l. vnica. §. ſed domini, & §. ſed & ſiquis homini libero. C. de teſta. l. 1. dicimus tamen, quod ſi inſtrumẽtum, vel dictum teſtis in vno probetur falſum, non ſolum in illo, ſed in totum etiam reprobandum eſt, argum. 3. q. 9. pura. ff. de ædil. ed. cũ eiuſdẽ. de con. di. 4. c. non liceat, & expreſſius 9. di. ſi ad ſacras, vbi de hoc. & ibi habetur dictum Bart. quod ẽt tenuit in Vener. 50. quod verum eſt, qñ tabellio, vel teſtis mentitur circa ſubſtantialia, vel circũſtantias negocij, de quo agitur, principalis; puta cum ageretur inter contrahẽtes de boue, tabellio ſcripſit de aſino, vel de pecunia argẽtea, & ipſe poſuit de aurea, vel agebatur inter P. & M. & ipſe ſcripſit inter G. & R. argu. in eo, quod le. & not. de reſcrip. ſignificante. & eſt ratio, quia nunquam debet ponere in inſtramẽto, vel teſtimonio, niſi quod in veritate nouit, & vidit, nec poteſt in hoc ignorantiam allegare 3. q. 9. teſtes, & c. hortamur, & ca. pura. & adde quod dixi de oſt. dele. cum in iure, in fi. Si aũt errauit, vel ſcienter mentitus ſit circa acceſſoria, vel circũſtantias negocij, de quo agitur, non ſubſtantiales, nihilominus valet inſtrumentum quo ad ſubſtantialia; vt ſi dicat contrahentes eſſe de alia terra, quam ſint, vel conſanguineos, vel affines aliorum, quam ſint, & ſimilibus, & eſt ratio, quia non cõſiſtit in his officium tabellionis, vel teſtis. nihil. n. facit ad contractum, vel teſtimonium vndecunque ſint contrahentes, argum. ſupra de iud. cum deputati. & adde, quod poſt eum dixi de off. dele. cum in iure, poſt gloſſas in fi. & de hoc in Spe. de teſte. §. 1. verſic. item quod aliquid, cum ſua remiſſione. Eſt tamen euidens contra argu. in eo, quod le. & not. ſupra de reſcrip. ſignificante. cui cõtrario ſtaretur, quando circumſtantiæ facerent ad caſum, licet autem dicta alicuius ratione perſonæ non alias falſa probentur, vel reprobentur, redargui non poſſunt de falſo. ſi tamen publica perſona de falſo accuſata, & condemnata fuerat, ex tunc inſtrumenta, & dicta eius carebunt robore ratione perſonæ, vt hic, & ſupra de teſti. teſtimonium. alij dicunt, vt Ioan. in præ. ca. ſi ad ſacras, & hoc placuit Goff. vt dixi de elect. eccleſia 2. in glo. hic tractat, ꝙ ſi in vno inſtrumento plura capitula ſunt connexa ſibi, & vnum ſit acceſſorium alteri, vno caſſato cętera connexa et acceſſoria caſſata intelligũtur;

t... ſecus,ſi ſint diuerſa & ſeparata,argum. ff. de min.
etiam,ff.de neg.geſ.eum actum, & l. at qui natura. fa-
cit ſupra de app.vna ſententia,cum concor. vel diſtin
gue, vt ſupra de fide inſtr.ex literis. primum tamen di
2 ctum magis placet Innoc. ¶ In ſacramentis † vero ſe-
cus,quia illa etiam ab hæreticis recepta valet quo ad
eſſentiam. 12.di.§.verum,& etiam gratiam conferũt,
ſi qui illa ignoranter ſummunt. de Iuda enim cõſtat,
quod fuit hæreticus,argum. 1.quæſtio.1.eos qui,& ta-
men baptizati ab eo gratiam receperũt: alias peccaſ-
ſet, qui eum cum alijs miſit ad baptizandum, qui ſic
baptizati ab eo deciperentur. 1.q.1.Chriſtus, & c.de-
dit.ad idem eſt,quod dicitur de infantib. 1.q.4.c.2.&
3.idem etiam dicendũ eſt,ſi coacte recipiat 1.q.1.do
minus declarauit, circa ſi.coactione tamen abſoluta
interueniente. nam ſi conditionalis eſſet, peccaret,
nec gratiam reciperet. 1.di.presbyteros. Sed & neceſ-
ſe eſt, quod voluntatem habeat illud ſacramentum re
cipiendi; quod dic, vt le.& no.ſupra de baptiſmo, ma
iores. §.penul.& fi.Si ergo quis ſcienter accedat ad ſa
cramenta hæreticorum, peccat, nec recipit gratiam,
1.q.1.etiam,& c.ſequentibus. & hoc ex ſola conſtitu-
tione eccleſiæ hoc prohibente; quod apparet ex eo,
quod ipſa conſtitutio excipiat baptiſmum in cauſa ne
ceſſitatis. 32.diſ. §.verũ. & quia ſolus Deus dat gratiã
non miniſter,non attenditur,qualis ſit miniſter,niſi in
eo, qui ſcienter contra conſtitutionem eccleſiæ reci-
pit.& hoc non ſolum de hæreticis prohibitum eſt, ſed
& de excommunicatis,ſcilicet depoſitis,etiam ſuſpen
ſis.quod dic,vt legitur & no.ſupra de or. ab epiſcopo.
c.1.& 2. excepto notorio fornicatore, ſimoniaco,qui
licet ſuſpenſi ſint a communione ſacramentorum: ta-
men in articulo neceſſitatis corpus Chriſti, & baptiſ-
mum conferunt. 32.diſt.§.verum.vnde & in tali arti-
culo,ex quo licet ab eis ſacramenta recipere, licitum
erit eis tangere,non tamen conficere, nec eſt illud ad
ſacramenta alia extendendum: quia cum de his ſpe-
cialiter concedatur, conſequens intellectus patet, ꝙ
de cæteris, hoc negatur 95.diſt.qualis, ſupra de præ-
ſumpt.nonne,cum ſuis concor.ſcias,quod partem hu-
ius gloſ.quam quidam libri hic habent,dicit Archid.
quod in origin.reperit cancellatam. ſed plus placet In
noc.quod no.infra de ſciſmaticis.c.1.verum cõtra id,
quod dictum eſt,ignorantes, & coactos recipere gra-
tiam,eſt aperte,quod legitur 1.q.1.etiam, & trib.ca.
ſequentibus. vbi dicitur,quod ibi gratia non confere-
tur. ſed illud intelligas poſtquam hoc ſciunt,& facul-
tatem habent per manus impoſitionem reconciliari
eccleſiæ,quam petere tenentur. 1.q.4.c.2.& 3.24.q.3.
notandum.& niſi hoc fecerint, peccant; & ſic gratia
carebũt. vel aliter,ſi ſacerdos bonus eſt,per meritum
gratia confertur. ſi autem fictus eſt, licet fides eccle-
ſiæ,& virtus ſacramenti proſit: tamen meritum eius,
quo caret,non prodeſt. 1.q.1.per Eſaiam, ſecundum
Innoc.cuius eſt glo.hæc quaſi tota ſecundum Hoſtié.
¶ Gl.1.ſignat contrarium,quod dupliciter fortificat,
3 & ſoluit.¶ † In gl.1.ibi,declarauit] & c.nonne, vbi ha
bes concor.ad hoc[Et ibi,recipienda] tanquã aucto-
rizabilia: poſſunt tñ recipi vt rationabilia, & ſic ceſ-
ſent contraria [& ibi, Origenis] aliqui dicunt Origené
excuſabilem, quia hæretici ad offuſcandum nomen
ſuum, hæretica interſeruerunt libris ſuis, hoc recitat
Hoſt.ꝯ.de ſen.ex.a nobis 2.hanc expoſitionem impro
bat Hiero.in epiſtola ad Pamma.& Occ. eo maxime,
quia *Euſebius*, & Didymus ipſius tractarunt errores,
tamen ipſe idem fatetur aliquos dicere per ipſius peſ-
ſimos diſcipulos aliqua admixta, ſed non omnia, vi-
de ad Deſiderium de 12. lectorib. B. videre potes de
ipſo,& ipſius commendabilibus actibus, & de ipſius
erroribus in hiſtorijs lib.12.8.c.cum 7. ſequenti. & in
Hiero.ad Pam.& Occ.1.C.[& in fi.] vbi de hoc, & in-
fra de no.ope.nun.capit.2.& infra de re iudi.acceſſo-
rium,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Præferre vt hic capiatur.*
Ignorantia probabilis excuſatur.
Sepultura cui hic denegetur.
2 *Nomen, & memoria aliquando damnatur poſt mortem.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.num.4.*
Huius decretalis pœna quando locum habeat.
Pagani Iudæis parificantur.
Pœnitentia an præſumatur in vltimo inſtanti morientis, in remiſſ.

CAPVT V.

1 Si quis epiſcopus. †.[Prætulerit] i. inſtituerit.T. vel
prætulerit eccle-
ſiæ ſuæ.& intellige de epiſcopo, qui hoc fecit ſciens.
probabilis enim ignorãtia eſſet excuſata, de cler.exc.
apoſtolicæ,infra eo.cap.fi.lib.6.Abb.exponit. i. erro-
rem ſuſtinuit[Saltem]q.di.nedum in vita[Dicatur]er
go non ſepeliatur: & ſi ſepultus eſt,exhumetur, ſup.de
2 ſepul.ſacris[Nomé]damnatur † ergo ipſius memoria
[Recitetur]forte in libro,quo poni ſolent nomina epi
ſcoporum defunctorum,& pronunciari obitus annua-
3 tim.Hoſtien.¶ † Gl.1.reſpon.per obiectionem, & ſo-
lutionem. ¶ Vltim. glo. ſignat contrarium, & ſoluit.
4 ¶ † In glo.1.ibi,hæreticos]ſecundũ Ala.& Lau.& idẽ
Innoc. & Hoſtien. non enim locum habet hæc pœna,
in illo,qui in his,quæ teſtari poſſunt, inſtitueret extra-
neos,tamen catholicos, licet quidam contradicentes
ꝙ non præſumitur eccleſiã dilexiſſe præponendo ex-
traneos ipſi eccleſiæ. ¶ In gl.2.ibi, hæreticis] ſic etiam
parificantur pagani Iudæis,ſupra tit.1.cũ ſit. ¶ In gl.
vlt.ibi,c.1.] & infra c.accuſatus.§.ſi vero,in fin. lib.6.
[& in fi.] de hoc.24.q.2.in ſumm. & Hoſt. remittit ad
ſum.de accuſ.§.ſi quis accuſari, & vide in Spec. de ac-
cuſator.ad fin. ver.item quod reus.ſed nonne præſumi
debet pro iſto,qui in vltimo inſtanti potuit pœnitere?
dic vt no.88.di.neque.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ſunt Iudæi, vel pagani.*
Additio gloſſarum.

CAPVT VI.

1 In eos. Qui non ſunt] Quia † hæretici ſunt Iu-
dæi,vel pagani. ¶ In gl.2.ibi, dari]ſe-
cundum Ala.& T.¶ In glo.vlt.in fin.]
& ibi in ver.item multi,ſecũdum literam,de ipſis ſta-
tuerunt defunctis, qui ſuas &c. patet idem in laicis.
alia litera,quæ habet de epiſcopis,id non probat.

SVMMARIVM.

1 *Deus non nouit opus imperfectum.*
Ius diuinum, vel naturale reſpicit etiam præterita.
2 *Articuli noui fidei qui dicantur, qui veteres, à quibus & qualiter ſciendi.*
Articulus vt ſtricte, vt largius ſumatur, & largiſſimè.
In quo non liceat dubitare.
3 *Chriſtus ſicut verus Deus, ita verus homo.*
Habitus non negat eſſentiam, niſi negatiua ponatur.
Solum, tantum, aduerbia negatiuam ſapiunt.
4 *Additio gloſſarum.*

CA-

CAPVT VII.

Cum Chriſtus Perfectus. non † enim
nouit ēt opus imperfe
ctū̃, de baptiſmo, ma-
iores[De cętero]quia iuris diuini, & naturalis eſt, hoc
reſpicit etiam præterita. de hoc de conſti. c.ſi.ad idẽ
2 infra de vſur.cum tu, ſed Ala. & Vincen.per † hanc li-
teram notabant, ꝙ propterea facere poterat nouos ar-
ticulos fidei, quod fatebantur verum ſecundum vnam
acceptionem articuli, ideſt talẽ, quod credi oporteat,
cum prius nõ ſic oporteret. ſed cum dicitur articulus,
eo quod neceſſario credi debet & debuit, nõ facit no-
uum articulũ: quia quod modo eſt articulus, ſemper
fuit & erit articulus, ſicut ſtricte ſumuntur expreſſi in
ſymbolo Apoſtolorum, & hos ſm eos fideles explicite
ſcire tenẽtur, allegant canones, de con.di.5.quos hic
allegat gl.largius ſumitur, cum comprehendit cũ præ-
miſſis diffinitiones factas per Romanos põtifices, vel
concilia, quale eſt tres perſonas eſſe coæquales, & alia
multa, de quibus habetur 15.di.c.1.& 2.& 3. & de cõ.
diſt.4.capit.pen.& vlt.& iſta ſecundum eos neceſſe eſt
credere implicite; explicite non niſi prælatis, qui legẽ
ſcrutabiliter ſcire tenentur.38. diſt.omnes.23.diſ.qui
epiſcopus, & de his hic remittã ſuper fin.gl.largiſſime
vero ſecundum eos ſumitur articulus, ſecundum quod
reſpicit omnem veram ſententiam circa fidem, etiam
nondum diffinitam.& in hac acceptione licet dubita-
re de articulo fidei, ſcilicet nondum diffinito, ſicut de
iã diffinitis licuit ante diffinitionem, allegant 24.q.1.
dixit apoſtolus.bene ponitur exemplum in viſione di-
uina per nouam conſtitutionem Benedicti, quæ inci-
pit, Benedictus Deus, Speculator vocat talia articula
fidei, in Spec.de diſpenſa.lega. §.nunc breuiter, verſi.
3 2.contra (Secundum quod homo) dicit Vinc. ꝙ † qui-
dam dicebant cõtrarium per id, quod dicitur ad Phil.
2.B. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽ
tus vt homo. vnde dicebant, quod aſſumpſerat huma-
nam formam vt habitum, & potius continebatur ſub
prædicamento habere, quam ſub eſſe, ſed male dice-
bant, quod hic reprobatur. nec obſtat illa auctoritas,
quia & humana eſſentia & forma habet habitum ho-
minis. Quare habitus non negat eſſentiam, quod intel
ligas, niſi poneretur negatiua, vt ſi diceretur, habitu
ſolum, vel tantum, quod negatiuam ſapit, de cauſa
poſ.cum eccleſia.facit quod dixi ſupra, de cle.non re.
quia nonnulli, in magna gl.verſ.quid ſi omnes (Ita ve
rus]non phantaſticus, vt dicebant Manichæi, de cele.
miſ.in quadam, in princ.(Anima rationali)ipſum cor-
pus vere per ſe & eſſentialiter informante, vt in clem.
a de ſum.tri.c.vno,[a] ptin, ¶ † In gl.1.excommunicatus)
4 ſup.nõ tam ex vi horum verborum, quam ex eo(& ibi,
c.1.)& ſupra de cel.miſ.in quadam(& in fi.)dic, vt di-
xi ſupra, de ſum.tri.ſuper gl.rub.

ADDITIO.

a ¶ Vno.Ibi vide pleniſſime Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, receptatores & fautores ipſorum ſunt excõmuni-*
cati, eis denegatur eccleſiæ ſepultura, & oratio. & nu.2.
negotiatio etiam cunctis interdicitur.
Canon eſt latæ ſententiæ hæc decretalis.
Negotiationem quibuſcunque exercere non licet.
2 *Per generalem mentionem tolluntur omnia priuilegia, cu-*
iuſcunque tenoris.
3 *Additio gloſſarum.*
Confeſſionis diuinæ defenſores oportet eſſe regalem & ſacer
dotalem auctoritatem.

CAPVT VIII.

1 Sicut ait. Caſus. heretici, † receptatores, & fau
tores ipſorum, ſunt excommunica-
ti, decedentes in hoc peccato in cę-
meterio eccleſiæ ſepeliri non debent, nec pro illis ora-
ri(Toloſanis)nõ ſolum quo ad iſtos, ſed etiam quo ad
omnes eſt canon latæ ſententiæ, Inno.(Receptatores)
eſt ſi.ſecundum Hoſtiẽ.de homici.pro humani, lib.6.
(Negociationem) & idem in excõmunicatis. 11.q.3.
ſicut.& cap. ſequen. de paganis eſt dictum ſupra tit.1.
2 quam ſit. Hoſt. (Priuilegiorum) arguit † Hoſtien.per
generalem mentionem tolli omnia priuilegia, cuiuſq;
ſint tenoris.remit.ſupra de do.& contu.c.2.& vide qđ
dicam de exceſ.præ.capit.vno, lib.6.infra cap.proxi.
in fi.Phi.in contrarium.de reſcrip.c.1.& cap.paſtora-
lis, vbi ſpeciale derogat generali.reſpondet, ꝙ vnum,
& idem ibi dici poteſt generale, inquantum omne pri-
uilegium tollit.ſpeciale, inquantum locum habet ſolũ
in cauſa fidei (Quibuſcunque) ſicut templarijs, & ho-
ſpitalarijs (Sepulturam) & contrafacientibus, & loco
3 infligitur pœna, infra eo.c.2.1.reſpon.lib.6.¶ † In gl.
1.in fi.)aliter tuta eſſe non poſſunt, niſi ea, quæ ad diui
nam confeſſionem pertinent, regalis, & ſacerdotalis
defendat auctoritas.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus malè ſentiens, vel docens de ſacramẽtis eccleſię,*
excommunicatus eſt.
Niſi ſe corrigat, quæ pœna, & num.6.
Suſpecto etiam quæ.
Relapſo quæ.
Contra hæreticos qui principes iurare nolunt, quomodo pu-
niantur ciuitates, reſiſtentes qualiter, & num.8.
Contra hæreticos inquirere debent epiſcopi, & ni inquirãt,
vt plectantur, num.3.
Exempti ſunt epiſcopis in his ſubditi.
2 *Hæc decretalis quos liget excommunicatione, & de quo tra*
ctet principaliter.
De ſacramentis eccleſiæ vbi non tradantur, oſtendit.
3 *Epiſcoporum in hæreticos & vbi de fide agitur officium, &*
iuriſdictio quæ.
Diœceſeos appellatione ciuitas includitur.
4 *Capituli conſilium in quibus requirat epiſcopus.*
5 *Succeſſor ante quam conſtituatur, ad quem poteſtas tranſ-*
feratur.
Sede vacante quę fieri liceant non expectato ſucceſſore.
Perpetui anathematis ſententia ad quod tempus reſtuua-
tur, in fin.
6 *Vmbra metaphorice quid.*
Pœna debita hic quæ.
Supplicium vltimum quid.
7 *Papa ſtatuit hic de laicis.*
8 *Inter dignitatem, & ordinem differentia quę.*
9 *Exempti religioſi qui.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.11.*
In adulterio deprehenſa, licet damnata non ſit, notata eſt.
12 *Additio gloſſarum.*
Depoſitus quando amittat priuilegium, & quando curię tra
datur ſeculari. §.1. & 2.
13 *Audientia quibus caſibus cuipiam denegetur.*
14 *Ordinarij tanquam ſedis apoſtolicæ delegati quando cogno-*
ſcant.
Delegata iuriſdictio in his caſibus quomodo dicatur, an expi
ret morte.
In hac iuriſdictione an ſuccedat capitulũ vacante ſede, n.15.
Ad quem appelletur, cum ita procedunt ordinarij, num.16.
Preciſè, dictioni videtur antitheum, alternatiuè, verſi.ſed
vt ibi, num.14.
Reſtitutum, vel reuocatum an intelligatur, idem cũ primo,
ibidem.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

1 **Ad abolendam.** Hæreticus † male
ſentiens, vel docẽs
de ſacramentis ec-
cleſiæ excommunicatus eſt, niſi ſe corrigat, & errorem
abiuret. ſi eſt clericus, degradatur, & traditur curię ſe-
lari, per quam etiam laicus legitime punietur. eadem
eſt pœna ſuſpectis, qui ſe non purgant: relapſis vero
audientia denegatur. Seculares principes, qui iurare
nolunt de eccleſia contra hæreticos defendenda, di-
gnitate priuantur, excommunicantur, & terræ ipſo-
rum interdicuntur. Ciuitates vero reſiſtentes, aliorũ
commertio, & epiſcopali dignitate priuantur. Et exẽ-
pti in his ſubſunt epiſcopis. partes patent [Vniuerſos]
2 Chriſtianos. Non † enim intendit excommunicare Iu
dæos, & ſimiles, licet non recipiãt baptiſmum; de qui-
bus quo ad canonicas conſtitutiones, nihil ad nos. 2.
quæſt. 1. multi, de diuort. gaudemus, licet alias inter-
dum puniãtur. de hoc ſupra tit. 1. Iudæi. 2. [Corporis]
de hoc principaliter tractatur, & de erroribus circa il-
lud, de con. di. 2. per totum, & maxime in ca. cum om-
nem, & ĩ. de celeb. Miſ. [Baptiſmare] de hoc de con.
di. 4. per totum, & ĩ. de baptiſ. per totum [Confeſſio-
ne] de hoc in tractatu de pœnitentia, & infra de pœn.
& re. per totum [Matrimonio] de hoc ſacramẽto ſatis
ſupra de biga. debitum [Sacramentis] ſ. Confirmatio
ne in fronte, ordine, & extrema vnctione, de quibus
plene dixi ſupra de ſacra. non iter. ſuper rubrica † [Sin
3 guli † epiſcopi] qui ſuper hoc inquirere tenentur ex of
ficio; & ſi quis negligens eſſet, deponitur, infra eod.
excommunicamus, 1. §. fin. ergo epiſcopi, etiam vbi
de fide agitur, ſunt ordinarij: dubia tamen fidei non
poſſunt d cidere, ſed reſeruanda ſunt papæ. 24. q. 1.
q oties, ſecundum Innoc. & Hoſtien. [Diœceſes] ciui-
tas includit. de hoc infra de rerum permu. c. vno, li.
4 6. [Conſilio] in † ſentẽtijs enim arduis requirit epiſco-
pus conſilium capituli, licet conſenſum non expectet,
ſupra de his, quæ fi. a præ. nouit, & ca. quanto, de con-
ſue. c. 3. lib. 6. [Clerici ipſi] ſcilicet capitulum eccleſię
cathedralis [Sede vacante] mortuo aliq o. ſi vis ſcire
5 † ad quem transferatur poteſtas faciendi ea, quę facie
bat ante, quam conſti uatur ſucceſſor, notabis ſecun-
dum Innoc. q̃ ſi ea per ſe ſolum faciebat, ſicut eſt iuriſ-
dictionis exercitium, & conſimilia, & hoc faciet ille,
a quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono, q i vi-
cem gerit epiſcopi, ſupra de offic. Archid. c. 1. epiſco-
pus eo mortuo iuriſdictionem archidiaconi exerce-
bit, argum. ſupra de maiorita. & obe. his quæ. §. fin. ſu-
pra de inſtit. cum veniſſent. & ſunt hæc vera etiam in
alijs, ſi neceſſe, vel vtile ſit hoc, de quo agitur, expedi-
ri, argum. 12. quæſtio. 2. hoc huius placiti, & ca. ſi qua
de rebus. alioquin ſeruabitur ſucceſſori, ff. de iu. mor-
tuo. C. de iudic. properandum. §. ſin autem, maxime ſi
in proximo ſucceſſor ſit futurus, argum. ff. de va. mu-
ne. l. pe. §. fin. ſecundum Innoc. In iudicio autem non
proceditur vacante ſede, ſupra ne ſe. ua. c. fi. niſi inſtan
te neceſſitate deputetur actor auctoritate ſuperioris,
ad repoſcenda alienata, 12. quęſtio. 2. nobis. & ca. Vul
teranæ, & argum. inſt. de aucto. tuto. §. fina. ff. de cur.
bo. dan. l. ſi plures, & l. 1. & 2. ſecundum Hoſtien. ſi ta-
men ad capitulum ſpectat elect. archid. ſecundum In-
nocent. vel canonicorum vna cum archidiacono, eo
mortuo deuoluetur ad capitulum prædicta poteſtas.
argum. ſupra de conceſ. præbend. poſtulaſtis. ſed ſi ar-
chidiaconus per ſe ſuo iure aliqua fecit, quæ non ab a-
lio ſunt collata, vt ſi fundauit eccleſiam de bonis ar-
chidiaconatus, non capituli, tunc non deuoluitur po-
teſtas ad capitulum, ſed ad ſucceſſorem tantum, ſupra
ne ſe. ua. illa, ſupra de teſt. relatum 2. §. nomine, vbi de
hoc. & adde quod legitur, & not. infra de exceſ. præla.
ca. 2. & ſupra de offi. dele. quoniam Abbas, in fi. quod
ſi aliqua habeat ab epiſcopo, & aliqua a capitulo, & il
le, & ij in eo, quod ab eis tenebant, ſuccedunt, argum.
ſupra de teſta. relatum 2. §. fi. 12. quæſtio. 3. & 4. per to
tum. Cum autem epiſcopus, & capitulum ſint vnum
corpus, cuius caput eſt epiſcopus, argum. infra de ver.
ſign. cum clerici, & expreſſum, ſupra de præſcript. cum
non liceat, ſupra de his, quæ fiu. a præ. ca. fi. & inter eos
ſit ſpirituale coniugium, ſupra de teſta. requiſiſti. §. ſe-
cus, & melius, ſupra de tranſla. epiſcopi, licet, dicendũ
eſt, quod ea, quæ ſpectant ad epiſcopum ſuo iure, ſicut
eſt iuriſdictio. & confirmatio prælatorum, deuoluitur
ſede vacante ad capitulum ipſo iure, ſupra de ma. &
obe. cum olim: ſed ſi cum alijs aliquid exercebat, nec
ad inferiores, nec ad ſuperiores, ſed ad collegas eiuſ-
dem officij deuoluitur hęc poteſtas. 65. diſt. cap. fi. Idẽ
forte dicẽdum eſt in abſente, ſiue ex iuſta cauſa abſit,
ſiue ex iniuſta. in negligente autem dic vt not. ſupra
de teſti. cum olim, de conceſ. præb. nulla, & de ſup. ne.
præ. per totum, ſecundum Innoc. cuius eſt tota hæc gl.
paucis excep. iura tamen per ipſum inducta minus ple
ne probant intentionem ſuam, ſecundum Hoſt. ſecun-
dum quem tu dic de hac materia, vt no. ſupra de ma-
io. & obe. his quæ, & ca. cum olim, & ne ſede ua. illa, &
cap. fi. & c. vno. lib. 6. & de ele. cum in cunctis, in fi. [Vi
cinorum] ſic 7. quæſt. 1. pontifices [Perpetui] id eſt do-
nec reſipuerint, & abſoluantur. ſic ſupra de coha. cler.
clericos, & ibi cõcordan. de hoc [Obumbratione] vm-
6 bra † eſt, vbi aliquid exterius geritur, cuius intus non
ſubeſt veritas, de conſue. quãto, & hic, Goſ. [Fuſcatus]
infra eo. accuſatus, in fi. lib. 6. [Nudetur] infra eo. cap.
1. lib. 6. [Debitam] hic & ſupra eo. intelligitur debita
pœna ignis crematio; quod probatur, Io. 15. B. ibi, ſi
quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes,
& areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ar-
det. Lex humana imponit vltimum ſupplitium. C. eo.
Ariani, quod alia lex interpretatur mortem, ff. de pœ-
nis, vltimum ſuppliciũ. & alia lex dicit, quod viui cre-
matio eſt vltimum ſupplicium, ff. de pęnis, capitaliũ.
& hanc eſſe pœnam debitam interpretata eſt genera-
lis conſuetudo, ad hoc etiam ſupra cap. firmiſſime. 1.
reſpon. & ſic huic pęnæ conueniunt lex diuina, huma-
na, conſuetudinaria, & canonica, ſecundum Hoſtien.
[Qui vero] communiter non habetur hic iſte verſicu-
lus, habebitur autem infra cap. excommunicamus. §.
qui autem [Simili] iſta litera facit contra nota. infra
de pur. can. inter, ad fi. ſed iſta litera temperatur, infra
eo. excommunicamus. §. qui autem, ſecundum quod
bene videtur facere pro ibi not. [Vt diximus] ſecun-
dum illos, qui non habent illum §. proxi. dic, vt dixi-
mus in parte deciſa [Recidiſſe] dic vt infra eo. ti. accu
7 ſatus. in princ. lib. 6. [Comites] no. quod † Papa ſtatuit
de laicis: ſed hoc eſt propter crim. ſic ſupra de Iudęis.
ita quorundam. Alij dicunt, ideo hæc ſtatuta valuiſſe
quia princeps conſenſit, & fuit præſens. Innocen. & Ho
ſtie. remittit, de homici. pro humani, uer. ſacris [Bona
fide] exponit, quod dixit, fideliter [Poſſe] exponit, q̃d
dixit, efficaciter [Aſſumantur] quod dic, vt infra eo. vt
officium, in fi. lib. 6. [Eis] ſcilicet rebellibus, nec pęni-
8 tẽtibus [Dignitate] differẽtia † eſt inter dignitatẽ, & or
dinem, vt dixi infra de exceſ. præla. accidentibus [Pri
uãda] alibi eſt, ipſo iure priuata, infra de electi. vbi pe-
riculum. §. ciuitas, & de pœnis, fœlicis, li. 6. [Exempti]
vt templarij, Innocent. quod impugnat Hoſtienſ. per
ſuam dec. de verb. ſig. veniens, & dixi de hoc infra de
priuil. recepimus, ſuper 1. glo. dicit autem Hoſtien. ſi-
9 bi conſtare † de exemptione Cluniacenſium: quia ui-
dit illorum priuilegia; & mihi conſtat de exemptione
Cartuſien. & Ciſtertienſium (Soli) no. literam, cui con
cor. clemen. de ſta. reg. attendentes, poſt prin. & quod
ibi

ibi no. in glo. Iſtorum [Epiſcoporum] vel inquiſitorũ,
inf. c. per hoc, libro 6. [Priuilegijs] ad idem ſupra cap.
proxi. & quod hic dicit Phil. ibi dixi [Obſequatur] ſi.
10 inf. de ſta. regulari. c. vno, ad fi. lib. 6. ¶ Secunda gloſ.
arguit, & remittit. ¶ Quarta gl. arguit pro opi. Dam.
ſed tenet contrarium Hug. ¶ Quinta gloſ. ponit 5. ca-
ſus, quibus, &c. ¶ Sexta glo. ſignat contrariũ. & ſoluit.
¶ Septima ſignat cõtrariũ, & ſoluit. ¶ [Glo. ſimile 23.]
obijcit, & ſoluit. ¶ Vltima gl. dicit hoc allegari, quod
11 ratione delicti &c. & reſpondet. ¶ In † gl. 3. ibi, §. vlt.]
deprehenſa in adulterio, licet non ſit damnata, nota-
12 ta eſt. ¶ In † gl. 2. in fi.] & ca. vno, lib. 6. ¶ In glo. arg.
quod, ibi, dictũ] vbi de hoc, & 50. d. accedẽs, & inf. de
ſenten. exc. contingit, de degradato expeditũ eſt, in-
fra de pœnis ca. 2. in fi. lib. 6. [& ibi, Dixit Hug.] & hic
Goff. ipſe tamẽ Goff. alternatiue ſic locutus eſt. de hoc
ſupra de iud. cum non ab homine. dici poteſt, quod de
poſitus omne priuilegium amittit ita, quod eum per-
cutiens non eſt excõmunicatus. vel quod ſecurius eſt,
dic quod tunc demum depoſitus priuilegium amittit,
a cum incorrigibilis factus relinquitur curiæ ſeculari [a]
Goff. ¶ In glo. tribus enim, ibi, depoſitus) & poſtea ad
huc contumax, ſecundum Bar. Brix. qui in hoc no. 2. q.
7. ſi qui ſunt. dixit Hoſt. infra de verb. ſign. nouimus, q
iſte intellectus eſt benignior, ſed contrarius verior. &
ibi de hoc ibi, ſi quis ſacerdotum, vbi idẽ no. ¶ In glo.
argum. contra, in fi.) idẽ ibi no. & 50. d. de eo. ¶ In gl.
laici, ibi punire debet) inf. eo. cum ſecundum, in fi. lib.
13 6. ¶ In † gl. ſimile, ibi, in nomine domini] ibi no. qui-
dam alij caſus, in quibus audiẽtia denegatur. ¶ In gl.
hic habes, & vltra quatuor caſus, qui ibi habentur. G.
Na. in dec. dilectus, de temp. or. addebat alios, ſcilicet
cũ quis eſt ſibi contrarius, vt ibi, & ſupra de præſump.
veſtras, & cum quis appellat contra prohibitionem ca
nonis, de iure pat. c. vlt. vbi vide in 1. gloſ. vel papę, de
ap. paſtoralis, in prin. Item cum quis diſcedit a ſuo pro
poſito. 2. q. 1. ſi cuſtos, & ca. ſi homo. Cum allegat tur-
pitudinem ſuam, de donat. inter dilectos. Cum quis
eſt contumax, & petit ſibi per alios iuſtitiam fieri. ff. ex
qui. ca. ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi. item &
illi, penes quem ludus exercetur. ff. de alea. l. 1. §. 1. Itẽ
excommunicato, & ſciſmatico 23. q. 5. non nos. inf. eo.
excommunicamus. item ei, qui eſt in manifeſta calum
nia. ff. de peti. hær. l. poſtquam, in fi. cum tamen alias
proſequens ſuam, vel ſuorum iniuriam prætextu crimi
nis non repellatur. 2. quæſtio. 1. prohibentur (& in fi.)
immo dic, vt infra eo. ſuper eo. lib. 6. ¶ In gloſ. vlt. ibi,
14 §. cæterum) concor. de cler. ęgro. c. vno, lib. 6. & eo. lib.
de ſta. mo. cap. vno, ad fin. & clemen. de ſup. ne. præla.
quia regulares, de ſta. mo. attendentes, poſt prin. & de
reli. do. quia contingit [& ibi, ordinario] dicit Hoſtiẽ.
quod cum hæc delegatio ſit generalis, & vniuerſalis,
cenſenda eſt hodie ordinaria iuriſdictio, arg. ff. de iu-
b di. cum [b] prætor, & ſecundum eum hoc verbo vſus eſt
papa ad placandos exemptos: nec eſt vis facienda in
verbis. C. communia de leg. l. 2. in fi. inf. de elec. com-
miſſa. §. porro, libro 6. Certum eſt autem epiſcopum
hoc facere ſuo iure ſecũdum eum, quicquid dicat Ho-
ſtien. in appellatione interponenda poſſet eſſe diuerſi-
tas. Pro veritate igitur circa hoc habenda, videnda
ſunt tria, ſcilicet quomodo dicatur iuriſdictio delega-
ta in caſu iſto & iurium, quæ allegaui ſuper prin. huiuſ-
modi glo. ſecundo, an in hac iuriſdictione ſuccedat ca
pitulum vacante ſede. 3. an in talibus caſibus, quibus
tali auctoritate proceditur, neceſſario ſit appellandũ
ad papam. Ad primum videri poteſt, quod no. in §.
cæterum, alleg. in princ. gloſ. in gloſ. pen. vbi Ioan. &
Bar. tenent illam iuriſdictionem ordinariam, vel quaſi:
quia ſi delegata eſſet, expiraret morte. Sed, vt ibi
ſcripſi, Vincen. præciſe, & Innocent. alternatiue tenet,
illam delegatam, & eſt in ea ſpeciale, quod non expi-
rat morte, ſed quo ad caſum huius decret. quod dico
ideo, quia non procederet in caſu illius §. cæterum.
coadiuuatur taliter prima opinio, quam hic tenet Ho-
ſtien. vt prædixi. certum eſt, quod diœceſani habebãt
ordinariam ratione huius criminis in omnes de diœce
ſibus ſuis, de offic. ordi. c. 1. ſi igitur quo ad certos, fuit
eis ſublata per priuilegium exemptionis. facit 16. q. 1.
frater, cum ſimilibus, & poſtea reſtitura; vt hic. ergo,
intelligitur ordinaria ſicut prima. facit de reſcriptis,
quamuis, lib. 6. cum concor. & facit quod no. de con-
ſtitutio. cum acceſſiſſent, in fin. & quod no. de benefi-
cio renouato, in cle. de reſcrip. literas, in gloſ. pone. ſit
ergo ſatis epiſcopo, quod ordinariæ iuriſdictionis iu-
uatur primordio. facit ff. de leg. 2. cum filius. §. hæres.
Secunda opinio, quæ amicatur literæ, videtur verior,
nec eſt ſpeciale, quod non expiret morte, cum iſti non
ſint delegati papæ, ſed ſedis, quæ non moritur; de re-
ſcrip. ſi gratioſe, lib. 6. item iſta iuriſdictio non delega
tur perſonis, ſed dignitati, quæ non moritur: de offic.
deleg. quoniam. Et ratio in contrarium inducta proce
dit in reſtitutione: ſed hic ſit delegatio, non reſtitutio.
15 ¶ Circa † ſecundũ Io. Mo. in dec. vnica, de ma. & ob.
li. 9. vt ibi ſcripſi ſuper gl. hic tenebatur, dixit, quod in
caſu huius decret. & omni alio, in quo epiſcopus habet
generalem iuriſdictionem delegatam, ſuccedit in illa
capitulum; alle. eo. lib. de præben. c. 1. in fin. ſed parũ
facit illud capitulum. aliud enim eſt dare epiſcopo de-
legatã ſuper exemptos, vt hic, aliud eſt iubere epiſco-
pum aliquid non facere etiam ad petitionem exem-
ptorum, vt ibi, tunc enim nihil delegatur, ſed officium
eius inſtituitur. facit de offic. ord. licet. Quare videtur
contrarium tenendum, vt ſicut nulla alia iuriſdictio
delegata epiſcopo tranſiret in capitulum ſede vacan-
te, ſed ad ſucceſſorem, vt præ. dec. quoniam, de offi. de
leg. ſic nec iſta: illa tamẽ ordinaria, quam habet in ſub-
ditos, bene tranſit etiam in hoc crimine, vt ſupra in
prin. capituli. Ex verb. autem Innoc. quæ patent, ſupra
in gloſſ. Mortuo, non bene decidi poteſt, quid in hoc
16 ſenſerit. ¶ Ex hoc ſecundo ſequitur reſponſio ad ter-
tium, quod ſi in caſibus huius capituli, vel aliorum,
de quibus dictum eſt ſupra, locus eſſet appellationi,
ad papam appellabitur, nõ ad proximum. facit de cle-
ri. ægro. c. vno. §. ſi autem. vbi ſi in eo, quod ſit auctori-
tate appoſtolica, occurrat dubium, vel difficultas, ad
papam recurri oportet, non ad proximũ. & facit quod
de deuolutione no. in clemen. de ſup. ne. præ. cap. vno,
in gloſ. auctoritate, in fi. iſtud autem demonſtrari po-
teſt per aliã quæſtionem. pone, quod archiepiſcopus
impedit epiſcopum in his caſibus, quibus procedit au
ctoritate delegata, nonne poterit epiſcopus eum coer-
cere? Certe poterit, ſicut quo ad illam ſpeciem maior
illo, de offi. deleg. ſane 2. ſi ſuperior illo reſpectu eſt mi
nor epiſcopo, non poterit ad eum vt ad maiorem ap-
pellari. mouet & alia ratio. ſi dicas ad proximum ap-
pellari poſſe, erit dare amplius, quam ſit expreſſum,
exemptionis priuilegio derogari. ſi enim de epiſcopo
ad archiepiſcopum, de ipſo ad patriarcham ipſorum
cauſæ poterunt ſic deduci, habebit tres iudices ſucceſ-
ſiue exemptus, contra quem papa dederat vnum ſo-
lum. item habebit iuriſdictionem contra exemptos
is, cui conceſſa non eſt, cum tamen talia ſuas ſpecies
nõ excedant, vt patet in prædictis iuribus, de ſta. mo.
capitu. vno, in fin. lib. 6. & in clemen. attendentes, eo.
tit. verſic. ad quæ omnia. & in cap. quia contingit, de
reli. dom. verſi. nullo. cum ergo a iuriſdictione epiſco-
pi, archiepiſcopi, & patriarchæ exemptus eſſet, tu qui
reducis illum in poteſtate archiepiſcopi, & patriar-
chæ, oſtendas quo iure. Et per hoc ſit reſponſum ad
decr. Romana, de appel. §. debet, lib. 6. vbi appellatur
ad

ad archiepiſcopum etiam in his cauſis, quæ de iure cõ
muni non ſpectant ad ipſum ibi ceſſant rationes præ-
dictæ, nec cognoſcit vt delegatus, ſed vt ordinarius
[& in fine] & capit. volentes, lib.6. & 6.quæſt. tertia,
capitulo vltimo.

ADDITIONES.

a ¶ Sæculari. Vide in c.cum non ab homine, præalleg. & in c.at
ſi clerici, in fi.de iudi. & in c.1.de pœn.lib.6.
b ¶ Prætor. hoc placuit Zen.& Matthæo, in clem.1.de ſupp. negligen prælato.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum bona confiſcantur, etiam ſi catholicos habeãt filios.*
Per mortem etiam fit eorum publicatio.
2 *Bonorum huiuſmodi apprehenſio quando fiet.*
Filius non priuatur eccleſiaſtico beneficio propter crimen læſæ maieſtatis a patre commiſſum.
3 *Poſteri hæreticorũ ſi damnentur ſententia, an extenſio fiat ad filios filiarum.*
Iniuriam in Deum quis ferre non debet. an in ſe.
Iudicium Dei nec fallit, nec fallitur.
Pater affligitur ex pœna progeniei vt ex propria.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Decretalis hæc vbi præualeat legibus.

CAPVT X.

1 Vergentis. Caſus. Bona † hæreticorum con
fiſcantur, etiam ſi catholicos ha-
beant filios. præmittit deciſum
exordium. Secundo ponit ſtatutum de publicatio-
ne, quod probat per arg. a minori. 3. ſoluit obſtaculũ.
ſecunda ibi, In terris. tertia ibi, Nec huiuſmodi [Et in-
fra] non ſolum ſapiunt elementa corrupta, ſed etiam
homo teſtatur, in an. vbi de materia magnum eſt exor
dium [Noſtræ] Hoſtien. habens in litera [Noſtræ] di-
cebat, quod loquebatur prælatis eccleſiarum [Publi-
cati] etiam poſt mortem, ſupra eo. ſi quis, infra eo. ac-
cuſatus, §. in eo. libro ſexto, ſaluo, quod dicitur de præ
ſcript. capitulo ſecundo, libro ſexto [In alijs terris] ſci-
licet quæ non ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ
[Idem] ſcilicet bonorum publicationem [Sæculares]
2 apprehenſio † tamen bonorũ non fi.t, niſi primo pro-
nunciatio fiat ſuper crimine per iudicem eccleſiaſti-
cum, qui hoc poſſit, infra eodem cum ſecundum, lib.6.
[Confiſcentur eorum] quid de feudo? vide ſatis in Spe.
de feudis, §.2. ver. 40. & aliquid dixi poſt Hoſt. de pœ-
nis, in quibuſdam, in fine [Conſeruata] propter crimẽ
læſæ maieſtatis commiſſum a patre filius non priuatur
eccleſiaſtico beneficio, vt no. ſexageſimaſexta diſtin.
ſatis peruerſum [Quod eſt Chriſtus] de hoc, ſupra de
electio. ſignificaſti, in fine, de ſacra vnct. cap. vno, vet.
vnde in veteri. Hoſt. [Grauius] quærebat hic Hoſtien.
3 nunquid † ſententia, qua damnantur poſteri hæretico
rum, extendatur ad filios filiarum, de quo dic, vt infra
eodem ſtatutum, ſecundo, lib.6. & facit quod ibi nota
ui, & eo. li. de pœnis, vbicunq; [Aeternam] Hier. cõtra
Vigilantium, 1. C. meam iniuriam patienter tuli: im-
pietatem contra Deum ferre non potui [Seueritatis]
ſcilicet publicationis bonorum [Caſibus] etiam iſto
minoribus, vt præmiſit [Iudicium] quod nec fallit, nec
fallitur, inf. de ſent. excommunicatio. a nobis. ſecundo
[Progeniem] ex cuius pœna pater affligitur vt ex pro-
pria, ff. quod me. cauſa, iſti quidem, & dixi ſupra de fil.
4 presbyt. in rubr. ¶ Prima † gloſſ. reſpondet per quæ-
ſtionem, an papa poſſit principibus imperare. ¶ Pe-
5 nultima gloſſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In † ter-
tia gloſſa, ibi, l. vna] vide de vita & honeſ. cler. vt cleri-
corum, in tertia gloſſa. ¶ In gloſſa decimaſeptima,
ibi, ſi apud] & quæſtione quarta, ſi is qui.] ad idem, ſu-
pra tit. 1. in nonnullis, in fine, & ſupra de decimis, tua,
ſecundo [& in fine] facit quod no. de maledi. capitulo
ſecundo, in prima gloſſa. ¶ In gloſſa penultima, ibi,
eodem titulo] nec debuit remoueri, ſecundum Hoſt.
[& ibi, Io.] qui etiam hoc no. vigeſimatertia, quæſtio-
ne ſeptima, in ſumma [& in fine] & idem probatur, in-
fra eodem cum ſecundum, libro ſexto. Ego credo hãc
decretalem præualere legibus in illis terris tantũ, quæ
ſubſunt temporali iuriſdictioni domini papæ. In alijs
autem præualent leges, quæ maiori æquitate nituntur,
C. de iudi. placuit, & pœnæ moliendæ ſunt, de pœnitẽt.
diſtinct. 1. §. pœnæ. T. Goſt. Hoſtien. remittit ad ſum-
mam, eod. tit. §. qua pœna: ſed auctẽn. Gazaros. con-
tradicere videtur, quæ concor. huic iuri can. & verſic.
a huius[a] dec. ¶ In gloſſa vltima, ibi, itẽ peccato] & ibi
ſunt multa exempla.

ADDITIO.

a ¶ Huius. Et tenet gloſs.6.q.1. §. vnum, ver. ſi quis cum militibus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, vel notarij hæreticis, vel ipſorum fautoribus fauentes, vel ſub eis litigantibus patrocinantes, vel ſcribentes quibus ſubdantur pœnis, num. 3.*
An per eos geſta inficiant inſtrumenta, vel ſententias, numer. 3. & 4.
Specialiter quod iniungitur, magis timeri ſolet.
2 *Fautor fautoris hic punitur ipſo iure.*
Excommunicato omnis exceptio fauorabilis & odioſa competit.
3 *Cauſa, pro iudicio.*
Factum pro extraiudiciali.
Hæretici nec iudicare poſſunt, nec publica officia exercere. Si conueniantur, an deneganda ſit eis iuſtitia, num. 7.
Eis in quibus poſſit participare iudex, num 7. cir. fi.
Suſpenſi hic exercendo prohibitum non ſunt irregulares, in fine.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
Creditor ex vi pacti quo caſu poſſeſſionem ingredi poſſit.
7 *Additio gloſſarum.*
Contra fiſcum agitur a creditoribus eius, cuius bona confiſcata ſunt, circa fin.

CAPVT XI.

1 Si aduerſus Caſus. † Aduocati, vel notarij
hæreticis, vel ipſorum fautori-
bus fauentes, vel ſub eis litigã-
bus patrocinantes, vel pro eis inſtrumenta ſcribentes,
infames ſunt, & ab illo officio ſuſpenſi. primo ponit
deciſum exordium. ſecundo prohibitionem. tertio pœ-
nam, ſecunda ibi, Quia plus. tertia ibi, quod ſi. (Gene-
raliter) hoc dicit: quia generaliter omnibus eſt prohi-
bitum hæreticis præbere fauorem. iſtis vero ſpeciali-
ter prohibetur (Imperatur) concor. clem. de exceſ. præ
2 la. frequens, in fin. (Fautoribus) not. † caſum quo ipſo
iure punitur fautor fautoris (Defenſoribus.) qui hæ-
retici ſunt, infra eo. excommunicamus, §. credentes,
Hoſtien. [Vel fauorem] dixit hic Vincen. quod fauo-
rabilis exceptio, vt Velleianum, non datur excommu-
nicato: odioſa, vt Macedonianum, bene ff. de condit.
indebi. qui exceptione. ſed male cantauit: quia omnis
exceptio fauorabilis, & odioſa ſibi competit: quia non
excommunicati fauor, ſed æquitas iudicantis atten-
ditur, ſupra de exceptio. cum inter, Goffred. & ipſe
idem Vincen. poſtea dixit idem, & Io. & adde quod
3 dixi de exceptio. a nobis, ſuper prima gloſſa (in † cau-

ſis]ſcilicet eriminalibus[Vel factis]ideſt quibuſcunq;
negocijs, ac ſi dicat in iudicio, vel extra, infra de verb,
ſign, forus, §. negocium [Aliquibus]etiam catholicis
[Eonim] hæreticorum, qui nec iudicare poſſunt, nec
publica officia exercere, infra eodem excommunica-
mus, §. credẽtes [Officio veſtro] ſcilicer aduocationis
vel tabellionatus, nec eſſent iſti irregulares, licet poſt
ſupenſionem illud exercent, infra de ſentent. excom-
municatio. his qui. libro ſexto, & dicam infra de cler.
excom. c. fi. & de exceſ. præla. c. fi. idem. G. in Spec. tit.
2. §. iuxta, C. ver. quid dices (Suſpenſos) qua ſententia
durante non valebunt inſtrumenta confecta, inf. c. 2.
§. credentes, verſic. quod ſi forte iudex, cum ſimilibus.
4 Quid † de patrocinijs? nam illa de facto tenent. dicũt
quidam ſententias irritandas: alij contra. Credit Ho
ſtienſ. quod eſſet per ſummum pontificem declaran-
dum, ſupra qui filij ſint legi, per venerabilem, ſup. de
feu. capitulo primo, de conſtitut. capitulo finali, cum
ſuper hoc nullum expreſſum ius habeatur, niſi quod
aduocatus poterit per exceptionẽ remoueri, vt in præ,
§. credentes, vel dic lucrum pauperibus erogandum,
ad hoc quod dixi ſupra titulo primo, cum ſit, & capitu
lis ſequentibus. talis etiam de tranſgreſſione alias pu-
5 niri poſſet. ¶ Tertia † gloſſ. ſignat contrarium. & ſo-
luit. ¶ Vltima gloſſa no. probat, & ſignat contrarium.
6 ¶ In † gloſſa tertia, ibi, l. tertia) creditor, ex vi pacti pe
cunia ſibi non reſtituta poſſeſſionem ingrediens, vim
non facit: tamẽ auctoritate iudicis deberet id facere.
7 ¶ In † gl. prima, in fine] infra de procura. qui ad agen
dum, lib. 6. ¶ In gloſſa ſecunda, in fine] ſupra de præ-
ſcriptio. ad audientiam. ¶ In gloſſa tertia, ibi, dene-
gandum] in excommunicatis non hæreticis habẽt hæc
locum [& ibi, ſententia] dicit Hoſtien. quod quamuis
ad defenſionem criminis, vel bonorũ non audiatur, ſi
tamen alias de alio crimine accuſatur criminaliter, nõ
denegabitur iuſta ſentẽtia. Nec ob. ſecundum eum in
auct. colla. 6. de priuileg. dotis, poſt medium. vbi dici-
tur, quod nec beneficijs iuris, nec aliquibus priuilegijs
tales poſſunt ſe iuuare: quia illud, & ſimilia poſſunt in-
telligi quo ad impugnationem, accuſationem, vel in-
quiſitionem, vel ad hæreſis defenſionem. vnde & licet
hoc patrocinium vetetur aduocatis, & ſcriniarijs, non
tamen iuſtitia iudicibus. Nec ob. ſi dicis, hæreticum
ſtatim poſt deprehenſionem puniendum: quia ſi ſpon-
te redeat, recipitur, & in mona. detruditur, inſ. capitu-
lo excommunicamus, ſecundo, ibi ergo ſe poterit de-
fendere ſuper alio crimine accuſatus, arg. C. de his,
qui ad eccleſiam con. l. fur. maxime ſi præuentus fuiſ-
ſet in alterius criminis accuſatione, ſupra de foro com
pet. propoſuiſti. Dic tamen, quod alius, quam iudex in
cauſis, vel factis ipſorum non poteſt illis participare,
niſi in his, quæ ſpectent ad ſalutem. quicquid ſupra di
xerit Hoſtien. non puto hanc prohibitionem locum ha
bere niſi in his, qui ſunt heretici: non in his qui fuerũt,
ad hoc, infra capitulo ſtatutum, ſecundo reſpon. l. 6.
[& ibi, confiſcari] vnde contra fiſcum agant credito-
res, C. de fideiuſſ. l. 1. & 3. Goſt. concord. ff. ſolut. ma-
trimo. ſi mariro, C. eod. l. 2. C. de bonis proſcrip. ſi vt
propoſuiſti, & ad l. Iul. de vi. l. tutoris [& ibi, auferentur
ſua] in Iudæis ſecus, ſupra titulo proxi. ſicut Iudæi. ¶ In
gloſſa vltima, ibi, tollere] Hoſt. de hoc remit. de ſecun
dis nup. c. penult. & vlt. & ſupra de re iudi. cum te, vbi
vide in gl. magnam, & ſuper vlt. gl. (& in fine) de infa-
mia facti loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Laici occulta conuenticula non faciant, nec prædicent, nec ſacerdotes reprehendant.*
Papæ officium quod.
2 *Conuenticulę fieri nullibi debent, & facientibus quæ pœna.*
De fide publice non eſt diſputandum.
3 *Magiſter docere debet in alto.*
Nude, hic vt accipiatur.
A Deo miſſus quis dicatur,
4 *Miraculorum cauſa & ius in gentibus.*
5 *Sacerdos qualis eſſe debeat. vitandus proprius non eſt, excepto caſu, num. 8.*
Scholaſtici, pro ſcholaribus & prouectis.
Exemplis non eſſe iudicandum, quomodo intelligendum.
Frequenter inducuntur, & probant, & quę.
6 *Reprehenſio, genera quæ. pro correctione ſumitur.*
Eius libido viget in hominibus.
7 *Iniuria, vel detractio non infertur ſcienti, & volenti.*
Supponere ſe alicui non poteſt clericus, an papa.
Obſequi, obedire, in fine.
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 10.*
Inutiles iudices remouentur, & qui ſint huiuſmodi.
12 *Additio gloſſarum.*
Inſtitutio poteſt ad vnum pertinere, & ad alium deſtitutio, & quo iure.
Præſcriptio non extenditur niſi ad partem tantum præſcriptam, & exempla.

CAPVT XII.

1 Cum ex iniuncto. Laici † occulta
conuenticula nõ
faciant, nec præ-
dicent, nec ſacerdotes reprehendant. Et primo ponit
triplicem laicorum reprehenſionem, quam ſecundo
proſequitur. Primo primam ibi, Deus enim. Secundo
ſecundam ibi, Sicut enim. Tertio tertiam ibi, Licet au-
tem (Et infra) ſequebatur, Cum ex iniuncto nobis apo
ſtolatus officio ſimus ſecundum apoſtolum, ſcilicet
ad Ro. 1. ſapientibus, & inſipiẽtibus debitores, pro vni
uerſorum ſalute nos oportet eſſe ſollicitos, vt malos re
trahamus a vitijs, & bonos in virtutibus foueamus.
Tunc autem opus eſt diſcretione maiori, cũ vitia ſub
ſpecie virtutum occulte ſubintrant. Poſtea ſequeba-
tur, quomodo Meten. epiſcopus inſinuauit papæ, quod
multi laici, & mulieres euangelia, epiſtolas Pauli, mo-
ralia Iob, pſalterium, & libros alios fecerint transferri
in Gallicum, facientes poſtea, quæ ſequuntur. Et ſi. in
clemen. de religio. dona. cum de quibuſdam, & de hæ
retic. ad noſtrum (Commendandum) de magiſt. ſuper
Specula, ne cler. vel mon. ſuper Specula. §. quia vero.
2 Hoſtienſ. (Conuenticula) quæ in † eccleſia, vel extra
fieri non debent, C. de epiſcopis, & clericis, l. conuenti-
cula. & C. de ſumma Trinita. l. ſecunda, alias capitalis
eſt pœna, C. de his, qui ad eccle. cõfu. l. denunciamus.
nec eſt de fide publice diſputandum, C. de ſumma Tri
nita. l. tertia, & infra capitulo ſecundo, §. primo (Lux
vera) Ioan. 1. (Tenebrarum) ſic ſupra de officio dele-
gati, conſuluit (Creaturæ) Matth. vlt. in fine (Dicens)
3 Matt. 10. (Tecta) argue, ꝙ † magiſter docere debet in
alto. ad idem 2. q. 7. §. de his, ver. his ita (Apoſtolum)
prima ad Cor. 12. ad fi. & ad Eph. 4. (Doctorum) i. præ
dicatorum. (Apoſtolum) ad Roma. 10. [Præcepit] Luc.
decimo A. (Dignior) verum dicit, ſi de illa conſtaret
(Nude) ideſt ſine ſigno miraculoſo, vel ſufficienti ſcri-
pturæ teſtimonio. nam nec ipſius iuramento credere-
tur: tum quia ſolus: tum quia in re propria, ſupra de
teſtibus licet, prima, quarta, quæſtione tertia nullus
(Aſtruat.) ideſt aſſerendo ſtruat, vel inſtruat. Ho-
ſtienſis (Miraculi) Hieronym. ſuper Eſaia, libro deci-
4 mooctauo, non † potuiſſent omnes gentes in tam
breui tempore credere niſi ſignorum miraculis fides,
ipſorum quodammodo fuiſſet extorta. clamantibus
enim apoſtolis, & apoſtolicis viris, dominus ſigno-
rum

rum magnitudine reſpondebat[Vellet]exodi. 7. [Di-
cens]Ioannes primo[Eſaias]40.cap.in prin.]Prophe-
5 ticum]Malach.2.[Ex ore]debet† ergo talis eſſe, qui
ſciat omnipotenti reddere rationem. vigeſimaſexta
di.§.ecce q;ante fi.Hoſtien.[Scholaſticis]ideſt ſcho-
laribus,& prouectis, multominus ab alijs ſubditis. 6.
q.1.oves[Lege]Exo.22.in fi.ad idem Io.10.[Exem-
plo]licet non exemplis, ſed legibus iudicādum ſit. C.
de ſenten.& interlocuto.nemo. quod quomodo intel-
ligatur, dixi ſupra de re iudic.in cauſis: frequenter ta-
men inducuntur,& probant exempla,& hiſtorię ſacrę
ſcripturæ, vt hic,& ſupra de electio.venerabilem, ver.
quod autem. ſecundum Hoſtienſ.[Legitur] Numeri.
22.[ait]Io.8.[Euangelicam]Matth.18.[Reprehende
6 ret]do† triplici reprehenſione.ſ.improperioſa,ſociali,
& temeraria no.Io.21.diſtin.nolite. Et Hoſtiē. de 10.
ſpeciebus reprehenſionum tractat in prin.ſuæ ſummę,
quomodo viget hodie in hominibus reprehendendi
libido, vide in Hier.ad Celantiam.E.[Nam qui]Mat
thæ.5.[Innocētia]ſicut Chriſtus qui peccatum non fe
7 cit,&c.1.Petri.2.c.[Supponit]& tunc nulla †poteſt no
tari iniuria, vel detractio, quæ non infertur ſcienti, &
volenti, infra de regu.iur.ſcienti,lib. 6. cum concord.
iſta tamen ſuppoſitio non poſſet fieri a clerico quo ad
violentiam inferendam cor. quin inferens ſit excom-
municatus.quod dic, vt infra de ſentent.excom. con-
tingit.1.ſupra de iureiur.ex reſcripto. ſed nec quo ad
iuriſdictionem hoc licet ſine ſuperioris licentia.de fo-
ro compet. ſignificaſti. nec quo ad forum pœnitentia-
le, infra de pęnitentijs. omnis. §.1. litera ergo iſta ſe-
cundū Hoſtien.eſt intelligenda de extraiudiciali ſup-
poſitione quo ad inferiores a papa, ſicut ſupra de iure-
iurand.veniens,& c.Quintauallis, niſi fieret de ſupe-
rioris licētia. quo ad papam poteſt intelligi etiam de
iudiciali, per iura alle.hic in gloſſ.quem alia iura poſi-
tiua non ligant.de hoc ſupra de conceſ.præbend.pro-
poſuit[Subditus] ſine aliqua ſubmiſſione ſuperioris
[Reprehendendi]ideſt corrigendi, non quod hoc li-
ceat in publico: ſed dicit hoc, quia minus peccaret, vt
poteſt hoc colligi de ſenten. excommunication. cum
non ab homine, de coha.cle.veſtra, verſi.Item aliud,
Hoſt.[Obſequendi]ideſt obediendi. ſic ſupra de reb.
eccle.non alie.capitulo fin.cum concor.[Quod ſi]hic
8 improbat†ſecundum Hoſtienſ. quod ſubditi contem-
nendo proprios ſacerdores ipſos euitant, & faciunt
euitari, de quo ſupra 1.reſpon.ibi, eorum conſortium,
ſed ibi non loquitur de ſacerdotibus tātum[Remoue-
ri]ſcp.Hoſtien.temeritate propria vitandi non ſunt,
quod intelligas niſi in caſu ſupra de coha.cleri.veſtra
(Sacerdotum)& aliorum clericorum beneficiatorum
9 omnis enim res,&cæt.infra de reg.iur.omnis. ¶ †Gl.
ad hanc)diſtinguit inter correctionem publicā, & oc-
10 cultam,& denunciationem euangelicam. ¶ † In glo.
antepenul.ibi, ſi quos] ſi præfectus pretorio videt iudi
ces propter corporis inualitudinem, negligētiam, vel
crimen eſſe inutiles, illos remouet, & alios ſubrogat.
11 ¶ In glo.imo, in fin.]contra nonageſima quarta diſt.
cap.1. ¶ In gl.ſic infra ibi, ſacerdos]contra, nonage-
ſima quarta diſt.in ſancta.ibi dr̄, quod diaconi prędi-
cant, ibi tripliciter ſoluitur. ¶ In gl.21.in fine]contra.
19.diſt.2.vltra medium.ibi nō quæritur quis, vel qua
lis prędicet.ibi ſoluitur. ¶ In gl.nec iſtud, in fin.)vide
in Hie.ſuper Matthę.C. ¶ In gl.ad hāc.ibi, apoſ.2.]ad
Timo.3.(& ibi, in omni)vbi de hoc (& ibi, ſi peccaue-
rit)vbi de hoc (& in fi.)adde quod not.ſup. eodem ti-
tu.capitulo ſecundo, de hoc dixi ſupra de iudic. noui.
¶ In gl.vt 2.in fi]Io.2.quæſtio. quinta. auditum.ff.de
iur.omn.iu.eſt receptum. ¶ In gl.pe.in fi.)de accuſ.ad
12 petitionem. ¶ In † gl.vlt.ibi, pertinet)ordinario iure,
ex ſpeciali enim iure vel commiſſione poſſet compete
re alterū ſine altero. idem in pręſcriptione, qui enim
præſcripſit inſtitutionem, non intelligitur præſcripſiſ-
ſe deſtitutionem, vel renunciationis receptionem, a-
lias diceretur præſcriptum, quod non fuit, poſſeſſum
contra regulam, ſine poſſeſſione, cum concord. infra
de regu.iur.lib.6.& ff.de vſucap. l.pen. §. fin. non ob-
ſtat connexio, per ea quæ not.eod. tit. odia. de viſita-
tione quo ad procurationem, & de noualibus quo ad
decimas, ad idem quod no. de ma. & obed. cum infe-
rior, in 1.gloſ.cum ſua remiſ.& quod no. ff. de procur.
qui procuratorem,& C.de an.ex.l.fina.in 1.gloſſ.poſt
prin.facit, de reſcr.ſuſceptum, libro ſexto, & quod ibi
ſcripſi in fine.& ſuper quin a gl. & quod ſcripſi de pro
ba.in præſentia, ſuper fin.vlt.gl.niſi ſecundo,& c.vno,
lib.ſexto (& in fin.)de hoc dixi ſupra de offi. Archid.
cum ſatis.

S V M M A R I V M.

1 Hæreticorum pœnæ hac in decretali ponuntur, vide nu.13. 14.& 15.vbi de pœnis credentium, receptatorum, & fautorum, & nu.17.18.
De hæreticorum vitatione & perſecutione, nu.21.& 24.
Eos punire quis poſſit.
Puniendi quando. vt tales qui aliquando puniantur, nu.3.
2 Ipſorum delictorum bona eccleſiarum non applicanda fiſco.
Applicantes excommunicati ſunt.
Suſpectorum pęna an ſit in eos neceſſaria ſententia, nu.4.
In purgatione hi deficientes, vt conuicti puniuntur.
3 Lapſus anni hic effectus referuntur, & nu.4.
4 Sententia an ferenda, ſi qui aliquo facto damnentur.
Leges ab eccleſia approbatæ ſequendæ, in fin.
5 Ad purgationem præſtādam ſi eccleſia ſuſpecto aſſignet terminum, nunquid propter hoc ſic videatur indixiſſe, & ſic contra eum, vt hic dicitur, procedere contumacem.
6 Purgare ſuper tali ſuſpitione ad arbitrium noſtrum quid ſi decernamus, & ad purgationem præſtandam aſſignemus terminum peremptorium.
Contra contumacem abſentem multa fiunt, quæ, ſi adeſſet, non fierent, cir.fi.
Contumacia quæ operetur, ibid.
7 Iuramentum dominorum temporalium contra hæreticos, remiſſ. a quibus præſtandum.
8 De hæreſi non purgantium terram ſuam pœna, remiſſ. & nu.10.
In ea quot teſtes requirentur, nu.21.
Concilij prouincialis poteſtas in reges & principes, et ex quo cauſabit.
Regi qui princeps æquiparatur.
Excommunicatus in vna eccleſia, & in alijs eſt excommunicatus. alia de eo vide. nu.15.
9 Prædicari crucem quis non poteſt niſi papa.
Bona excommunicati & rebellis poſt annum catholicis occupanda a quo poſſint exponi, & nu.10.
Et quæ fiunt occupantium, nu.11.
A maiori ad minus argum. hic.
Brachium ſeculare quando innocet eccleſia.
Excommunicati qui dicantur, in fin.
10 Rebellium perſonæ, & bona inuadenda a catholicis, & quo iure necandi, & eorum cremandæ ciuitates.
11 Occupata bona quæ quis faciat ſua, & quando reuertantur ad dominum antiquum.
12 Indulgentia crucesignatorum quæ, de fructibus obligatis a crucesignato ad triennium an hic recipiat manualia, & an debeat tenere vicarium, remittit.
Crucis ſignum contra hæreticos quando detur, & priuilegio cruciatorum ſit locus. A quo ea prædicari poſſint nu. 28.
13 Satisfactio hæretici vel de hæreſi ſuſpecti quæ.
14 Patarenorum receptatores, & complices & fautores qualiter puniantur.
Filij eorum etiam patiuntur pœnam, & quam.

Detectori alicuius eorum præmium quod.

15 *Excommunicati pęna quæ. ei communicare non denunciato an ſit mortale, num. 16.*

Coram eo diuina celebrantes excommunicati ſunt, & quãdo fiant irregulares, num. 17.

Damnati hæreſeos nepos an eligi poſſit, & qualiter ipſe plectatur.

Sententia a non iudice lata etiam inter ignorantes eum talẽ non valet hic.

Tabellionis hæretici pœna.

Similitudo hic in quibus ſpectetur, circ. fi. ad verſi. in ſimilibus, num. 29.

16 *Excommunicationis ſententia maior, & minor qualiter quis percellatur.*

17 *Clerici magis puniuntur quam laici, num. 18.*

Regulares magis quam clerici, ibid.

19 *Prædicatio prohibetur abſque ſuperioris auctoritate, & quæ ſuſpecta, num. 20.*

Prædicandi auctoritas, quibus, & a quo conceſſa ſufficiat, & num. 20.

20 *Miſſam celebrare quis poſſit concedere, & vti.*

A Deo miſſus quis dicatur, in fine.

21 *Monitio præcedere pœnam debet.*

22 *A fidelium commun. vita quæ diſſideant.*

23 *Iurare nolentium pœna in cauſa hæreſeos, & in alia cauſa, quæ, num. 26. in fin.*

24 *Epiſcoporum hæreticos non perſequentium pęna.*

25 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 26.*

Odio alterius quem grauari iniquum eſt, & exemplum.

Receptatores ... debent latronum. de receptatoribus alijs, ſupra num. 1.

Socius criminis pari pęna punitur.

Suſpitionem inducit patientia in filij vel filiæ binis nuptijs, & quæ alia mala. ſupra num. 22.

27 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*

Conſtitutionis huius ordo mutatus.

28 *De ſide reſpondere ad papam principaliter ſpectat, cum eius acceſſorijs.*

Conſanguineorum damnati pœna in quibus criminibus temperetur.

29 *Abſolutio ab excommunicationis ſententia ab ore papæ prolata an ab inferiori impartiri poſſit.*

CAPVT XIII.

Excommunicamus. Summã breuem non recipit, & ſum-
1 mabitur per partes. Et in hac prima † ponitur excommunicatio, & damnatio hæreticorũ [Nominibus] de quibus patet 24. quęſtio. 4. capitulo penul. [Varietate] alias vanitate, vel veritate, ſic infra capitulo pe. [Dãnati] pęna damnatorum [Balluis] videtur quod etiam priuatus punire poſſit hæreticum, de quo vide 23. q. 5. ſi audieris, & quod dicam, infra eo. præſidentes, lib. 6. [Puniendi] niſi ſtatim ſponte reuertantur, ſupra eo. ad abolendam, & infra capitulo penul. [confitentur] ipſo iure, infra eo. cum ſecundum, libro ſexto [receperunt]
2 nec † inquiſitores propter ipſorum delictum bona eccleſiarũ debent applicare fiſco eccleſiæ. & hoc ſcienter faciẽtes excõmunicati ſunt per concil. Vien. eo. tit. nolentes [Qui autem] pœnam ſuſpectorum ſe nõ purgãtium [Monſtrauerint] i. ſi monſtrare neglexerint. his enim, qui in præſtanda deficeret, puniretur vt conuictus ſine aliquo temperamento. & ſic poteſt intelligi ſupra eod. ad abolendam. §. qui autem. & de hoc infra de pur. ca. inter, in fin. & tunc non eſſet locus excommunicationi, & annali expectationi, de qua ſequitur, ſecundum Hoſt. & adde, quod ſtatim dicam [Satisfactione] de qua dicam infra §. credẽtes [Excommuni-
3 catione] hac de cauſa lata [Velut] poſſibile † eſt, quod nõ
2 eſt hæreticus,[a] tamen propter hanc violentam præſumptionem condemnatur vt hæreticus, ſi. ſecundum Ho. ſupra de iud. nouit, verſi. ſed cum dominus, ibi, Sit tibi ſicut ethnicus. Et no. quod lapſus anni quandoque aufert poſſeſſionem, vt lit. non conteſt. quoniam. §. in alijs: quandoque proprietatem, C. de requi. reis. l. 2. quando que inducit iuſtam condemnationem, vt hic, & 11. q. 3. rurſus, & c. quicunque [Condemnentur] ſecundum
4 † Vin. per hoc verbum futuri temporis videtur, quod poſt annum neceſſaria ſit ſententia. & ſic poſt annum ante latam ſententiam poterit purgare vitium, ſicut ſi legata eſt optio infra tempus, poſt illud eligere poſſum antequam mancipia diſtrahantur. ff. de opti. leg. mancipiorum, ad hæc infra de præben. ſi tibi abſenti, lib. 6. Dicebat Hoſt. quod per quæſtionem Federici. C. eo. auctẽn. Gazaros, non videtur, quod ſit neceſſe tales condemnari, cum ibi dicatur, ita quod ſi ſic per annum permanſerint, eos tunc ſicut hæreticos condemnamus. ergo ſine aliqua ſententia videtur illos eſſe damnatos. nec obſt. ſecundum eum, ſi dicas, quod crimen hæreſis ſit de foro eccleſiæ: quia dicta conſtitutio fuit non ſolum per Ro. eccleſiam procurata, ſed etiam approbata. & probatur hoc infra eo. vt inquiſitionis, in princ. lib. 6.
5 ¶ Quærit † hic Hoſt. Quid ſi eccleſia ſuſpecto aſſignet terminum ad purgationem præſtandam, nunquid per hoc ſic videatur purgationem indixiſſe, quod ſi non venerit, & hac de cauſa excommunicetur, & poſtea per annum expectatus ſit contumax, debeat vt hæreticus iudicari? Hanc quæſtionem non puto dubiam eo modo, quo proponitur, infra eo. cum contumacia, lib. 6. dicebat autem quoſdam dicere quod ſic: quia ex quo non venit, patet quod per ipſum ſtetit, quo minus purgatio indiceretur. vnde perinde eſt, ac ſi indicta eſſet, ar. ff. de reg. iur. ad ea. §. ſemper, & l. iure ciuili, ff. de condi. & demon. iure ciuili, & l. quibus diebus. quod non placet: quia aliud eſt tantum purgationem inducere, aliud ad purgandum terminum aſſignare, & aliud vtrunque facere, ita quod ſi alterum tantum interueniat, nunquam poteſt dici, quod in purgando contumax ſit. Si enim terminus aſſignatur tantum, non poteſt dici, quod aſſignatur ad purgationem indictam, ſed indicendã, infra de pur. ca. c. ſi. in prin. ſi igitur non veniat, & ſi ſit contumax in non veniendo, non tamen eſt contumax in non purgando, quia non poteſt dici contumax reſpectu purgationis indicendæ, cum adhuc non ſit in rerum natura, argum. ff. de iur. codi. quidam referunt, ſupra de conſtit. cum acceſſiſſent. §. fin. Item ſi purgatio ſit indicta, ſed nõ ſit terminus aſſignatus, de facili non poteſt comprehendi contumacia, ar. in eo., quod le. & no. ſupra de offic. ord. irrefragabili. §. exceſſus, niſi dicas intelligendum eſſe, quod ſtatim purget ſe, arg. ff. de ver. ob. cum qui cal. quod in hac materia durum eẽt ſentire, igitur vtrunq; requiritur, ſ. quod purgatio indicatur, vnde & in prædicta conſtitutione, Gazaros. iungitur ad mandatum eccleſiæ, vel ad arbitrium epiſcopi, ſupra cap. ad abolendam. §. qui autem, & hic temperatur pœna illius, & quod ad hoc faciendum terminus peremptorius aſſignetur, ar. ff. de iu. ad peremptorium, & l. ſequentibus, ſupra de offic. deleg. conſuluit, & probatur, ſupra de re iud. quod ad cõſultationem, ſupra de coha. cle. & muli. ca. pe. §. pe. & in fi. ſupra de
6 ſimo. de hoc in capitulo inſinuatum. ¶ Sed † quid ſi dicat iudex, volumus, decernimus, & mandamus, quod ſuper tali ſuſpitione te purges ad noſtrum arbitrium, & ad hanc purgationem præſtandam tibi talem terminum peremptorium aſſignamus, in quo niſi veneris, & dictam purgationem præſtiteris, contra te, quantum de iure poterimus, procedemus, & ipſo non veniente excommunicatur, nec dictam purgationem ve-

ci-

citatus erat, præſtitit? hic locũ poteſt habere iſte §. ni-
ſi citatus reputans ſe grauatum a tali mandato ex iu-
ſta cauſa expreſſa dixerit appellandum, ſupra de ap-
pellatio. præterea, eo. tit, cordi, libro ſexto, ſupra de re
iudi. quod ad conſultationem: quam tamen ſi eccle-
ſia velit excludere, indicat purgationem declaratam,
& bene formatam tali contumaci, quamuis abſenti.
ad quam præſtandam iterum aſſignet ei diem peren-
ptorium, in quo niſi venerit, excommunicet ipſum,
quia purgationem ſibi indictam non præſtitit. & ſic
omnino locus eſt huic §. nec contumax audietur ap-
pellans, ſecunda, quæſtione ſexta, §. ſunt quorum. nec
mireris, quod dixi abſenti & contumaci purgationem
determinatam & ſpecificatam indici poſſe, cui tamen
forſan non indiceretur, ſi pœnitẽs eſſet, rationibus ſuis
auditis, nam idem eſt & de ſententia diffinitiua, quæ
plerunque datur contra abſentem contumacem, & ta-
men forte non daretur contra præſentem, & de iure
ſuo docentem, vt patet C. de iudic. properandum, de
electio. ſtatuimus, infra de eo, qui mit. in poſſ. cauſa
rei ſeruan. eum qui, libro ſexto. hoc enim contuma-
cia operatur, quæ, vt ſupra no. poſ. & proprietatem rei
aufert, & probationem ſufficientem inducit, ac om-
nem exceptionem, & defenſionem excludit. & adde
quod not. infra de pur. cano. nos inter alios, & ca. inter
ſolicitudines, §. fi. & de pœnis, capitulo finali [Mouea-
7 tur] iuramentum † dominorum temporalium contra
hæreticos [Iuramentum] ſi hodie hoc iuramentum nõ
præſtetur, negligentia epiſcoporum eſt in cauſa, quæ
illis in hac parte multum eſt verenda. ſi. de treg. & pa.
capitulo primo, poſſet etiam dici ſecundum Hoſtien.
hic quod hic dicitur, locum habere tantum in prouin-
cijs, vel terris infamatis de habitatione hæreticorum,
ad hoc infra §. adijcimus [Exterminare] idem ver. in
§. ſequẽ. & vide quod dixi in clemen. de iureiuran. Ro-
ma. §. porro, in princip. [Perpetuam] no. ad ea, quæ di-
xi ſupra de iudic. capitulo fina. tamen forte hoc dictũ
fuit propter comitatus, ducatus, principatus, in qui-
bus ſuccedunt filij, ſupra de voto, licet, ſecundum Ho-
ſtien. [Teneatur] ſi requiratur. ad hoc infra §. primo,
8 in princip. [Si vero dominus] pœna † dominorum non
purgantium terram ſuam de hæreſi [Et prouinciales]
& in prouinciali concilio, ſupra titulo primo, cum ſit
nimis, de præben. graue. & habet hoc locum, ſi ille ſit
rex, vel magnus princeps, qui poſſit illi æquiparari, vt
ſi ſub ſe habet metropolitanum, & ſuffraganeos, ſexta,
quæſtione tertia, ſcitote, tertia, quæſtione ſexta, non
liceat, & capitulo vnaquequæ. ſunt enim talia grauia
ratione perſonæ, vel rei, de quibus agitur in concilio
tractando, in authen. de ſanct. epiſcopis, vt autem om-
nis, columna quinta, collatione nona, & decimaocta-
ua diſtinctione, propter, primo & ſecundo, & quod di-
citur ſupra eodem ad abolendam, ſolum epiſcopum
hoc poſſe, verum eſt, niſi propter ſcandalum, vel gra-
uitatem negocij oporteat cæteros epiſcopos conuoca-
ri: alias ſolus epiſcopus excommunicat, & vicini il-
lum euitant ad eius requiſitionem, de rapt. capitulo
primo, nec poteſt quis excommunicatus eſſe in vna ec
cleſia, quin ſit excommunicatus in alijs, quarta quæ-
ſtione quinta, capitulo vno, ſecundum Hoſtien. vbi
de hoc, & decimaoctaua diſtinctio. placuit, quod fa-
cit in contrarium, & quinquageſimatertia diſtinctio. ſi
quis [Pontifici] ratione grauitatis negocij, & grauis
pœnæ infligendæ [Ex tunc] ſcilicet lapſo anno. ſed poſ-
ſent & metropolitani cum prouinciali concilio contra
iſtum quaſi ſuſpectum ſeruare, quod dicitur ſupra eo-
9 dem, §. qui autem [Exponat] mandando † prædicari
crucem, quod alius facere non poſſet, vt dicam infra
§. catholici, ſuper prima gloſſa, putat tamen Hoſtien.
quod diœceſanus bona ſubditi excommunicati & re-
bellis & per annum expectati poſſet exponere, infra
de homici. pro humani, verſi. ſitque cum ſuis. quod ſic
probat. certum eſt, quod poteſt hoc de perſona cleri-
ci incorrigibilis, non ſolum in hoc crimine, ſed in a-
lijs, vt patet de iudic. cum non ab homine, de verbor.
ſignificatio. nouimus. ſi poteſt de perſona clerici, for-
tius & laici. & ſi de perſona, fortius de rebus, argumẽ.
duodecima, quæſtione prima, præcipimus, de dona-
tio. inter virum & vxorem, capitulo penultimo, de de-
ci. ex parte, tertio. generaliter in res, & in perſonas in-
uocat eccleſia brachium ſæculare, infra de homic. po-
ſtulaſti, de cleri. excom. capitulo ſecundo [Exermina-
tis] quaſi extra terminos, & in fines eiectis. Egi. [Poſſi-
10 deant] & ſic † inuadẽdi ſunt rebelles, & ipſorum bona
auctoritate eccleſiæ per alios catholicos occupanda,
vigeſimatertia, quæſtione vltima, §. his ita, & capitu-
lo ſequen. ſecunda, quæſtione quinta, §. quis autem, &
capitulo ſi apud carnales. cum ca. ſequ. hoc autem a-
gentes dicuntur diligentiſſimi rectores, & pij conſul-
tores, ea. quæſt. ſi vos. ſunt etiam tales necandi, & ciui-
tates cremandæ, ea. quæſtio. ſi audieris. Et temporalis
dominus, qui negligit, plectendus eſt. ea. cauſa, quæ-
ſtio. ſecunda, dominus. 3. quæſtio. 7. qui ſine, in auctẽ.
vt diffi. iu. §. penultimo, & vltimo. collatio. nona, ſecũ-
dum Hoſtiẽ. [Fidei] alias fideli [Saluo iure] no. pro pro
11 teſtatione [Principalis] a † quo dominium illud tene-
batur. & ſic immobilia ſunt prioris domini, ff. de cap.
& poſtli. reuer. ſi captiuus; mobilia fiunt occupantiũ,
eo. titu. l. antepenult. ff. de acqui. re. do. trãſfuga, C. de
cap. l. ab hoſtibus. vel dic, quod vbi inter Chriſtianos
ex vna parte eſt iuſtum bellum, ex altera iniuſtum, iu-
ſte pugnans omnia occupata ſua facit, quæ tamen ab
alia in feudum non tenentur, ff. de cap. l. 5. §. in pace,
de acquir. rerum do. naturalem, §. fi. vigeſimatertia,
quæſtione quinta, dicat, & quæſtione ſeptima, ſi de re-
bus. Sed & feudalia occupare poſſunt, ſaluo iure domi
ni innocentis, vt hic. vbi vero infideles, vel Chriſtia-
ni iniuſte pugnantes bona immobilia iuſte pugnantiũ
occupant, & poſtea recuperantur, ad antiquum domi-
num reuertuntur, vt in dict. l. ſi captiuus. & de hoc ſu-
pra de iureiurand. ſicut. 2. & de homici. pro humani,
ibi, diffidatus, libro ſexto, ſecundum Hoſtien. hæc au-
tem clauſula ceſſat, vbi non eſt principalis dominus,
ſecundum eum. (obſtaculum) præcedens litera facere
videtur pro rege Arragonum, vt ſibi non præiudicet
occupatio facta per regem Francorum de comitatu
Toloſano ad mandatum eccleſiæ. ſed iſta litera eſt cõ-
tra eum: quia impedimentum præſtitit Gallicis occu-
pantibus terram, ſecundum Abb. [Lege] de qua dictũ
eſt ſupra vſq; ad verſiculum, Saluo [Catholici] indul-
12 gentiam † cruce ſignatorum cõtra hæreticos, & quod
hic not. Vincẽ. de prælato cruce ſignato, qui obligauit
fructus ad triennium, vide ne præ. vices. cap. vlt. ſuper
gloſſ. 2. infra hic no. reliqua vide ad literam in Spe. eo.
titu. §. in fauorem, vſque ad fi. ſ. an recipiat manualia,
& an debeat tenere vicarium [Conceduntur] habẽt re
miſſionem peccatorum. & præter id plura alia, quæ
habentur ſupra titulo primo, ad liberandam, in par-
te deciſa, quam ibi poſui, & gloſſaui. interpretatur au-
tem conſuetudo etiam per religioſos inquiſitores in-
ducta, quod etiam tempore pacis eccleſiæ, ex quo
non reſtat hæreticorum perfidia, vel potentia, vel in-
caſtellatio, datur contra hæreticos ſignum crucis, &
ſic cruciati priuilegio, de quo hic loquitur, volunt vti.
13 [Credẽtes] pœna † credẽtium, receptatorum, & fauto-
rum [Talium] ſcilicet receptatorum, defenſorum, &
fautorum. credẽtes enim omnino ſunt damnati, infra
c. penult. in fi. Hoſt. quod dic, vt ibi dicã [Satisfacere]
ſic ſupra §. qui autem, & infra §. primo, conſiſtit a-tẽ
in hoc ſatisfactio, quod abiuret hæreſim purget ſe, ſi-

tantum eſt ſuſpectus, infra §. adijcimus. & ſi alia cauſa
notoria excommunicatus ſit, reſtituere debet perce-
pta, & quæ percipi potuerunt, arg. de reſtitu. ſpo. gra-
uis. & quæ ex occupatione aliqua, ſi forſan illam fece-
rant, peruenerunt, ſupra de iureiuran. ſicut, vel ex offi-
cio vſurpato, damnato, vel ſibi interdicto, ſupra titu-
lo primo, cum ſit. idem ergo & de his, quæ ratione par
ticipationis ad eum peruenerunt, argum. dictorum iu
rium, & ſupra eod. ad abolendam, §. 1. in fin. tenetur
enim ſatisfacere de acceſſorijs, & ſequelis hic, ſicut de
ipſa offenſa, ſm Hoſt. ad hoc, de ver. ſi. ex parte, inf. de
reg. iu. acceſſorium, lib. 6. [Contempſerit] ſup. Hoſt. ſi
laicus fuerit: quia de clerico prouidetur, infra ver. ſi ve
14 ro clericus [infamis] ſecunda † pęna in officio inquiſi-
torum. habetur talis conſtitutio Federici. Patarenorū
receptatores, & complices, & quocunque modo fauto
res, qui vt a pœna alios poſſint eximere, de ſe velut im
prouidi non formidant, publicatis bonis omnibus re-
legandos in perpetuum eſſe cenſemus, & ipſorum filij
ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen
aliquis fautorum huiuſmodi detexerit aliquem Pata-
renum, de cuius perfidia manifeſte probetur, in fidei
præmium, quam agnouit, famæ priſtinæ de imperia-
li clementia reſtitutionis beneficium integrum conſe-
15 quatur [Nec ad publica] 3. pęna † quæ locum habet ēt
in excommunicato, de procura. c. fi. Hoſt. [Ad eligen-
dos] 4. pęna. & idem etiam in excommunicato a ſuſpē
ſo, ſupra de conſuetu. cum dilectus, de elect. illa. Et
no. quod ponit hic vt diuerſa, per quod videtur, ꝙ ne-
pos damnati, licet non poſſit habere eccleſiaſticum be
neficium, vel publicum officium, vt infra eod. c. 2. lib.
6. eligere tamen poſſit ad illa [Ad teſtimonium] 5. pœ
na. & idem in excommunicato, ſupra de teſti. veniens.
2. §. fi. [Inteſtabilis] 6. pęna, de qua ſecūdum Hoſtien.
an in excommunicato locum habeat, not. de excep.
pia, de ſenten. excom. decernimus, lib. 6. & ibi plene ſu
per vlt. gl. dixi [Hęreditatis] 7. pęna [Accedat] ex teſta
mento, vel ab inteſtato, licet aliud innuatur in parte,
in auten. vt cum de appel. co. §. generalem, & ſequen
tibus, colla. 7. ſed corrigitur in illa parte, ſupra eo. ver-
gentis. Hoſt. [Nullus] 8. pęna, quæ in quolibet excom-
municato locum haber, ſupra de iudic. intelleximus.
[Quod ſi forte] 9. pęna. & idem in excommunicato no
torio, ſupra de re iudi. ad probandum, ſaluo eo, quod
habes, infra eo. præſidentes, lib. 6. [Sententia] lata ēt
inter eos, qui ignorabāt eum talem, ſecūdum Io. cum
ſit lata a non iudice. alle. in contrarium. 3. q. 7. §. tria,
in prin. [Nec cauſæ] 10. pęna, quæ ſequitur ex proxima
[Si fuit] 11. pęna. & idem in excommunicato alias, ĩ.
de ſenten. excommunica. decernimus [Si tabellio] 12.
pęna, quę in alleg. excommunicato vēdicat ſibi locū.
11. quæſtio. quarta, nullus. Hoſtien. qui de cæteris pœ-
nis per vtrunque ius contra hæreticos promulgatis re-
mit. ad ſum. eo. tit. §. qua pęna fuerit receptator, defen
ſor, vel fautor, Hoſtien. [In ſimilibus] poteſt facere cō-
parationē ad ſimilia officia, & ad ſimiles perſonas, ve
dicam ſuper gl. proxi. [Deponatur] vltra pęnas prædi-
ctas. & additur hoc propter rationem, quę ſequitur [Si
qui autem] pęna illorum, qui talibus cōmunicant. [Ta
les] ſcilicet credentes, receptatores, & fautores [Deno
16 tari] argumen. quod † communicate excommunica-
to non denunciato ſit veniale, poſt denunciationem
mortale. de hoc ſupra quod me. cauſa, ſacris, de cle. ex
commu. capitulo finali [Percellantur] per ſniam, vel
ipſo iure, ſi intelligas de minori, vel de participatio-
ne in crimine [Sepulturę] de hoc, dic hodie, vt infra eo
dem capitulo ſecundo, primo reſponſo, lib. 6. [Alio-
17 quin] ſupple, ſecundum † Hoſtienſ. excommunicati
ſunt clerici ipſo iure, cum cenſeantur fautores, & cum
per papam tales ter excōmunicētur in anno, celebrā-
tes autem diuina coram excommunicatis, a papa ex-
communicati ſunt, infra de ſenten. excommmunica-
tio. ſignificauit. quod intelligas. vt ibi dicam. reſtat,
quod ſi ſic excommunicati celebrant, & ſacramenta
interdicta in anno miniſtrent, irregularitatem incur-
runt, infra de cleri. excommunicato mi. capitulo pri-
mo, & ſecūdo, & capitulo poſtulaſtis [Regulares] ſup.
18 caueant a prędictis [Etiam hic] ac ſi diceret, ſi † clerici
grauius puniuntur, quam laici, quia grauius peccāt. ſi
religioſi grauius, quam clerici, & ideo grauius puniun
tur. ad hoc infra eodem accuſatus, ad finem, libro ſex
to [Vt illorum] ſi omnes, vel maior pars deliquerint,
planum eſt, alias contra, de his, quæ fiunt a maiori
par. capitulo quæſiuit, vel dic quod hoc eſt ſpeciale ꝓ-
pter immunitatem criminis, ſicut & alias, ſupra eodē
vergentis, de officio Archidiac. ea quæ, Hoſtien. (Diœ
ceſi) ſi. infra de priuileg. tuarū, de exceſ. prælato. illud
19 [Quia vero] prohibitio † prædicationis abſque ſupe-
rioris auctoritate [Ait] ſecūdo, ad Timo. tertio. A. [Di
cat] ad Roma. decimo [Non miſsi] hoc dicit ſecundū
Hoſtiē. quia ſunt quidam miſsi per vniuerſum orbem
ordinarij, ſicut epiſcopi, qui habent auctoritatē a do-
mino prædicandi per vniuerſum orbem euangelium
omni creaturæ. Matt. vlt. vigeſimaprima. diſtin. in nō
uo. & de talibus ſacerdotibus, ideſt epiſcopis, poteſt
intelligi, decimaſexta, quæſtione prima. ſtatuimus, &
ſecundum hoc decimanona diſtinct. ſecundum. & hoc
niſi prohibeantur ab eo, cuius eſt diœceſis, ſexta quæ-
ſtione tertia, ſcriptum. vel illud intelligitur de falce iu
riſdictionis, non prædicationis. cum enim miſsio epi-
ſcopi, vt eſt dictum, probetur auctoritate diuina, non
debet prohiberi, ſed vbique recipi. ad hoc ſupra capi-
tulo proximo, ver. Ioannes, dum tamen caueat ab er-
rore. allega. contra, de pur. canoni. inter ſolicitudines,
quadrageſima diſtinctio. ſi papa. Maxime quia verbū
domini non eſt alligatum, ſecunda, ad Timot. ſecun-
do, B. dicit Hoſtien. quod epiſcopus ſemper & vbique
ad prædicandum admittitur, niſi prohibeatur ab illo,
cuius diœceſim intrat, non prohibitus autē licet prędi
cet in diœceſi aliena, non tamen dat indulgentiam,
niſi de ſpeciali papę licentia, vel epiſcopi loci, infra de
pœniten. & remiſsio. quod autem. ratio diuerſitatis,
quia per prædicationem non intelliguntur multum
alieni limites vſurpari, nec paratur alicui graue præ-
iudicium: imo fit melior conditio diœceſani, & anima
rum ſibi commiſſarum, nonageſimaquinta diſtinct.
ecce. vnde videtur eo inuito hoc fieri poſſe, ff. de nego
ci. geſt. ſoluendo, ff. de ſolutio. l. ſoluere, & leg. ſi debi-
tor: ſed hoc non procedit ſecundum eum: quia licet
non fiat illi graue præiudicium, tamen intereſt ſua, ne
fiat ipſo inuito, ne ipſius termini videantur occupa-
ri, argumen. ff. de negoc. geſt. cum pecunia, in fine, ad
hoc de vſu pal. ex tuarum. De nō epiſcopis autem dic,
vt ſequitur [Apoſtolica] vt patet de Prædicatoribus,
& Minoribus. in dec. Bonif. ſuper cathedram, innoua-
ta per concil. Vien. de ſepult. dudum Benedic. quæ ad
idem, ſupra titulo primo, quam ſit [Epiſcopo loci] non
20 ergo † licet Abbati hanc auctoritatem dare ſecundū
Innoc. argumen. ſupra de præſumptio. nonne, & me-
lius infra de exceſsib. prælato. accedentibus: ſecus ſi
miſſam velit quis celebrare: quia illud poteſt conce-
dere quilibet curatus, dummodo cōſtet, celebrare vo-
lentem eſſe presbyterum, ſupra de cleri. peregrinanti-
bus, capitulo tertio, ſecundum Innocentium. & eſt ra-
tio ſecundum eum: quia in primo magis imminet pe-
riculum, quam in ſecundo, vt ſupra, & infra capitu-
lo proximo, vel dic quod ſi perſona prædicare volen-
tis ſit not. ſicut magiſter in theologia, vel alius com-
petens & idoneus prædicator, vt per epiſcopum ap-
probatus & deputatus ad curam, vt ſunt eccle-

ſiarum

Digitized by Google

ſiarum prælati, vel alij, quibus prędicare generaliter,
vel ſpecialiter ſit conceſſum, etiam quilibet curatus
hanc auctoritatem dare poterit ſecundum Innocent.
ad hoc ſupra de officio ordinarij, cum ab eccleſia-
rum. quod intelligit Hoſtien. caſualiter, & in tranſitu.
ſed etiam epiſcopus hoc generaliter cõcedere poteſt
per totam ſuam diœceſim, de offic. ordi. inter cætera,
quod inferior non põt, vt hic [Priuatim] priuata ma-
gis eſt ſuſpecta, ſupra capitulo proximo [Vſurpare] vt
patet ex his, quæ ſupra dixi, vſurpare intelligitur non
miſſus per papã, vel epiſcopum, vel non probans miſ-
ſionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ teſti-
monium, ſup. capitulo proximo, vel probans miſſio-
nem, prohibitus tamen ab eo, cuius eſt populus, niſi
ipſa miſſio ſuperioris auctoritate approbaretur [Præ-
21 ſumpſerit] ſ. ſi † moniti non reſtituerint [Quã citius]
ad ſuperioris arbitriũ [Adijcimus] vitatio, & perſecu-
tio hæreticorum [Honeſtas] ſup. de officio Archidiac.
capitulo primo, de offic. ordi. inter cætera [Semel] ſu-
pra de officio Archidiac. mandamus [Tres vel plures]
ſecũdum quoſdam intendit hæc litera, quod in crimi-
ne hæreſis requirãtur neceſſario tres teſtes ad minus,
quaſi iſte ſit caſus ſpecialis, quo non ſufficiunt duo, ad
dendus ad notatos 2. quæſtione quarta, in princi. cum
videatur abſurdum, quẽ de tam graui crimine ad di-
cta duorum teſtium condemnari, maxime cum trun-
cetur ordo defenſionis circa notitiam teſtium, infra
capitulo finali, libro ſexto. & ſic circa interrogatoria,
quæ dari ſolent, ſupra de teſti. per tuas, eodem tit. pr&ę-
b ſentium, [b] lib. ſexto. ſed verius videtur, ideo de tribus
hic dici, quia quãto pluribus committitur inquiſitio,
tanto facilius fiet nunciatio, non quod omnes tres de
beant nũciare, ſed vnus ex tribus: nec tota vicinia, ſed
vnus ex vicinia, & vide quod dixi poſt Innocen. ſupra
de ſimo. ſicut [Viros] ſi. ſupra de accuſatio. ſicut olim.
[Conuenticula] ſi. ſup. capitulo proximo, in prin. [Diſ-
22 ſidentes] vt † quia laici non profeſſi portãt habitũ re-
gularem: vel pone exemplum in his, qui ſequũtur nu-
ditatem totius corporis, vel partis, puta pedũ, vel non
conueniunt hominibus, non viſitant eccleſias, non au
diunt verbum Dei, non colunt Dominicam, forte co-
lentes ſabbatũ: ſine lumine etiam die clareſcente non
comedunt: panis eſum abhorrent: die dormiunt, no-
cte vigilant. hæc, & ſimilia diſſident a communi vita
fidelium [Purgauerint] ſed in purgatione defecerint,
vel quia iurare nolũt, vel alio modo: ſecus, ſi negligũt.
23 de hoc dixi ſupra §. ſi q. vero [Si qui vero] pęna † iurare
nolentium [Obſtinatione damnabili] hoc dicit ꝓ re-
ligioſos, qui non rebelliter, ſed quadam honeſtate iu-
rare renuũt. de teſti. nuper, de iureiurand. & ſi Chri-
ſtus, ad fi. ſi vero obſtinabiliter iurare renuũt, dicẽtes
hoc mortale, habet locum quod hic dicitur, & ſunt ta-
les de ſecta Vandenſium, qui omnino iurare renuunt,
ſecundum Hoſtien. ſecundum quem iſtud eſt leue ar-
gumentum ad conuincendum hæreticum, de quo po-
teſt intelligi lex 2. C. de hære. vt dixi ſup. de præſum.
24 literas, ſuper glo. penul. [Volumus] pęna † epiſcoporũ
non perſequentium hæreticos [Euigilent] etiam ſi per
ſedem apoſtolicam ſint inquiſitores in prouincia, vel
diœceſi deputati, infra eo. per hoc, libro ſexto, & tunc
erunt paſtores ſuper gregem ſuum vigilantes, Luc. 2.
ſecundum Hoſtien. qui remit. de officio Archidiaco.
capitulo finali, negligens. in alijs reprobãda, ſed hoc
caſu deteſtanda negligentia epiſcopi [Deponatur] tñ
a ſolo papa. vnde nec hoc caſu procedunt inquiſito-
res contra epiſcopos, infra eodem inquiſitores, libro
ſexto [& potiir] de cle. non reſiden. quia nonnulli, & ca
25 pitu. relatum. ¶ [Gl. † videtur hic] ſignat contrariũ, de
dec. literas, & ſoluit. iterum ſignat contrarium de cau
ſis conuenientibus, & ſoluit. ¶ Glo. argum. ꝙ] arguit
26 & ſignat contrarium. ¶ In † gl. argum. quod, ibi, Sanci
mus] vide in capitulo proximo, alle. ſuper vltima glo.
[& ibi, ſi quiſquã] reuocatur lex, quę permittebat, ꝓ-
pter odium paternum per matrem filium exhæredari.
¶ In gl. ſine quib. ibi, congruit] præſes debet recepta-
tores coercere, ſine quibus latrones diu eſſe non poſ-
ſunt [& ibi, l. 1.] vide de fur. qui cum fure, ſuper vlt. gl.
& ibi l. 1.] qui occultat, vel ſociat criminis reum, pari
pęna punitur. ¶ In gl. vlt. ibi, §. 1.] vide de calum. ca-
pitulo ſecundo, in glo. ſecunda. ¶ In gloſſ. hęc omnia)
ſola prima concord. facit ad propoſitum. aliæ melius
adaptantur ad fi. ſecundæ gloſſ. & l. ſcientiam, vide ſu
pra capitulo ſecundo, ſuper 1. gloſ. l. quid ergo. §. 1. di-
cit, quod pater, qui paritur filium, vel filiam conſtitue
re binas nuptias, notatur, quia conſtituiſſe videt. ¶ In
gloſſa penult. ibi. §. in poteſtate) loquitur in conuento
noxali, qui non vult iurare ſeruum in ſui poteſtate non
eſſe, nec ſe dolo feciſſe, quominus eſſet. ¶ In gloſſa vl.
ibi, indicia) vide de probatio. tertio, ſuper vltim. gloſ.
27 ¶ In gloſ. 1. in finẽ) iſta enim conſtitutio immediate
ſeqnebatur illas, & fuit tertia, vt dixi ſupra de accuſa-
tio. ſicut. ¶ In gloſ. videtur hic, ibi, violentiſſima) idẽ
no. ſ. de ſimonia. inſinuatum (& ibi, annus) de hoc ſu-
pra de dolo & contum. veritatis (& ibi, vt ibi) de hoc
vigeſimaquarta, quæſtione tertia, dixit Apoſtolus (&
in fine) vel eius contumacia infra eodem cum contu-
macia, libro 6. ¶ In gloſſ. argum. ꝙ propter, in fine) il-
lud ſpeciale. & vide quod no. in præ. capitu. quæſiuit,
in vlt. glo. cum ſuis remiſ. ¶ In glo. argum. quod aucto
28 ritate, in fi.) crux † tamen prædicari non põt ſine ſpe-
ciali papę licentia, ſicut nec ipſius uotum redimi, ſu-
pra de voto, quod ſuper, & c. ſeq. ille ergo iudicat, qui
poteſt ſoluere, argumen. de reg. iu. c. 1. de maior. & o-
bed. cum inferior. ſecunda ratio, quia proprie & prin-
cipaliter ad Papam ſpectat reſpondere de fide, & per
conſequens eius acceſſoria expedire. 24. quæſt. 1. quo-
ties. Tertia ſit quantitas indulgentiæ, de qua ſequitur,
quam nullus facere poteſt niſi ſolus papa. Remit. ta-
men Hoſtienſ. ad ſum. de voto. §. in quo caſu, & a quo
crux. ¶ In gl. ſine quib. ibi, conſanguinei) in quibus tñ
temperaretur pęna extra iſtud crimen, ff. de excep. l. 2.
ſed non in iſto ſecundum La. ¶ In gloſſ. ſic, ſ. ibi, exce-
ptionem) de hoc infra de ſenten. excom. decernimus,
29 in vlt. gl. (& ibi, ſimilib.) vt ſic † comprehendat omnia
publica officia cuiuſcunque nominis, quæ nec nomi-
nari poſſent. ff. de præſcrip. ver. l. 4. & variantur per di
uerſas prouincias, nec de nomine curandum, ſupra de
procu. petitio, & omnes actus legitimos, vt ſupra glo.
prox. poteſt etiam per illud verbum fieri comparatio
ad perſonas ſimiles, ſicut ſunt ſchiſmatici, & notorij
excommunicati, ſecundum Hoſtienſ. (& in fine) imo
dic, vt infra de reſcri. capitulo primo, libro ſexto. ¶ In
gloſſa hic reſeruat, ibi, ipſum eccleſiæ) ſm Ioan. & ip-
ſum abſoluere. quod videtur verum ſecundum Hoſtiẽ.
quo ad ſententiam canonis. ſecus de ſententia oris pa
pæ, quam profert ter in anno, a qua non videtur, quod
inferior a papa poſſit abſoluere, de maioritate & obe-
dien. cum inferior, ex quo ſequitur, quod nullus poteſt
ad plenum reconciliare hæreticum ſine ſpeciali papę
licentia, quod eſt nota dignum ſecundum Hoſtienſ. ni
ſi dicas ſententiam oris papę eſſe canonem generalẽ,
a quo poſſit inferior abſoluere, ex quo papa nõ reſer-
uat, de ſentent. excommunica. nuper. & adde ſecun-
dum eum, quod no. de priuileg. ad hoc, de ſentent. ex-
communicatio. a nobis, 2. ver. vt autem, & quod dixi
ſupra titulo primo, quod olim, ſuper gloſſa ſecunda, &
quod dicam eo. titu. vt officium, libro ſexto, in princ.
¶ In gloſſa argumen. quod, ibi, calumniæ) dic vt ſup.
de iuramento calumniæ, imperatorum.

ADDITIONES.

a ¶ Hæreticus. Et hoc inſurgit ex quadam facta confeſſione, de cuius effectu, vide not. per Bart. in l. eum, qui delatorē, ff. de iure fiſc.

b ¶ Præſentium. Et hanc partem videtur tenere Innoc. & Arch. & Io. Mo. in c. vt officium, de hære. lib. 6. vbi vide Io. And.

c ¶ Officium. Circa prin. vbi tenet hoc vltimum.

SVMMARIVM.

1 *Laici, cuiuſcunque ſint profeſſionis, prædicare non debent.*
Eis quæ alia ſint interdicta.
Verendi verbum quibus capiatur modis, in fine.
Doctorum nomine accipiuntur hic prædicatores, in fine.
Ordo, quid ſignificet.

2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
Vitia ſæpe ſub ſpecie virtutum ſubintrant, & qualiter quandoque vertuntur in vſum virtutum.

CAPVT XIIII.

1 Sicut. Laici † cuiuſcunque ſint profeſſionis prædicare non debent [& infra] hic deciſum habes, ſupra eo. cum ex iniuncto, ver. ſicut enim [Laici] dicit Goff. ꝙ ij ſpirituales actus interdicū tur laicis, ſ. prædicare, vt hic, & in concor. decimas recipere. 16. q. vlt. decimas. Itē oblationes. 10. q. 1. quia, & c. ſanctorum. item cognitio cauſarum eccleſiaſticarum, de iudi. c. 2. & 3. recipere cōpromiſſum de re ſpirituali, de arbi. contingit, Eligere. de elect. quiſquis, & c. ſacroſancta. recipere reſignationem beneficij a clerico, de renun. quod dubijs. Dare inueſtituram. 16. q. vlt. ſi quis deinceps. Suſtinentur tamen de gratia in iure patronatus, quod in ſpirituale eſt, de iure pat. quoniam, & vt partes ſuas interponat electioni tractādæ, eo. tit. nobis. vide plenius hos caſus poſt Hoſt. in præ. de c. contingit, de arb. in vlt. gl. [Verēdum] ideſt timēdum, vel cauendum: quandoque ponitur pro verecundia. 8. q. 1. vereor [Subintrent] quaſi inter bona & ſancta verba occulte ſeminata per tales [Doctorum] ideſt prędicatorum ad propoſitum [Ordinis] i. profeſſionis,
2 vel habitus. ¶ In † 1. gl. ibi. l. vbi] vide hāc & ſe. de ele.
2 tus) perditur hic † poteſtas patria propter delictum. ſic de hær. c. 2. li. 6. in fi. (Et in hoc caſu)ſcilicet cū a domino vel eo ſciente, vel ratum habente libertus, vel ſeruus infans exponitur (Ingenuitatē) ſcilicet ac ſi natus fuiſſet liber, inſti. de ingenuis, in prin. (Seruus)idē in colono, vel aſcriptitio. C. de epiſ. au. nemini (Prædictis] filijs libertis, & ſeruis(Aetatis)nedū īfantib. (Vel alicui eorum) libertorum, vel ſeruorum languidorū, in auct. de nupt. §. ſi vero ab initio, & §. ſequen. vbi de
3 hoc. nam ſi † ſanis deneget alimenta, non eripiuntur in libertatem, ſed pro derelicto vidētur haberi. ff. pro
2 derelic. l. vlt. ibi not. [a] quod nec pro derelicto habētur propter hoc, ſed ſecundum primum dictum concedūtur occupanti, niſi ipſe dominus prius occupauerit, vt ibi, & ff. de ſtip. ſeruo. quod ſeruus, ſecundum Azo. in ſum. huius tit. Vin. Innocē. & Hoſt. hic. ſed Goff. quem ſequitur Egi. hic, & in ſum. huius tit. contra. Dicit. n. q̧ hæc dec. æquiparat hos tres caſus, ſcilicet cum infans exponitur, & cum languidus cuiuſcunque ætatis, & cum alicui ex his alimenta negantur(Suſcipiunt) & nutriunt (Ius aliquod)[vnde nutritoribus pp hoc nutriti hæreditas non debetur, C. communia de ſucceſſ. l. nutritoribus, ſicut nec hoſpitibus hæreditas peregri
4 norum, vt in auct. omnes peregrini, ibi poſita. ¶ † Gl. 4. diſtinguit, & reſpondet. ponit contrarium de capit. fin. 87. diſtinct. ¶ Penult. glo. inducit ſim. de monaco.

¶ In

Digitized by Google

5 ¶ In gl. 2. ibi, ſed ſi cum quis] alias eſt ver. ſub §. quot.
& vide de ſi. ſicut tuis, ſuper gl. nam ſi. & ibi, ſi filiusfa.
2. quæ eſt l. fina. & loquit r de credito, quod recipit fi-
liusfa. citra patris iuſſum mandatum, vel voluntatem
ſed pater poſtea ratum habuit. ¶ In 4. gl. ibi, necare]
necat non ſolum, qui ſoffocat partum, ſed & qui abij-
cit, & qui alimoniam negat, & qui publicis locis expo
nit. ¶ In gl. pen. ibi, l. vlt.] ponit caſum in ſeruo, cui de
negatis alimentis, præbens alimenta libertatem con-
6 ceſſit, & valuit. ¶ † In gl. 3. in fi.] ff. de adulterijs, nec in
ea. Hoſt. ¶ In gl. de iſtis, ibi, c. vlt.] & ibi hæc gl. [& ibi,
factam] in eccleſia, vt ibi, vel alibi in loco publico, ſe-
cundum Goff. 5. q. 1. quidam [& ibi 10. dies] & illi an
ſint vtiles, an continui, ibi no. Hoſt. hic tenet, q͛ ſunt
vtiles a prin. continui in progreſſu, & ſic currunt a tem
pore ſcientiæ. ¶ In gl. pen. ibi, filij ſui iuris] Hoſt. con-
tra, dicens, q͛ licet ſoluatur patria poteſtas per expoſi-
b tionem, non tamen [b] per alimentorum denegationẽ,
tum quia iura ſanguinis, quæ naturalia ſunt, ciuilis ra-
tio non perimit, ff. de cap. di. eas obligationes, inſti. de
legi. agna. tu. §. fi. tum quia alijs remedijs locus eſt ad
patrem cogendum, de quibus ſupra d. conuerſi. infi-
de. ca. 2. & ſic dicit corrigendum, quod no. in ſum. co.
tit. §. quid iur. [& ibi. c. vlt.] vbi de hoc no. Phi. [& ibi
7 † monaſterium] quaſi ſecus, ſi ſolus Abbas, ſecundum
Bar. Brix. in quæſtione domini. 8. Eſto, q͛ monacũ, idẽ
Guil. in Spe. de ſta. mo. ver. 41. [& in fi.] no. Goff. de of.
ord. quanto. hoc verum, quando ille ingreditur aliud
monaſterium. Si vero nullum monaſteriũ ingreditur,
putat, quod adhuc acquirit primo; alleg. §. ſed ſcimus,
quem alleg. gloſſ. & idem dicit de licentiato, vt aliud
quærat mo. qd ſ. interim acqrit primo; alle. ff. de mili-
te. ex eo tpe, & de hoc in Spec. de ſta. mo. ver. 42. & de
8 hoc 18. q. 2. Abbates. ¶ In † gloſ. vlt. in fi.] adde quod
not. 87. diſt. c. vlt. in gloſ. 2. hic, ſcilicet quod repetitur
a recolligente expenſa facta in arte erudienda. C. eo.
l. 1. alimenta non reperit, niſi fuerit proteſtatus, ff. de
neg. ge. Neſennius; vel niſi filiam eius recuſet ducere
in vxorem. C. de nupt. patrem, quod de proteſtatione
dictum eſt non haberet locum in eo, qui impenderet
id, ad quod teneretur, ſecundum Ioan. qui hoc no. 12.
q. 2. & ſacrorum.

ADDITIONES.

a ¶ No. per gl. vide Bar. in l. quod ſeruus, infra alleg.
b ¶ Tamen cum gl. videtur concordare gl. in c. fi. 84. diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Specie ſæpe præmiſſa ſubmittitur genus.
2 *De homicidio loca iuris alibi, quam hic tractantia ſuggerit.*
Sub voluntario & caſuali, quæ ſpecies alia comprehendantur, num 4.
3 *De genere prius an ſit tractandum, poſtea de ſpecie.*
4 *Diſtinctio an debeat eſſe plena in titulo.*

De homicidio voluntario, vel caſuali, Rubrica.

1 ¶ Viſo † de ſpeciali homicidio, ſubmittit ſub. gene
ralem. Et quia homicidiorum aliud volũtarium, aliud
caſuale, de vtroque hic exprimit ſecundum omnes. &
ſic ſæpe præmiſſa ſpecie ſubmittitur genus, ſupra de
reſcript. ſedes. interdum econtra, de off. ord. ad repri-
mendam, ſecundum Hoſt. de hoc no. infra de reg. iur.
2 li. 6. in prin. habetur † materia 50. d. miror, & 4. c. ſeq.
& §. quod vero, vſq; ad §. præmiſſis, 23. q. 5. per tot. de
pœ. di. 1. periculoſe, cum 5. c. ſeq. & l. ſi quis cum telo, &
duabus ſeq. 15. q. 1. nec is, vſque ad fi. quæſtionis 32. q.
2. q͛ non formatum, & duobus ca. ſe. 32. q. 2. interfecto
res, cũ 5. ca. ſe. & c. latorem. repetitur in 6. lib. & in cle.
Cougruit, de temp. ord. c. fi. de æta. & quali. ad aures,
qui cle. vel vo. c. 1. de accu. inquiſitionis, in prin. de ex
ceſ. præla. ex literis. Item lib. 6. ne clerici, vel mo. c. fin.
pœnis, fœlici, §. ſi quis vero, & clem. eo. tit. ſi quis ſuadẽ
te. §. quæ omnia. propter commentum decr. Io. oppo-
3 nitur † ad rub. q͛ male ſituata, cum enim ſupra & infra
tit. proxi. de ſpeciebus homicidiorũ tractetur. aut de-
buerat compilator primo genus, poſtea ipſius ſpecies
tractare, aut econtra, vt eſt dictum. & ſic contra, de or.
co. c. 2. reſponde, q͛ non omnium &c. de hoc ſupra de
reſcrip. ſi quando. vel dic, q͛ infra non tractat proprie
de ſpeciebus homicidiorum, ſed de actibus, per quem
non ſemper, licet quandoque ad homicidia peruenit-
tur. Item opponitur, q͛ ſi ſufficiebat dixiſſe de homici-
dio, & ſic reliqua pars rubricæ ſuperflua. Sol. cum hoc
addiderit ad inſtructionem noſtram, nõ conqueri, ſed
regratiari debemus, ſupra de ec. bene. c. vno. ver. quia
p ergo. & eſt ſi. ſupra de ſi. & ne aliquid &c. Item † oppo-
nitur, ex quo inſtruere volebat diſtinguendo, debebat
plenius ponere, ſcilicet etiam de neceſſario. Item quia
homicidium iuſtum, & iniuſtum, de vtroque etiam de
buit exprimere. Reſpondeo, ſatis eſt, q͛ in paucis tibi
per laborem amici conſulitur. C. de neg. ge. tutori, &
ff. de admi. tu. tutores, §. qui ſe, in fi. vel dic, q͛ omnia
prædicta comprehenduntur ſub homicidio volunta-
rio, vel caſuali. nam iudex & miles, licet iuſte, volunta
rie tamen occidit. neceſſarium etiam ſub voluntario
comprehenditur. voluiſti enim occidere, vt tibi vitam
ſeruares. interdum ſub caſuali ſecundum modum quẽ
ponit gloſ. magna in fin. quæ eſt, infra eo. ſicut digni.
de materia vero huius tit. diſtinguas, vt ibi. ¶ In ſu-
praſcripti. Exodi 21.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium neceſſitas an excuſet.*
Mori quibus modis capiatur.
Mortis pœnam corporalis, vel ſanguinis canon non imponit.
Ad ſcientiam quid inſeritur aliquando, non obſeruationem in ſia.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
Capituli huius intellectus quis.

C A P. I.

1 Si quis Breue [Occiderit] nulla † neceſſitate cõ-
pulſus: alias contra, vt patet ĩ. c. 1. & 2.
Hoſt. [Moriatur] in peccatis. Vin. vel. i.
ad pœnitentiam humilietur. 50. diſt. quid eſt. vel. i. de-
2 ponatur, quod habet inſtar mortis [a] 2. q. 7. §. qua ergo.
vel moriatur peccatum. i. agat pœnitentiam. ſimilis ex
poſitio 27. q. 1. quæ Chriſto, & c. de filia. Goff. ſic diuer
ſimode exponitur: quia canon non imponit pœnã mor
tis corporalis, vel ſanguinis: ſed planum eſt, q͛ hæc nõ
fuit conſtitutio papalis, ſed lex Exodi, qua ſæpe impo-
nebatur pœna mortis. & hic inſeritur, vt ſciatur, non vt
b in canonico foro ſeruetur, ſic 5. q. vlt. delatori. [b] ¶ † Se
2 cunda gl. huic caſui addit duos ſimiles caſus. ¶ † In
3 gl. 2. §. ex his,] alias, de his. neutrum eſt ibi: bene tamẽ
eſt ibi, verſ. de his, ſub §. 1. ſed non facit, niſi inducere
illã copulam, & ſine præiudicio. Inueni in quadam an-
tiqua correctum c. vl. & ad hoc facit quod ibi dicitur,
hoc ſolum, quod irreprehenſibile eſt &c. voluit forte
inducere 23. q. 4. §. ex his (& ibi, publicus latro) & ad
4 † hunc caſum reſtringi poteſt hoc ca. dicit Abb. q͛ Pe.
intelligebat plane capitulum, prout verba ſonant, q͛
ſcilicet per inſidias alium occidens immunitate non
gaudeat. Dicens, q͛ hoc non eſt mutatum. ergo ſtare
nõ prohibemr. C. de teſt. ſancimus. Sed certũ eſt, quod
tẽpore huius legis exodi non emanauerunt iura poſiti-
ua.

Google

ua, quæ dederunt immunitatem eccleſiæ, & ſic de illa non videtur intelligi poſſe, quod hic dicitur (& in fi.) vel loquitur de altaribus veteris te. quæ non erãt eius auctoritatis, cuius ſunt noſtra altaria, ſecundum Inn. dicit Hoſtiẽ. ꝙ poſſet intelligi de clerico, qui per hoc euellitur ab altari, ſ. per depoſitionem ordinis, & beneficij, & traditur poteſtati ſeculari, ſi eſt incorrigibilis: alias non, de iudic. cum non ab homine.

ADDITIONES.

a ¶ Mortis. Vide Inno. de accu. qualiter, el. 2.

b ¶ Delatori. Vide glo. & ibi Ioan. And. de ma. & obedien.

SVMMARIVM.

1 *Latronem occidentis pœna quæ ſit.*

Fur quis dicatur, & vnde dictus.

2 *Dies dominicus non eſt dies abſtinentiæ, & qui aliter aſſerit qualis habeatur.*

Ceruiſia quid.

Homicidium quid excuſet, in fi. & num. 5. quando impediat promotionem, nu. 5.

3 *Datorem largum & hilarem diligit Deus.*

De neceſſitate quod quandoque admittendum eſt pro æterna remuneratione ſponte diſtribuendum.

Pœnitentia debet eſſe longior, quam culpa.

4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

Cilicium quandoque vocatur ſaccus.

Pœnitentiæ arma quæ.

Peccatorum auxilia quæ.

Ieiunium præponitur ſacco.

CAPVT II.

1 Interfeciſti. Ponit † pœnitentiam occidentis latronẽ, cum ſe poterat aliter liberare, alias pœnitere nõ tenetur, niſi ad cautelam, ſecundum Abb. 2. ibi, ſi autẽ [Furem] nocturnum. Goff. quod notat verbi ſignificatio. dicitur enim fur a furno. i. nigro, ideo quia clam & obſcure, & vt plurimum de nocte furatur, inſtit. de ob. quæ ex de. §. ſecun. Hoſt. qui de hoc no. plenius in ſum. de furtis (Latronem) diurnũ. Goſ. datur verſus. Tempore nocturno fur aufert: latro diurno. & vide aliter de furtis c. 2. (Apprehẽdi) puta de die (Abſtineas) ſ. 2. 4. & 6. feria: in alijs temperatur, vt ſequitur (Sabba
2 to] de † die dominico nil dicit: quia non eſt dies abſtinentiæ, de conſe. diſt. 3. ne quis. & ſtudioſe contrariũ aſſerẽs ſuſpectus eſt de fide. 26. q. fi. ſacerdos. & adde, quod habes 30. di. ca. fi. (Mediocri) q. d. temperata & debili, vt vĩ ebrietas [Ceruiſia] quæ alias dicitur ſicera, de qua vide in Hier. ſuper Eſai. li. 9. (Sine odij) quaſi caſu, qui non potuit præuideri, vel neceſſitate vrgente [maque] non dicit, Te, vel tua, ſecundum Io. & qui hoc no. 23. quæſtio. 3. in prin. (Interfeciſti) cum ipſum comprehendere non poteras, nec ab ipſo aliter liberare. Goſ. [Intelligentiã) i. clementer & benigne. Goſ. i. vt cito tibi indulgeatur. Hoſti (Volueris) q. d. nõ re-
3 neris [Largiter.) quia † largum & hilarem datorem diligit Deus. 16. quæſtio. 1. prædicator, de dona. capitulo primo, dicit Cyprianus, quod de neceſſitate quandoque admittẽdum eſt, pro æterna remuneratione diſtribuendum eſt (Presbyter) i. ſacerdos, diaconus, & ſubdiaconus, de coh. cle. & mu. capitulo ſecundo (Eadẽ) quæ dicta ſunt in proxi. reſpon. non in primo (Fecerit] caſu fortuito: alias loquitur diſpenſatiue, ſecundum Hoſt. (Pœnitentiam) interiorem. Longior enim eſſe debet pœnitentia, quam culpa, de pœ. di. 3. produ-
4 ctior. Goſt. ¶ † Vlt. gloſſ. reſpondet per quæſtionem. ¶ in gl. 2. ibi, maculetur) facit, qđ habes de cri. fal. c. 3. ¶ In gl. 3. in fi. & de pœ. d. 3. Achab Rex, Go. quod quandoque ſaccus vocatur, vt in Hiero. parte ſecunda prodigio deſcripto per literam A. Item ſuper Ioan. ca. 2. C. ſaccus, & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ, & auxilia peccatorum, & ſi ex duobus neceſſarijs vnum ſubtrahendum, magis eligam ieiunium abſque ſacco, quam ſaccũ abſque ieiunio. ¶ In glo. 4. di. in fi.) & ſunt eſcæ prohibitæ, quæ trahunt ſementinam carnis originem, vt ibi. ¶ In glo. quãtum) hæc glo. intelligit de toro cõiugis, & ſic fortius a toro extraneæ: ſed alij intelligũt, quod in lecto non iaceat, ſed in terra, ſecundum Abb. ¶ In glo. de Anglia, ibi, fuit) quo ad potus qualitatẽ, ſed non quo ad quantitatem, ſecundum Ia. & Hoſtien.
5 de vi. & ho. cle. a crapula. ¶ In gl. vlt. in fi.) & † tunc ſecundum Hoſt. in nullo imputabitur, ex quo aliud facere non potuit. & eſt ſimile caſuali, quod etiam ſecundum illos, qui dicunt, ꝙ lex promotionis cõſiſtit in facto, non impedit promouendum, infra eo. lator. & dicit, quod nõ tenebat Clemens IIII. qui tamen in hac materia ſatis erat durus, & idem Clemens V. in ſua conſtitutione. eod. titu. ſi furioſus.

SVMMARIVM.

1 *Fur quis occidatur ſine culpa, & num. 4.*

Homicidium licet non imputetur aliquando vt hic, imputatur tamen ad irregularitatem.

2 *Sero quod fit non attribuatur nocti.*

3 *Lex ciuilis antiquior canonica.*

4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*

Ob tutelam ſui corporis quod quis fecit, iure feciſſe exiſtimatur.

5 *Additio gloſſarum.*

Armorum terror ſufficit.

Occidere quẽ etiam noxium in delitijs alterius reprobatur.

CAPVT III.

1 Si perfodiens. C. occiditur † fur diurnus ſine culpa, nocturnus vero nõ. 2. ibi. intelligitur, & in ſubſcriptio. Exodo. 22. [Nõ eſt illi] percuſſori (Homicidium (quo ad peccatum, eſt tamẽ homicidiũ quo ad irregularitatẽ, cũ aliter ſibi prouidere potuit: alias nõ, ſupra c. prox. vbi de hoc (Orietur ſol.) hæc lex Exodi facit pro ſtatutis, quæ duplicant pœnas maleficio-
2 rum de nocte commiſſorum, & tunc † dubitatur, quid ſi fiant de ſero? & ꝙ attribuantur nocti, facit hæc litera, quæ poſt ſolis occaſum vocat furem nocturnum. ad hoc ſupra de treu. & pa. c. 1. in prin. Item tenebroſitas attribuitur nocti, & lux diei. patet vtrumque, de of. de le. conſuluit, ad fi. facit C. de cuſto. reo. l. 1. Item Geneſis 1. in prin. Mane, & veſpere, dies vnus. Item dies eſt inter duas dimidiatas noctes. ff. de feri. more Romano. cum autem dicatur a dian, ꝙ eſt lux, vel claritas, illud ſolum, ꝙ clareſcit inter duas noctes, eſt dies. ad partem contrariã inducuntur omnia iura, quæ volunt in pœnalibus fieri benignam interpretationem, infra de re. iu. in pœnis, li. 6. cum concor. & regula, cũ ſunt partium, & regula, in obſcuris, quæ cum ſuis con. uolunt in dubijs mitiorẽ pœnam imponi, & reo faueri, & lex dicit, non puto illum errare, qui in dubijs quõnibus contra fiſcum facile reſpondit. ff. de iure fiſ. non puto, & ſibi imputet, quia legem clarius non dixit, infra de regu. iur. contra eum, cum concor. tertio allegatur, quod neutra pœna locũ habeat, cum ſit caſus tertius omiſſus in ſtatuto. ad hoc, de reſcrip. ſuſceptum, li. 6. & extendi poteſt hoc per ea, quæ ibi no. in gl. arg. contra. Et quæ ſuper ea dixi, ſed hæc argumẽtatio tollitur, quia dies, & nox ſunt cõtigua, & ſic ipſorum extrema ſe contingunt, vt patet Gen. 1. in prin. bene facit. ff. de adul. le. capite, ibi, Per horas diurnas nocturnaſque continuas. Sol. Guido de Suza. in ſuis quæſtionibus ſtatutorum, & in leg. more Romano, ff.

de ferijs,placet ſecũda pars,aliquibus prima,& ſic au
diui terminatum.puto primo conſiderandum,ſi in lo-
co ſignum campanæ, vel aliud deſigat hanc diuiſio-
nem: alias putarem veuire in arbitratu, an tenebroſi-
tas faciat attribui nocti, an potius aliqualis claritas
diei: in dubio mitiorem eligere putarem,cum iura in-
2 ducta diſtinctioné probent.[a][Quia poterat]quia dies
erat.hoc infra exponit[Iſta]ſ.lex Exodi,quam Auguſ.
3 hic gloſſabat.]non enim lex † canonica eſt antiquior,
quam ciuilis.& de hoc dixi ſupra de ſum.tri.c.1.§.hæc
ſancta[Quoquo modo]i.ſiue ſe defendat,ſiue non. ad
hoc infra e.tua.§.1.[Iam enim]ſ.ex quo telo ſe defen-
dit[Plus eſt]i.plus de ipſius malitia præſumitur,ſ.φ ve
4 nerit etiam ad occidendum. ¶ † Gloſ.3.quærit, & op-
ponit.iterum quærit,& ponit op.Hug. ¶ In 3.gloſ.ibi.
§.lex]ſequitur.12. tabularum furem nocte deprehen-
ſum occidere permittit,vt tamé id ipſum cum clamo-
re teſtificetur[Et ibi furem]occidens furem nocturnũ
non tenetur, ſi parcere illi ſine periculo ſuo non potuit
[Et ibi,vt vim]quod ob tutelam corporis ſui quis fece
rit,iure feciſſe exiſtimatur[Et ibi,itaque,in prin.] vi-
5 de de iniur.cap.3.ſuper gl.2. ¶ In † gl.1.in fi.]forte pa
rietem,vel ſub pariete,vt faciebãt fures antiqui. ¶ In
gl.2.ibi,quidam]Goff.hic La.Tan.Phi.& Hoſt.& Ab.
(& ibi,in princ.) ſufficit enim terror armorum.ff.de vi
& vi ar.idem eſt.§.qui armati.Tan.In ſuperſcrip.Hie-
ro.ſuper Matth.lib.6.vbi poſt finem huius cap.ſic ſub-
dit.legimus in Ro.hiſtoria Flamminium ducem Ro-
manorum, qui cubanti iuxta ſe meretriculæ,quæ nun-
quam vidiſſe ſe diceret hominem decollatum aſſen-
ſus ſit, vt reus capitalis criminis in conuiuio truncare-
tur,a cenſoribus pulſum a curia:quia epulas ſanguine
miſcuiſſet, & mortem,quamuis noxij hominis in alte-
rius delitias præſtiterit,vt libido, & homicidium pari
ter miſceantur, illam etiam hiſtoriam ponit Val. li.2.
cap.4.§.ſicut Pontius.

ADDITIO.

a ¶ Probent. Vide Bar.in l.qui duos.§.hæc conditio,ff.de manu-
miſ.teſta.& in l.aut facta,ff.de pœnis,& in l.Titius.§.1.ff.de li.&
poſt.& in leg.1.§.hoc autem, ff.ad Sil.in l.non minorem. C.de
tranſactio.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quem non obligat ad homicidium.*
Inter polliceor,& promitto differentia.
*D.Ioannis Baptiſtæ excellentia,ab Herode cur miſſus in car-
cerem,num.3.*
2 *Epilogus,& ſuppletio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 Cum iuramento. C.† Iuramentũ nõ obligat quẽ ad ho
micidium(Pollici-
tus)pollicemur ſponte,promittimus rogati.datur ver-
ſus, vltro polliceor, promitto ſæpe rogatus (Herodes)
M.14.M.6.(Quodcunque)etiam ſi petiſſet dimidiam
ſui regni partem, vt ponit hiſtoria (Matris ſuæ)ſ.ipſius
Hero.i.ſi petijſſet, φ Herodes daret caput patris vel
matris propriæ, non dediſſet: vel reſpiciunt puellam.
ac ſi diceret,Si puella petijſſet caput patris.i.ipſius He
rodis, vel matris ipſius puellæ vxoris Herodis&c.(in
propheta)i.in Ioanne Baptiſta, qui etiam fuit plus, q̃
propheta.T.Matth.11. A.quod Hiero.contra Lucife-
rianum. B.exponit dicens, quod nulli prophetarum
contigit quod Ioanni.ſ.annuntiare Chriſtum, & di-
2 gito demonſtrare. ¶ † Gl.3.reſpondet per quæſtioné,
an in ſuis facere debuiſſet. ¶ Quarta per quæſtionem,
3 an exeuſetur,ſi de facto in ſuis&c. ¶ In†gl.3.ibi,ſicut)
vide in proœmio ſuper vlt.gl.(Et ibi,obligatione)vide
de priuil.paſtoralis,ſuper vlt.gl. ¶ In gl.2.in fi.]B.Ioã
nis Baptiſtæ, qui cum reprehenderet Hero.quod non
liceret ſibi fratris ſui relictã in vxorem habere.26.d.
§.Ioannes, carceratus erat per Herodem ad mulieris
inſtãtiam, vt habet hiſtoria ¶ In gl.carcere,ibi, exce-
pta)de iureiu.c.1.de reg.iur.in generali,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Homicida eſt,qui facit, vel dat ſterilitatis ſortilegia,vel ve-
nena,& quando in fi.& n.3.*
Non contrahit tamen irregularitatem,& quam nu.4.
Ad hæc cur deuenatur.
*Amatoria pocula præbens iudicatur vt homicida, ſi moria-
tur is,cui data fuerunt.*
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,num.3.*
Abortum inducentis ſibi,vel alij pœna,& num.4.
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 Si aliquis Homicida † eſt qui facit, vel dat
ſterilitatis ſortilegia, vel vene-
na [Libidinis] erat forte mulier
talis, quam non decebat grauidam apparere: vt er-
go libidini licentius vacaret, hoc fiebat (Odij) forte
nolebat illum, vel illam habere filios, vt eſſet ingrata
coniugi,vel vt illi ſuccederet ab inteſtato, vel facilius
ex teſtamento, vel his ſimile(Meditatione)ſi dedit a-
moris cauſa,nõ vt interficeret,ſimiliter punietur: quia
dabat operam illicitæ rei,& vltimo ſupplicio ſupponi-
tur.ff.de pœn.ſi aliquis. §.ſi quis Vin. (Fecerit) puta ſor
tilegium ſine cibo,vel potu(Generare)vir.ſ.(Concipe
re)mulier.vel repete, vt non poſſit iam concepta(Ho-
micida) verius, ſi viuificatum erat conceptum:alias
2 interpretamur, vt dicit gloſ. ¶ † Gl.1.diſtinguit pœ-
nam legalem, ſpiritualem,& irregularitatis,diſtiguit
3 etiam,an conceptum ſit animatum, nec ne. ¶ In † gl.
1.ibi, qui abortionis)ibi dicitur talem, ſi humilis eſt,
damnari in metallum: ſi honeſtus,relegatur in inſulã
amiſſa parte bonorũ.ſed ſi ex eo mulier, vel homo pe-
rierit,ſupplitio ſummo afficiũtur(Et ibi,ſi mulierem)
Exulatur mulier, quæ viſceribus vim intulit, vt partũ
abigeret(Et ibi.l.vlt.)qui abigerunt infantes, forte
ſpem mortis circa illos habuerunt (& ibi,necare)vide
4 ſupra tit.1.cap.vno,ſuper 4. gloſs. ¶ In gl.1.ibi,actu)
ad hoc 15.q.1.ſi quis non iratus.Io.cõtra,de pœ.diſ.1.
periculoſe, vt in vlt.gl.dixit hic Go.non eſt iſte irregu
laris iſta magna irregularitate & indiſpenſabili, de
qua 50.diſtin.miror, ſed irregularitate quæ contra-
hitur pro mortali peccato.25.diſt.§.criminis(& ibi,
ſicut ex literarum)& adde quod ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
Factum pro præſumptione eius capitur hic.
2 *Circumſtantiæ in delictis ſunt attendendæ,& quæ,& n.16.*
3 *Credendum in foro pœnitentiali.*
Ferc,diminuit hic.
4 *Mulcta ſolet iudicis arbitrio relinqui.*
*Incitantium ad odium, vel homicidium pœnitentia quæ, in
fi.& num.5.*
4 *Conſulens clericum verberari.quando excommunicatus ſit.*
Ex conſilio qui,& quatenus teneantur,nu.8. & num.12.
6 *Cuſtodientiũ ſarcinas occidentiũ pœnitentia, tũcto contextu.*
7 *Miniſterium præbens combuſtioni hæretici ſit irregularis iũ
,cto Speculatore citato.*
Occupantium ſpolia ſancti viri pœnitentia.
8 *In actionis defectum datur actio de dolo.*
9 *Comites cuiuſpiam euntis ad rapinam, vel deuaſtationem in
quod teneatur.*

Opem

Opem dandes in maleficio ad quid teneantur.
Opem dare qui dicantur, & ſupra num. 2.
10 *Damnum dans culpa, vel negligentia ſolus, vel cũ alijs, quatenus teneatur.*
Fori ſpiritualis, vel animæ, & fori contentioſi differentia in refectione damni.
11 *Participantium interfectoribus excommunicatis pœnitentia quæ.*
Affectio duplex.
12 *Morti præſtantium clericorum conſilium, auxilium, vel fauorem pœnitentia quæ.*
Clerici non debent intereſſe, vbi pœna ſanguinis profertur.
Clauſtrum quandoque non inuenitur.
13 *De homicidio qualiter agatur, & eius pœna quæ, & nu. 18. quibus committatur modis, num. 18.*
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 15.*
De perſuaſore ad maleficium, remiſſ.
Cedens bonis a quo liberetur.
Soluens alteri quam creditori quando liberetur.
Immiſcere rei ad ſe non pertinenti culpa eſt, in fi.
16 *Additio gloſſarum.*
17 *Interitu ſpeciei quando quis liberetur.*
18 *Contra mandantes vt agatur ex ſtatuto contra homicidas edito. §. & ſcias.*
19 *Cum homicida voluntario papa diſpenſare poteſt, an ad ſuperiores ordines aſcendat, & habeat exercitium ſuſceptorum, num. 20.*
20 *Miſericordia pro diſpenſatione.*

CAPVT VI.

Sicut dignum. Propter multa dicta nõ ſumatur. ſed hic præmit-
2 titur. q † epiſcopus Exonien. receperat per commiſſionem papę, q abſolueret occiſores B. Th. & illos, qui fuerant ſuæ mortis culpabiles, & forte expreſſerat pęnitentiam occiſorum. ipſe vero, quia inuenit diuerſas culpas, ſuper illis papam cõſuluit, qui reſcribit, vt ſequitur (& infra) continebat deciſa, q ſicut dignum erat & rationabiles difficiles q̃ones ad papã deferre, ſic, & ſuſcepto miniſterio papa debebat illas ſoluere, & quærentibus reſpondere [Noſti] ideſt † noſce præſumeris [Conditio] liber, an ſeruus: ſubditus, vel alius: religioſus, vel ſecularis: nobilis, vel plebeius (Locũ] an ſacer ſit, an profanus [Tempus] an ieiunij, an ſolitum [Pęnitẽtia] & ſic ipſa vi, ſequitur, q ſit arbitraria. de hoc de pęn. ſignificauit, in fine [Vno] loco commiſſum, de ſentent. excomm. cum pro cauſa. cum concord. vel in vno homine, ſupra de hæretic. excommunicamus. §. ſi vero [Illi autem] pęnitentia illorum, qui habuerunt animum occidendi, feriendi, & capiendi. Inno. [Sanctum] beatum Thomam martirizatũ tẽpore Henrici maioris, vel patris regis Angliæ [Circa manum n̄] i. manus nõ iniecerũt: quia id fuit p
3 ſocios expeditum [Fatentur] in foro † pęnitentiali, in quo credendum eſt [Captione] forte vallauerunt, vel circundederunt locum [Pari] quia interfectores, & forte papa illam expreſſerat in prima commiſſione [Ferre pari] denotat aliqualiter minorem culpam [Illi ẽt] pœnitentia prohibentium vim inferri occiſoribus [Ferirent] & ſic non habuerunt animum occidendi, & in
4 hoc differt a proxi. [Mulctari] quia † mulcta ſolet iudicis arbitrio relinqui. ff. de ver. ſignif. ſi qua. ideo vtitur hoc verbo ſecundum Hoſt. ad denotandum pœnitentias arbitrarias [Scriptum] non ad literam, ſed ad mẽtem, prouer. 24. B. Erue illos qui trahuntur ad mortẽ, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. ad idem Eccl. 3. [Non eſſe] ſup. illos [Qui vero] pęnitẽtia incitãtium regem ad odium. Inn. [Inflamaſſe] per hoc
5 & per iura quæ alleg. gl. arguit Hoſt. q † conſulẽs clerici verberari, excommunicatus eſt, cum delicto conſentiat. 16. quæſtione. 4. omnes. infra de ſenten. excommunicat. quantæ, vbi de hoc. quod intelligitur, quando ex conſilio ſecuta eſt percuſſio: vel cum participat crimini præcedenti, de ſentent. excommunicatio. nuper. §. in ſecũda [Ad odium] aliud eſt inflammaſſe ad odium: aliud ad homicidium, vt hic paret [Ita ſeuere] ſicut ij, de quibus dictum eſt proxime [Hi quoque] pœ-
6 nitentia cuſtodientium ſarcinas occiſorum, Innocen. [Sicarios] forte hoc intendit, venerunt armati ad terram, & prope ciuitatem, vel locum maleficij: & dimiſerunt veſtes, mulos, & ſarcinas, & dimiſerunt aliquos ad illorum cuſtodiam: & illi bene videbant, & ſciebant, quod illi ibant, vt occiderent, ſed neſciebãt quem: vel forte ſciebant, q ibant illum ſanctum occidere, licet illorum conſilio id non fuerit machinatũ. & hoc placet Hoſtien. primum plus mihi placet [Mini-
7 ſterium] arguit hic Abb. contra † illos, qui ad locum, vbi comburi debet hæreticus, portant vitẽ, vel aliud, & de hoc in Spe. in tractatu diſpen. §. iuxta propõnis, verſ. quid de his, qui propter. 12. col. [Eos inſuper] pęnitentia occupantium ſpolia ſancti viri, vel ſuorum. Innoc. [Occupauerunt] ſecundum Innoc. & Hoſtien. hi, qui occupauerunt bona ſancti, ſed in occupationibus aliorum non fuerunt culpabiles, licet ſimul concurrerẽt cum alijs in occupationibus faciendis, non tenẽtur
8 niſi de illo, quod ad ipſos peruenit, vt hic. Si † vero in illa occupatione fuiſſent alias culpabiles, vt quia alij conſuluerunt, vt raperent, tunc tenentur in ſolidum: quia de dolo, & conſilio illorum hoc eſt factum. vnde, licet non tenerentur interdicto vnde vi, vel vi bonorum raptorum, de dolo tamen actio competit, ſicut & quando vnde vi, & vi bonorum rap. competit, ſed ignoratur, contra quem agatur, vel deficit probatio, vel quia perſona, contra quam agi debet, terribilis eſt, vel propter quancunque aliam cauſam, in defectum dabitur de dolo actio, ar. ff. de do. l. 1. & 2. §. fi. & l. ſequentibus, & l. & eleganter, p. t totum, & ſequentibus. quinimo & quo ad conſilium animæ omnino tenetur talis conſiliarius, etiam ſi ſpoliatus poſſet agere contra alium, niſi forſan occupanti ex corde remiſiſſet. tunc enim liberatus eſſet conſiliarius, non ſic econtra, arg. ſupra de conſtit. tranſlato. ff. de reg. iur. cũ principalis. liberato ergo conſiliario non eſt liberatus raptor, vel is, ad quem rapina peruenit, niſi appareat, quod eos intendit liberare: quia licet acceſſorium ſequatur principale, illud tamen non conuertitur. & qđ dixi liberari conſiliarium liberato raptore, verum eſt ſaluo eo, quod ad eum peruenit. illud enim non remittitur in conſilio animæ, niſi redderet, vel alius pro eo ſatisfeciſſet. in quo quidem caſu & alij, qui ſatisfecit non damnum paſſo, conſiliarius hoc, quod ad ipſum peruenit in eodem iudicio animæ reſtituere teneretur, licet in contentioſo iudicio ſecus eſſet, ſi vero non dedit conſilium de rapina, iuit tamen cum raptore, non vt iuuaret ad rapinam, quam diſſuadebat, ſed vt iuuaret epiſcopum, ne ab aliquo lædi poſſet, tunc ſi raptor inuentus eſt in rapina, non tenetur conſiliarius. ſi autem tali conſilio fretus res aſportauerit, tenetur talis auxiliator: quia ad rapinam committendam & ſi non conſilium, tamen opem dedit, dummodo ſine eo nõ potuiſſet res aſportare. nam ſi ſine eo aſportaſſet, in nullo teneretur, quod ſi nullus aſportauit, licet alias damnum dederit, non tamen teneretur is, qui diſſuaſit, quamuis iuerit ad hoc ſolum, vt perſonam liberaret, niſi forſan raptor nullatenus fuiſſet, niſi alterius comitatum habuiſſet. nam in iſto caſu ſemper tenetur: quia & ſi non ſuaſerit, ope tamen vel facto iuuit. ff. ad leg. Aquiliam. item Mela. §. primo, ſecundo, & tertio, & §. ſi plures turbantur, & §. item cum eo.
9 ¶ Quid ſi † multi comitati ſunt malefactores, qui ibant ad rapinam, vel deuaſtationem aliquarum rerũ

facienda, diſſuadebant tamen maleficium, ſed iue-
runt, ne malefactor lædi poſſet, & etiam, vt impedi-
rent aduerſarios, ſi vellent prohibere rapinam, vel de-
uaſtationem? Reſpondeo. non tenentur in iudicio ani-
mæ, niſi de eo, quod commiſerant, vel quod eorum
auxilio commiſſum fuit, etiam ſi ad hoc iuiſſent, vt
violentiam committerent, eo ſaluo, quod vnuſquiſ-
que ipſorum de vaſtis, quæ facta non fuiſſent, ſi ipſe
cum alijs ibidem non interueniſſet, in virilem portio-
nem tenetur, ſi eius & aliorum timore alij vaſtum fe-
cerunt: alias autem non teneretur aliquis ipſorum, qui
nec facto, nec conſilio rapinam commiſit. aliud eſt
ergo in illo qui vadit, vt auxilium præbeat: qui non
tenetur niſi de illis, in quibus auxilium præſtiterit, vt
in hac quæſtione: quia talis non tenetur niſi de dam-
no, quod dedit: aliud de illo, qui conſilium dedit: quia
conſilium ad omnia damna euagatur, vt not. in ſupe-
riori verſiculo iſtius glo. Sin autem nullius timore ſpe-
cialiter, ſed omnium ſimul ij, qui damnũ recipiebãt,
non fuerunt auſi iniuriam propulſare, & ſic damnum
datum fuit, tunc ſinguli pro ſingulis damnis tenentur
in ſolidum, quia vnuſquiſque in quolibet damno opẽ
dedit. quod verum eſt in iudicio contentioſo. ff. ad le.
Aqui. item Mela. §. ſi plures. * in iudicio vero animæ
proportionabiliter tantum vnuſquiſque tenetur: ita
tamen vt habeatur æſtimatio eorum, qui magis ſtre-
nui erant, & qui magis timebantur. nam & illi in plus
tenentur. ſed ſi aliquis iuit, vt delinquentes tantum de
fenderet, non ad rapinam, in nullo tenetur, dummo-
do hoc certum ſit aduerſarijs, alioquin tenetur, ſi pro-
pter eius præſentiam aduerſarij non fuerunt auſi exi-
re: quia præſumptionem probabilem habuerunt. &
idem eſt de illis, qui vadunt cauſa pacificãdi, ſi aduer-
ſarij probabiliter dimittant timore ipſorum, ꝙ ſuas
res non defendant. ſignificent ergo iſtud aduerſarijs,
ſi volunt eſſe ſecuri, de irregularitate dicam infra eo.
petitio. in gloſ. no. quod, in fi. Ille vero qui vadit, vt ra-
ptorem defendat in maleficio, tenetur inſolidũ ſicut
raptor, vt ſupra eo. cap. §. illi etiam. & de hoc no. infra
10 eo. petitio. §. 1. ¶ Sin autem † culpa, vel negligentia
alicuius datum ſit damnum, vt ſi non bene cohibuit
ignem, ne ad domos aliorum vagaretur. l. Aquili. te-
netur. ff. ad l. Aqui. ſi ſeruus ſeruum ab illo. §. ſi arbuſtũ,
vſque ad §. ſi cum apes, & l. qui occiderit. §. pen. quod
verum eſt in foro contentioſo: in ſpirituali vero non
tenetur ad emendam, ſed eſt tantum de negligentia
pęnitentia imponenda, ar. 15. quæſt. 1. inebriauerunt,
niſi & is, qui ignem appoſuit, damnum dare intende-
ret, vel in lata culpa eſſet, vt ſi in domum plenã ſtipula
ignem proiecerit. Hoc etiam generaliter teneas in fo-
ro animæ, ꝙ ex quo per quemcunque ad plenum ſatiſ-
factum eſt læſo, alter vlterius ſatisfacere non tenetur:
ei tamen compenſare debet, qui pro omnibus ſatisfe-
cit, ſed nec ſufficit delinquenti, ꝙ læſo ſatisfecerit, imo
eſt ei alias pro peccato, quod commiſit, ſpiritualis pę
nitentia iniungenda, vt patet etiam in gl. In foro vero
iudiciali, ſi poteſt diſcerni, cuius culpa damnum datũ
ſit, ille ſolus tenetur: alioquin omnes tenentur inſoli-
dum, vt ff. ad l. Aquil. Item Mela. §. ſi plures, & tribus
§. ſe. & l. ita vulneratus. §. fi. ff. de furtis, vulgaris, reſpõ.
1. §. fi. ff. arbo. fur. cęſa. ſi plures. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi a-
pud, & l. in depoſiti. 23. queſt. fi. cap. fi. Sed contra, qa
etiam vbi diſcerni non poteſt, vnuſquiſque tantũ pro
parte tenetur. ff. depoſiti. l. ſ. g. ſi duo. Sol. illud verum
eſt, ſi agitur condictione furtiua, vel depoſiti act. nam
ſi pro vaſis contrafactis agatur l. Aqui. tunc vnuſquiſ-
que inſolidum condemnatur, vt innuitur in e. l. ibi, nã
certe verum eſt inſolidum vnumquemque dolo feciſ-
ſe, & niſi pro ſolido res nõ poteſt reſtitui, ſi l. Aqui. aga
tur, ſecundum Innoc. cuius eſt quaſi hæc tota gl. quam
etiam poſuit Hoſt. addebat tamen Inn. quoſdam dice
re hoc locum habere in conſilio animæ. Item quod
hæc obtinent in his delictis, vbi quis non tenetur, nec
de ope, nec de conſilio, tunc enim quilibet teneretur
etiã ſi damna diſcerni poſſent [Moderata] quia arbi-
traria [quidam] alias, quædam [Illi præterea] pœniten
11 tia † participantium interfectoribus excõicatis [Affe-
ctione] damnabili. 11. q. 3. quatuor. Eſt enim quædã
affectio neceſſaria, de qua loquitur gl. [Scienter] iſti
plus delinquunt, infra de ſentẽ. excomm. ſignificauit.
[Indicenda] dixit Hoſt. a princ. vſque hic. 6. gradus po
ſitos, in quibus. ¶ Peccatum deſcenſiue minuitur, &
12 ſic diminuitur pęnitentia [Clericos] pęnitentia † cleri-
corum præſtantium morti conſilium, auxilium, vel fa-
uorẽ [Interfuiſſe] nec mirum, ſi hi puniuntur: quia nec
debent clerici intereſſe, vbi iuſta ſanguinis ſententia
profertur, ne cler. vel mo. ſententiam, de exceſ. præ. ex
literis [Separatim] nunquid cum alijs ſic poſt pœniten
tiam T. idem Inno. ſed nec ipſum reſponſorium ſimul
cum verſu dicent per ſe in tertia, vel alijs horis cano-
nicis, quod alias poſſent ex diſpenſatione epiſcopi. de
hoc infra eo. ad audiẽtiam. §. 1. in fi. quicquid dicatur
præter pſalmodiam, non videtur eis aliquid reſeruari
ſecundum Hoſt. [Fieri poteſt] hoc dixit, quia quando-
que clauſtrum non inuenitur vel propter nimiam mul-
titudinem, de ſimonia, quoniam, vel quia fieri non po
teſt ſine graui ſcandalo, de regul. cap. fi. [Recludẽdi]
alias retrudendi, non perpetuo, ſed ad tempus, vt ſe-
13 quitur, Hoſt. [Quinquennium] dixit † Vin. ꝙ ſecundũ
leges de caſuali homicidio agitur l. Aquil. ad pœnam
pecuniariam. ff. ad l. Aquil. l. 2. 3. & 4. non ad corpora-
lem. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. & l. cum. ſi tamẽ aliquis pre-
ſtiterit cauſam ad homicidium alterius per laſciuiã,
per quinquennium relegatur. ff. ad l. Cor. de ſica. le. 4.
§. 1. ſecundum canones quinquennis pœnitentia im-
ponitur. 50. diſt. eos homicidij enim voluntarij pœna
ſecũdum legem eſt in ſubliminibus deportatio, omni-
bus bonis ademptis: in minorib. decapitatio. cod. tit.
l. 3. §. legitur, & l. pe. ſecundũ canones clericus depo-
nitur: laicus excommunicatur. 50. diſ. ſi quis viduam,
14 & c. ſi quis volũtate. Vin. hic, & Goff. infra c. fi. ¶ † Gl.
alias al. contraria, & ſoluit. ¶ Gl. pen. diſtinguit homi
cidium voluntarium, caſuale, & neceſſarium, & in ſe-
15 cũdo & tertio ſubdiſtinguit. ¶ In † gl. de perſuaſu, ibi.
§. 1.] loqtur in illo, qui perſuaſit medicamẽtũ (& ibi.
§. vlt.] loquitur in illo, qui pſuaſit ſeruo fugam, furtũ
vel iniurã. ¶ In gl. alias inanis, ibi nã is] hanc & ſe. vi-
de in c. olim, hic alle. in 1. gloſſ. & ſuper illa [& ibi. l. 1.]
cedens bonis, ſi ſolidum creditor non recipit, non libe
ratur: ſed in hoc iuuatur: quia non tenetur in carcere
[Et ibi, l. vlt.] quam habes 12. quæſt. 2. ſi ſine. ¶ In glo.
quia non, ibi, inuito] ſi inuito, vel ignorante creditore
alteri ſoluo, non liberor: ſecus, ſi ipſo mandante, vel ta
cũ habente. ¶ In gl. pe. ibi, culpa eſt] ſequitur, ſe immi
ſcere rei ad ſe non pertinenti. ¶ In gl. vlt. ibi, ſi plures)
ſi ex tribus arbitris vnus in 15. alter in 10. alter in 5. cõ
16 demnat, valet ſñia in 5. ¶ † In gl. 2. ibi, mediocre) qd
dic, vt ſupra de temp. or. ex tenore, & c. fi. ¶ In gl. 3. in
fi.] de cohi. cle. veſtra. ¶ In gl. 22. ĩ fi.] La. ponebat ver
ſum, Quantum, quale, ſcelus, ætaſque, ſciẽtia, ſexus, Cõ
ditio, tempus, locus iſta, modusque notat. Tan. aliter.
Quid, vbi, quare, quantum, quis, quomodo, quando.
Quilibet obſeruet animæ medicamina dando. Idem
Vin. Gl. Phi. ¶ In gl. ex corde, ibi, adulteria] & reliqua
delicta. ¶ In gl. 88. in fi.] & de triplici gradu innocen-
tiæ no. ibi. ¶ In gl. vnde, in fi.] ſicut & Saulus in lapida-
tione B. Stephani, act. 7. Go. Hoſ. ¶ In gl. alias inanis,
17 ibi tenẽtur] hoc in eo, qui † obligatus eſt in gñe, vel q̃ti
tate, nã ſi ĩ ſpẽ, liberat interitus ſpeciei. ff. de le. 1. cũ res.
§. 1. niſi mora pceſſiſſet, vt ibi, Go. [Et ibi, de cętero] &c.

co.

eo.tit.eos qui,lib.6. ¶ In gl.quia vero,in fi.)& per hoc dicit Hoſtien.approbari,quod no.in ſum.de pœn.§.fi. ſub §.fi.ver.ſed nunquid ſufficit hæc ceſſio,& ſequentibus.¶ In gl.in hoc ibi,ſupremam)& tunc etiã minus
18 peccat,quam ſciens,ſm Hoſt.¶ In † glo.no.quod)de materia huius gl.Hoſt.ponebat hic,ver.Lingua,conſilio,pręcepto perdis,& actu,velle,neceſſe,caſu,duo bis diſtingue ſuprema.& eſt ſenſus, ꝙ homicidium cõmittitur lingua,& actu.Lingua duobus modis:conſilio,& præcepto, & tunc perditur executio ordinis.actu vero tribus modis,ſ.voluntate, neceſſitate, & caſu: ſed in duobus vltimis diſtinguitur,vt dicit gloſſ.remittit autem ad ſum.eod.tit.§.qua pœna.vbi hanc materiam, vt dicit,copioſe expediuit.¶ Et ſcias,ꝙ aſſeſſores ciuilis fori multum vtuntur hac gl.cum ſtatutis editis contra homicidas vti volunt contra mandantes.inducũt etiam leges ff.de iuriſd.om.iud.ſi quis id.§.fin.de iure fiſ.l.2.§.diuus,C.de Iudę.Iudæi.2.ſ.d ſi ſtatutũ aliquid exprimeret,per qđ reale homicidiũ intelligeret, puta,qui homicidium manu,vel cum enſe fecerit,non eſſet locus ſtatuto.facit inf.de iniur.in noſtra,& quod ibi dicam(& ibi,nunquam)etiam poſt pœnitentiam, de accu.inquiſitionis,in prin.(& ibi,illud)infra Para-
19 lipom.17.& 28.(& ibi,ſi quis † omnem)& de con.diſ. 1.capit.1.vbi ſatis de hac auctoritate not.dicebat hic Hoſt.ꝙ licet papa non de facili diſpenſet cum homicida voluntario, vt ſic ad difficultatem referatur, quod legitur 50.diſt.miror, tamen diſpenſare poſſet, ſi vellet, cum & lex diuina hanc ſibi permittat diſpenſationem,vt patet ex no.de conceſ.pręben.propoſuit.vnde conceſſum eſt in Phinees nepote Aaron.cui poſt commiſſum in zelo Dei duplex homicidium mandauit dominus, numeri.25. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quamuis illud & ſpirituale fuerit & ſpeciale, ſicut & alia.23.quæſt.8.occiderit.ſed idem poſſet papa, de tranſlat.capitulo ſecundo, ad idem exemplum Pauli, & quod dicam infra eod.poſtulaſti. nec ob.ſup.capitulo primo, & ſimilia, quæ loquuntur de rigore.de hoc etiam in Spe.de lega.in tract.diſpẽ. §.iuxta proponis,ad fi.& §.nũc breuiter,ver.4.(& ibi,
20 de † miſericordia)i.de diſpenſatione.& hoc placet Hoſt.dicit tamen,quod aliqui dicunt,ꝙ hoc caſu poſt pęnitentiam habet exercitium ſuſceptorum, ſed ad ſuperiores non aſcendit niſi diſpenſatiue, & ſic diuerſimode intelligunt canonem ſtatim all.(& ibi,Ioan.)& Goff.infra eo.lator.& Inno.videtur hoc placere,infra eo.ad audientiã.1.in fi.& c.ſignificaſti.2.in fi.(Et ibi, Hugo.)Vgutio videtur voluiſſe etiam hunc repellendum, dicens homicidam nullo caſu promouendum. vnde vellet dicere glo.Hugo dicit contra,ſcilicet talẽ nullo modo promouendum.ar.contra, talem etiam ſine diſpenſatione promouendum de iure communi. & hoc tenet Bar.Brix.50.diſt.de his, & in q.Aliquis repellendo violentiam, quæ eſt Veneri.12.in ſolutione autem hoc dixit:quia quęſtio non conuenit.& hoc placet Hoſt.ꝙ ſ.in nullo imputetur tale homicidium.& dicit,ꝙ Rom.cu.ſic tenet,& facit quod dixi ſup.cap. ſecundo,ſuper fi.vlt.gl.(& ibi,lator)& 50.diſt.quia te (& io fi.)hanc gl.quære 50.diſ.de eis.& de hoc ea.di. de his.3.¶ In gl.vlt.ibi,benignior[b])9.diſt.ſana quippe, & 24.quæſtione 1.ſi quis dederit(& in fi.)& infra de arbi.capitulo primo,lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Plures.Ibi vide & plenius Bar.in l.e.ſemper.§.1.ff.quod vi aut clam.& vide in l.ſi id quod.§.fi.ff.de iur.om.iudic.

b ¶ Benignior.Vide gl.c.a crapula,de vita,& ho.cle.& Bar.in l.1. §.expilatores,ff.de effrac.& Ci.Bal.& do.in l.quicũque, C.de ſer.fugiti.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cauſa diſciplinæ deponitur a ſacerdotio, & quo caſu.vide num.3.*
In ſubdiaconatu non diſpenſat alius a papa.
Homicida quando irregularis fiat, & deponendus.
In baptiſmo deletur peccatum, & omnis ſequela peccati.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.3.*
Modi exceſſus punitur, etiam ſi alias id moderatè liceret.
Cauſam cauſæ qui præſtat, non punitur, vt qui cauſam proximam præſtat, & quo caſu,iuncta gl.§.vlt.
4 *Suppletio gloſſarum.*
Ex recidiuo quando quis non teneatur.

CAPVT VII.

1 Presbyterum. C. A † ſacerdotio deponitur percutiens cauſa diſciplinæ, ſi modũ excedat, & mors inde ſequatur (Paucos) maxime Goff.& tamẽ propter hoc fortius præſumendum contra iſtũ.de hoc de cle.pcuſ.c.2.(Deponere) vnde nec in ſubdiaconatu diſpenſat alius a papa,infra capit.1.in fi.(Expiraſſe)Homicida ergo volũtarius,vel caſualis,ſi culpa pręcedat,irregularis eſt,& deponendus, infra capit.1.& c.ſuſcepimus, & c.de cætero.quod eſt verum de homicidio poſt baptiſmum cõmiſſo.50.diſ.ſi quis poſt.51. d.aliquantos:ſecus de commiſſo ante baptiſmum ſiue ex officio,ſiue ex voluntate. In baptiſmo.n.deletur peccatum,& omnis ſequela peccati.26.d.deinde, vbi de hoc. Alij contra de hoc de diuor.gaudemus. Inno.ſed Hoſtien.remittit ad ſum.eo.ti.§.qua pęna,ver.
2 lingua,& ver.ſed opponitur,& ſequentibus.¶ Gl.1.ſignat contrarium,& ſoluit. ¶ Vlt.gl.arguit,obijcit, &
3 ſoluit:demum quærit,& ſoluit. ¶ In † gl.1.ibi, præceptoris)ſequitur,nimia ſęuitia culpę aſſignatur(Et ibi. §.vlt.)qui docendi cauſa percutit,modum excedit,licet non teneatur iniuriarum, tenetur Aquilia (Et ibi, l.ſe.)eſt l.præceptoris,ſuperius alle. ¶ In gl.2.ibi.l.4.) dicit principium, quod tenetur l.Cor.de ſica.qui licet in magiſtratu ſit, facit aliquid in hominis necem, qđ non eſt l.permiſſum. ¶ In vlt.gl.ibi.l.vlt.)ſi duxit quis equum in tabernam, & equus mulam olfecit, & mula ducentem calce percuſſit, tenetur dominus mulæ de
4 pauperie tantum.¶ † In gl.vlt.ibi,mouetur)de hoc infra de iniur.cap.fi.ſi vero conſtaret, ꝙ aliunde proceſſit recidiuum,vel etiã principaliter ex alia cauſa mortuus fuit,puta ex corruptis humoribus, in nullo teneretur magiſter.de hoc infra eod.ad audientiam,ſecũdum Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale quando imputetur, num.2.*
Ludus noxius punitur, num.4.vide num.5.
In directum, ideſt in longum.
Iuri ſuo quis poteſt renunciare, alterius auferre non poteſt.
Ex occaſione præſtita damno quando teneatur quis, in fin. num.5.§.fina.
2 *Cum homicida in ordinibus quis diſpenſet.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, nu.4.& 5.*

CAPVT VIII.

1 Continebatur. C. † Homicidium caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel licitæ, ſi non adhibuit diligentiam, q̃ debuit. vel ſummetur ſpecialib. adhærendo alteri ex lecturis, de quibus dicam infra. Et eſt cõmunis diuiſio, ſecũda ibi,Ideoq;(Viatorũ)i.qđ viatores exercebãt, vel exercere ſolebãt.& de hoc ludo ſm Ho.in conſtit.alearum

ludus, ſignata C, de reli. & ſump. fu. & ale. vſu. [Indire
ctum] i. in lōgum. ad modum palecti. vnde difficilior
erat baculi percuſſio [Vteretur] forte vſque ad locum,
vbi erant baculi proiecti, & ſic non impediebant iter
ſuum propter hoc [Vtentes] licet iuri ſuo potuerint re-
nunciare, ius alterius non potuerunt auferre. Inn. [Cō
tenti] non tamen expreſſe prohibeant, quod & ſi fe-
ciſſent, hoc tamen euenire poſſe debuit cogitare, ſecū-
dū Hoſt. [In eum] diaconū [Qua] ſ. falce [Accinctus]
ita, q visui publico non patebat, imo inſiliens iuſte po
tuit excuſari, ſi illam non vidit, ſecundum Inno. [De
quo] vulnere. idem ſi occaſione ipſius, ſupra cap. prox.
2 [Diſpenſatiue] auctoritate † noſtra, quia de ſac is agi
tur. nam in minoribus ſuo iure diſpenſaret epiſcopus.
de hoc infra eo. ad audi. Hoſt. ſignat Vinc. contrariū
de can. 15. q. 1. nec is qui. vbi dicitur, q ſi quis extra vo
luntatem homicidium facit, nō deponitur. reſpondet
illud intelligi de illo, qui dabat operam rei licitæ, nec
3 fuit in culpa. ¶ † Vlt. gl. ſignat contrarium, dupliciter
4 ſoluit, & ponit opinionē Io. ¶ In gl. 1. ibi, nam ludus)
ſequitur, noxius in culpa eſt. ¶ In gl. 2. §. cum eo] Si pā-
no rubeo dolo pecus fugaui, vt in fures incideret, te-
neor furti: ſed ſi ſine dolo, ne ludus noxius ſit impuni-
tus, datur actio in factum. ¶ In gl. vlt. ibi. §. cum arie-
5 tes] vide de iniur. cap. 3. in gl. 2. ¶ In † gl. 1. ibi, cōgrue
bat] dicit Hoſt. q ſatis congruebat eo modo, quo con-
tenti erant clerici: maxime gratia leuiandi laboris, vt
hic dicit: ſed conſuetudo ludi hāc culpam induxit, ſe-
cundum eum. ¶ In gl. vlt. ibi, fecit diuerſos] ſumptum
hoc ver. de canon. 23. q. 4. Nabucodonoſor [& ibi, in
culpa] non reddendo ſe talem, q ſine periculo poſſet
equitari. & ſic habes duas culpas ex gl. vel fuit culpa
in coopeciendo falcem, vel in non prohibendo, vt di-
xi in tex. [Et ibi, mortale] ſecundum Tanc. [Et ibi, arie
tes.] ſecundum La.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium caſuale cui non imputetur, & nu. 3.*
2 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, num. 3.*
Inſolitum imputatur.
4 *Libere non fit, quod fieri ſine diſpenſatione non poteſt.*

C A P V T IX.

1 Lator. C. † Homicidium caſuale non imputatur
ei, qui non fuit in culpa. Et primo factum
narrat. ſecūdo prouidet ibi, ideoq; [Ille]
clericus, cum quo ludebat [Iſtum] P. clericum [Eius]
P. clerici & proiecti [In alterum] ſ. clericum proiicien-
tem. & fuit forſan hoc ex vibratione [Occubuit] is cle
2 ricus, cum quo ludebat. ¶ † Glo. 1. reſpondet per quæ-
3 ſtio. ¶ Vlt. ponit duas opin. contrarias. ¶ In † gl. ibi,
Iſaac) & Iſmael. Gen. 21. (& ibi, ſuis) Gen. 44. ¶ In glo.
2. ibi, imputandum) licet cultellum non remouerit:
quia magis conſuetum eſt deferre cultellum, quā fal-
cem, & quia ludus iſte nō fiebat ex condicto, ſecundū
Hoſt. imo ſecundum Inno. forte ad ſcaccos ludebant,
vel ludum ſimilem. Item hic cultellus erat in vagina
ſecundum Abb. ¶ In gl. 3. ibi, quidam) Ala. & Vin. Idē
4 Hoſt. maxime propter hoc verbum, libere, non † enim
fit libere, quod fieri non poteſt niſi diſpenſatione præ-
miſſa. & vide quod dicam de præben. licet 2. libro 6.
ſuper ver. de iure. & propter id, quod dicit, ſi eſt ita, &
alia iuſta cauſa &c.

S V M M A R I V M.

1 *Irregularis eſt, ex cuius illicita opera ſequitur homicidium.*
Inter furem & latronem non eſt perpetua diuiſio.
Defenſio perſonæ licet, non rerum; & nu. 3. fallit, ibidem.
2 *Ligat qui bene, deligat bene.*
Cogitandum quod euenire poteſt.
3 *Māſuetudine vtitur eccleſia, nec exercet vindictā ſanguinis.*
Cum homicida voluntario non diſpenſat eccleſia, imo eum
deponit.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
Occurrere melius eſt in tēpore, quàm poſt tēpus vindicare.
7 *Suppletio gloſſarum.*
Captio licita quæ.

C A P V T X.

1 Suſcepimus. C. † Is, ex cuius illicita opera
homicidium ſequitur, irregu
laris eſt, cōmunis diuiſio. 2.
ibi, verum (Domus) forte erat iſta grāgia monacorū,
de qua ſupra de cenſi. c. fi. (De nocte) hoc facit pro mo
naco, ſupra eo. ſi perfodiens (Latrones) per hoc patet,
q non eſt perpetua diuiſio de furibus, & latronibus,
de qua dixi ſupra cap. 2. (Ad eos) latorem præſentiū,
& confratrem (Perſonis) cuique licet defendere, vt pa-
tet ſupra cap. 2. (Veſtimentis) hic debuerunt potius di
mittere, quam occidere, vt ſequitur (Voluerunt) & lici
te, ſecundum Innoc. ſm quem fuit culpa in eo, quod
infra dicam (Ligatos) minus bene. & in hoc fuit in cul
2 pa non bene ligando. vnde † & vulgariter dicitur, qui
bene ligat, bene deligat, ſecundum Ia. ſed ſecundum
Hoſt. fuit culpa in dimittendo duos, licet ligatos, in
vnius poteſtate. debuit. n. cogitare hoc euenire poſſe,
ſecundum Hoſt. infra eo. is qui, lib. 6. (Niterentur) for-
ſan non poterant: quia erant bene ligati. & ſit hoc con
tra Ia. in eo, quod ſupra dixi (Pallium) Mat. 5. F. (Acri-
3 ter) non † ſolum perſonas, ſed etiam res licet cuiq; de-
fendere, ſupra cap. 2. So. ibi, non dicit, Te, vel tua: imo
dicit, Te, tuaque, ſed contra, quod etiam clerico ſua tā
tum liceat armis defendere, infra de ſenten. excōmu.
capit. dilecto, lib. 6. Sol. illud verum inuocando bra-
chium ſæculare, vt ibi, & infra cap. poſtulaſti, non ta-
men in propria perſona ſecundum Hoſtien. ſecundum
quem iunge, quod no. infra eo. petitio, de voto. ex mul
ta. §. de clericis. & in pręal. decret. dilecto (Iſte) lator
præſentiū. multo magis alius qui manu propria inter-
emit. iſte. n. ex quo res habebat, debuit a vinculis ab-
ſtinere. Innoc. vide quod dicam de ſent. excom. ſi ve-
4 ro. 1. in gl. vt clericum (Manſuetudinem) ſecundum † q
nulla vindicta de graui ſanguinis effuſione eſt exercen
da. imo etiam reos ſanguinis defendit. vnde cum vo-
luntario homicida diſpenſat eccleſia: imo illum depo
nit. 56. diſt. miror, etiam ſi ſit epiſcopus, infra de ex-
5 ceſ. prælat. ex literis. ¶ † Gl. 1. diſtinguit inter clericū,
& laicum, ſignat contrarium. ¶ Gl. 2. obiicit, & ſoluit.
6 ¶ Gloſſ. 3. reſpondet per ob. & ſolutionem. ¶ In † gl.
1. ibi. l. 1.) vide de reſti. ſpo. olim, infra ſuper vlt. gloſſ.
7 ¶ In † gl. 2. ibi, furem) vide ſuper 3. gl. ¶ In gloſſ. quia
melius, ibi. l. 1.) publicos latrones licet occidere: quia
melius eſt in tempore occurrere, quā poſt tempus vin-
dicare. ¶ In gl. 1. ibi, capere) vnde dicebat Hoſtiē. per
iura ī. al. & per dec. in archiepiſcopatu, inf. de rapto.
& infra eo. tua nos, q licita eſt captio, quæ fieri poteſt
ſine homicidio, & graui ſanguinis effuſione (& ibi, ſu-
pra c. 2.) ſed ibi dicit, Te, tuaque defendendo, vt ibi di
xi (& in fi.) multominus contra ſpoliatorem, ſecundū
La. ¶ In gl. 2. ibi, ſed non eſt verum) quia illud intelli-
gitur, cū aliter non poſſent euadere. Ab. ¶ In gl. 3. ibi,
quæreretur) Mat. 2. ¶ In gl. 4. ibi, apoſtolus) ad Ro. 12. G.

S V M M A R I V M.

1 *Exemplum non ſtringit regulam.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*

Can-

Digitized by Google

Cauſam remotam qui damni dat, non tenetur, vt qui propinquam, niſi animo nocendi hoc faciat.
4 *Suppletio gloſſarum.*
Cap. presbyterum, ſupra eod. intellectus.

C A P V T XI.

1 De cætero. Breue eſt [Diaconus] narrat † factum. Idem de alio clerico [Nõ
videtur] nec eſt concor. ff. de ar
bitris, quid tamen. §. 1. aliter ponitur ſupra de elect.
ctū illius fuerit cauſa mortis,fuit nimis remota,& ſuffi
cit excuſationē interpretatio iuris canonici circa hoc,
12 ſecundum Hoſt. Ad idem infra c.2. alij † dicūt iſtum
excuſari pro eo, quod hodie iure auct. de furto conui-
ctus nec occidi debet, nec mutilari,in auct.vt nulli iu-
di.§.quia vero,col.9.poſita.C.de ſer.fugi.auc.ſed no-
b uo iure, [b] & no.ſupra de immu.ec.inter.ſi ergo iudex,
vel miniſter grauauerunt, non eſt imputandum ſcho-
lari.ad hoc ſupra de emp.& ven.cap.fi.hoc non placet
Hoſt. quia ex quo cum armis, & maxime de nocte ho-
ſpitium intrauit, fuit pœnis legitimis puniendus, vt in
dicta auct.ad hoc,ſupra c.3.& eſt pœna legitima deca
pitatio vel furcæ ſuſpenſio, ſeruato eo, quod legitur
c ff.de pœnis, capitalium.§.famoſos, & §.craſſatores.[c]
Quinimo hodie per l.Federici ſecundi, qui 5.ſolidos,
vel amplius furatus fuerit, laqueo ſuſpenditur, in lib.
feu.de pa.tenē.c.1.§.ſi duo homines,& §.ſi quis quin-
que.Item in omnibus fere locis fures furca ſuſpendū
tur etiam pro modico furto.& hanc generalem cōſue-
tudinem ſcholari non licuit ignorare,ſecundum Hoſt.
qui dicit finalem, & veram eſſe rationem, ꝙ ſcholaris
in homicidio nō fuit culpabilis, & ꝙ papa ſic interpre
tatur. alij dicunt, quod fur quaſdam res ſcholaris iam
exportauerat, ad quarum recuperationem ſcholaris
intendens, tradidit hæc interſignia. & ſic legendo tu-
ta eſſet lectura, vel potes dicere, ꝙ licet ſcholaris de
furto, quod nondum fur fecerat vel quod fecerat, ſed
ſcholaris recuperauerat, interſignia dare non potuit:
tamē propter vulnus ſibi per furē illatum potuit & ac-
cuſare, & probare, & interſignia dare, ſeruata hodie
decret.ſecunda,infra eo.tit.lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Clerici. Vide ne cle.vel mo.ſententiam,per Io.And.vbi not.
ſupra,& idem infra in gloſſ.quod, & ſuper illa. licet tex.illius
c.faciat pro clerico in minoribus.
b ¶ Nouo,vide ibi Bart.& Bar.de Sali.plene.
c ¶ Craſſatores.Ibi vide plenius per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Abortioni qui mulieri dat cauſam, eſt homicida, ſi concoeptus erat viuificatus,vel dubitetur, n.3.& qua pœna legis afficiatur,num.5.*
Cartuſienſium ordo inter omnes ordines remotus eſt a conuerſatione fœminarum.
Mulieri aſſerenti ſe ex illo prægnantem non creditur.
2 *Monaci licet mortui dicantur mundo, tamen ex eis fiunt mulieres prægnantes.*
Ludus cum muliere prægnante quis noxius.
Abortiuit quid,cir.ſi.
3 *Conſilio ſaluti credere bonum eſt.*
Suſpendit ſe quis ipſum ab officio, vt hic.
Sicut mori non poteſt, qui non vixit,ita nec viuere quis pōt, quin moriturus ſit.
In dubio per vitam partus iudicatur.
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,num.5.*
Si prægnans mulier a te percuſſa partum eiecerit qua teneris pœna, Legis, & num.6.canonicē quomodo puniatur, ſupra num,1.
6 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT XX.

1 Sicut. Caſus.† Qui dat cauſam abortioni,homi-
cida eſt,ſi cōceptus erat viuificatus: alias
non.2.ibi, Nos vero[Fuerat]ad aliqualē
ſui executionem hoc dicebant, quaſi nutrito in Car-
tuſienſ.ordine non facile id obueniſſet. & vere inter
omnes ordines ille a fœminarum conuerſatione re-
motus eſt.& de hoc ordine vide quod dixi de deci. c.
2.§.religioſos, lib.6.& ſupra de obſer.ieiu.cap.2.[Aſ-
ſerebat]ſi ille negaſſet, non fuiſſet illi credendum, ſu-
per quo remit.Hoſt.de proba.per tuas,de fil.presbyt.
Michael,qui fil.ſint leg.tranſmiſſæ[Concepiſſe]licet
2 ergo † monaci dicantur mundo mortui, de quo dixi
de poſtu. cap.2. ſuper gloſſ.2.tamen imprægnant, vt
hic, quandoque commatres,vide in Spe.de teſte. §.1.
verſic.Item excipitur, quod eſt monacus[Ludens]lu-
dus eſt illicitus, & noxius erat,& ſic non excuſabatur,
de præſump.c.1.ſupra eo.continebatur,ſecundū Hoſ.
vnde fateor,quod hoc caſu ludus illicitus:ſed ſi pone-
ret iſtum laicum, vel mulieris maritū,vel fratrem, vel
coniunctum, ſic quod licitus eſſet ludus ex perſonis,
nec alias ludus eſſet noxius in ſe, ſed gracilis & agilis,
talem euentum non crederem imputandum, ex quo
non præceſſiſſet culpa[Abortiuit]id eſt abortiuum fe-
cit[Propter quod]ſcilicet quia ſic ex ludo ſuo mulier
abortiuit[Conſilio]licet luxurioſus eſſet iſte, tamen
3 alias † conſcientioſus, & bene facit credendo tali con
ſilio,ad hoc ſupra de ſimo.Matthæus[Seipſum]ſuſpen
dit quis ſeipſum.de hoc,infra de ſentent.excommuni-
catio.ſi quem[Et infra]formabatur hic quæſtio, an
poſſit illius ordinis executionem habere[Nondum]
ſcilicet tēpore quo traxit,& quo mulier abortiuit[Vi-
uificatus]Valerius lib.5.ſicut mori non poteſt,qui nō
vixit,ita nec viuere quis poteſt,quin moriturus ſit[Mi
niſtrare]poſt pœnitentiam ſine diſpenſatione, de hoc
ſupra de tempo.ord.ex tenore.Innoc.[Alioquin]id eſt
ſi conſtat conceptum tunc viuificatum. & idem puto,
cum dubitatur,ſupra eodem ad audientiam: infra ca-
pit.penult. & ſupra eodem ſignificaſti.2.& hoc etiam
placet Gu.in Spe.de leg.in tract.diſpenſationis.§.iux-
4 ta,in princ.vlt.col. ¶ † Gl.1.inducit duo ſimilia.alle.
5 in contrarium duo iura,primum ſol.de 2.remit.¶ † In
1.gloſſ.ibi, qui abortionis] vide hanc & ſe. ſupra ca-
pit.ſi aliquis ſuper 1.gloſſ.[Et ibi. §.ſi mulier]teneris
Aquilia, ſi mulier prægnans a te percuſſa partum eie-
6 cerit.¶ In gl.1.ibi,conuluiſti] vbi de hoc[& ibi,ſi mu
lierem]quam l.intelligas cum hac diſtinctione, quod
ibi dicitur. l.Cor.de ſic.damnari mulierem in exilium
quæ procurauit abortum,intelligatur de non viuifica-
to, alias eadem l.punitur vltimo ſupplicio, vt in §.qui
abortionis.Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ciuiliter petenti iuſtitiam de laico, non imputatur, ſi iudex ſecularis in illum vindictam ſanguinis exerceat,&& ſi placeat ei poſtea ſuſpenſio furis,nu.1.contra laicum agere de quibus,permiſſum.num.6.*
2 *Vix quod ſit, tamen ſit.*
3 *Contemnere quis dicatur iudicem.*
Excommunicationem ſuſtinens animo indurato per annum ſuſpectus de hæreſi.
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.num.5.*
Durius ſi quis puniatur a iudice quam a me petatur, non eſt imputandum mihi,& ſupra num.1.
6 *Additio gloſſarum.*

CA

CAPVT XXI.

Poſtulaſti Quære in quarta compil. de fo.
comp.poſtulaſti,quę eſt pars hu-
1 ins. & hoc dicit. Clerico † ciuili-
ter iuſtitiam petenti de laico non imputatur, ſi iudex
ſecularis in illum ſanguinis vindictã exerceat. 2. ibi,
Ad quod[Debitas]quocunque iure communi, vel ſpe
2 ciali,non curo[Vix]quod † vix fit, tamen fit.ff.de iu-
di.vix certis.Hoſtie.infra de cog.ſpi.capitulo 3. libro
ſexto,vnde reprehendit Goſ.illos,qui exponunt Vix,
ideſt nullo modo,dicens, quod ſi clericus actor nul-
a lo a modo crederet ad effectũ ſuæ petitionis poſſe per-
ueniri,niſi cũ ſanguinis eſſuſione, potius deberet poſt
decimas dimittere primitias,quam inuocare ſeculare
brachium,vel coram illo agere: ſed tene quod habes
infra capitulo ſecundo libro ſexto:an vero ſi agenti ci
uiliter ad res ſuas,contra furem, poſtea placet, quòd
fur eſt ſuſpenſus.ſit ipſe ex hoc irregularis? Dicit Goſ-
fred.quod non, in Spe. de le.in trac. diſpen. §. iuxta,
verſi.quid ſi agenti.14.colum.[Effuſione]forte graui
& multorum homicidiorum, ſecundum Hoſtie.[Si te
huius] alias de huius. & intelligitur hoc,cum illi excõ
municationem propter hoc in ſe latam contemnunt.
3 & † dicentur contemnere ſecundum Hoſtienſ.ex quo
infra diem per hominem aſſignatum non ſatisfaciũt,
de conuer.con.ex publico,de dolo,& contu. cum dile
cti,de probat.licet.quod ſi per annum illam ſuſtinue-
rint animo indurato, reddũt ſe ſuſpectos de hęreſi,de
hæreti.excommunicamus.§.primo[Exercuerint) iu-
ſte vel iniuſte, vt not.infra capit.ſecundo,libro ſexto.
4 ¶ † Gl.2.Reſpon.per quęſtionem,& ſol.contra quam
5 alle.4.iura ¶ In † glo.2.ver.ſi tamen]ſi filius patroni
accuſabat libertum de crimine, cuius pœna non erat
capitalis,ſed iudex impoſuit capitalem, hæc accuſan-
tem non remouet a bonorum poſſeſſione contra tabu
las[Et ibi,ſi per imprudentiam]vide de empt.& ven.
6 c.fin.in glo.penul.¶ † In gl.1.ibi,quorundam]ad idẽ
ſupra de app.a nobis.poſſet etiam agere ad captionẽ,
ſupra de depoſi.grauis:ad fuſtigationem.14.quæſtio.
6.ſi res.12.quæſt.2. fraternitatis. 23. quæſtio. quinta,
circumcelliones:& ad ſeruitutẽ per decre. præ. ita quo
rundam,& 15.quæſtio.vlti.cum multæ, trigeſimaſex-
ta.q.1.de raptoribus,ſecũdum Goff.qui hoc no. ſupra
eod.tua. [Et ibi Maximianus] vbi de hoc,& ſecunda
quæſtio.ſeptima,laicos;alleg.capitulum ſc.& 14.quæ
ſtio.6.capitulo primo, [& in fin.] hodie dic, vt infra
eod.c.2.lib.6.

ADDITIO.

a ¶ Modo. tamen ſic exponitur ff.de aſſi.lib.l.fina.& ff.ad Velle.
tucor:aliter exponitur in l. vix certis,ff.de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale cui non imputetur.*
Veniam poſtulare non nocet. & nume. 6. an hoc ſit perpetuum ibid.
Puerilis ætas infra 14.annos.
Iactus percuſſio quæ inducat irregularitatem clerico.
2 *De vulnerato tenetur nõ de occiſo,ſi vulnus mortale non ſit.*
Mentitus quis non creditur in extremis, maxime quando iurauit.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum nu.4.*
Pupilli natura,& obligatio quæ, & nu.5.
Furioſi item,& nu.5.
Crimen contrahitur, ſi voluntas intercedat nocendi.
5 *Additio gloſſarum.*
Ludus inter quos noxius iudicatur.§.1.
Vociferatio quæ damnetur.§.penul.
Renunciaſſe non videtur puer committendo ſe patri.

CAPVT XXII.

1 Exhibita C.† Homicidium caſuale non im-
putatur ei,qui no occidit, nec fuit
in culpa, etiam ſi ad cautelam ve-
niam poſtulauit. Et in 1.petitio.in 2. exauditio. 2.ibi,
Quocirca[Puerili]i.infra 14.annos,infra de delic.pu.
c.1.cum ſi.(Ex illis) coętaneis (Poſt eum) quẽ inſeque
batur[Corruens] huic ruinæ non dedit cauſam iactus
lapidis,quod ſi fuiſſet,irregularis eſſet, vt ſi percuſſio-
nem illius lapidis fugiens,in alium corruiſſet. Vincen.
Innocent.& Abb. [Incuria] hæc duo non ſunt clerico
2 imputanda[Expirauit] vbi vulnus † mortale non eſt,
ſed perit homo per negligentiam, de vulnerato tene-
tur,non de occiſo.ff.ad l.Aquil.qui occidit. §.fin.[Ex-
tremis] quando non creditur fuiſſe mentitus, arg. de
præſump.literas.ſed ex quo hoc iurauit,fuit etiam ſibi
omnino credendum.1.q.7.ſancimus,de pręſumpt.af-
ferte.C.de proba.rationes,in auct. quod obtinet.ff.de
le.3.cum quis decedens.§.codicillis,maxime cum de
conſcientia quæreretur. ad hoc ſupra eo. ſignificaſti,
ſecundum Hoſt. dicebat Vinc. quod iuramentum pa-
rum releuat,cum ſit teſtimonium vnius.33.q.2.admo
nere[Ita eſſe]omnia ſuperiora comprehendit, ſupra
4 de reſcrip.olim.¶ † Antepe.& vlt.gl. Reſpon. per ob.
4 ¶ Vlti.arguit,& tenet contrarium.¶ † In gloſſ.1. ibi.
l.1.in fi.]vide de delic.pu.c.1.ſuper glo.pe.(Et ibi,pu
pillus) ibi dicit tex.neque ſcire, neque diſcernere talis
ętas poteſt.¶ In gl.2.ibi.§.2.(furioſus,& pupillus)ſine
tutoris auctoritate nõ poteſt incipere poſſidere: quia
affectionem tenendi non habet[Et ibi,pupillum] ſeq-
tur,qui proximus pubertati ſit,capacem eſſe furandi,
& iniuriæ faciendæ.¶ In gl.3.ibi,diuus) ibi iacet lite-
ra,vt ſup.(& ibi.l.1.)crimen contrahitur, ſi volũtas no
cendi intercedat.¶ In gl.antepe.ibi.§.pe.) vide de te
5 ſti.ſicut,ſuper.2.gl.¶ † In gl.2.ibi,furioſo) cui non im
putatur homicidium, vt in conſtitu.Cle.eo. titu. ſi fu-
rioſus(& in fin.)vel qui bonum a malo diſcernit,quod
verius eſt quo ad delicta ſecundum Hoſtie.per dec.1.
de deli.pu.¶ In glo.3.in fi.) Iac.hic neutrũ ſpectatur:
quia nec voluntas interuenit,nec actus.¶ In gl.in hoc
ibi, videtur)aliquantulum,Goff.(& in fi.) verum eſt in
ter maiores: ſed inter pueros nõ dẽr talis ludus noxius
iudicari. Hoſtienſis.¶ In gl. ipſe in fi.) ſicut ſi auditis
ſubitis vocibus aliquis perterritus oſſenderet ſe ad la-
pidem,non tenerentur vociferantes, ſi non eſſent in
dolo:ita tamen,quod voces eſſent temperatæ. ff.loca.
item quæritur,ſecundum Vin.ſecundum quem nõ ob.
huic c.ſup.e. continebatur:quia ibi fuit in culpa & lu-
dum aggrediendo,& falcem non remouẽdo.¶ In gl.
pe.ibi culpabilis)ſupra de elec.venerabilem, ver. ſer-
6 nis quoque.Dicit † Hoſt.quod in iudicio,vel quaſi ſolẽ
niter & publice abſolutio petebatur: alias extra iudi-
cium etiam ſententiæ obſeruatio nõ obeſſet, vt patet
ſup.de reſt.ſpo.olim.3.nec etiam in iudicio, ſi talis pe
titio fieret ad cautelam, ſic infra de ſenten.excommu
nicatio.venerabili.hic autem petita fuit venia extra
iudicium ad cautelam ex benignitate, compaſſione,
& humili liberalitate.vt mitigaretur dolor &cæt. vt di
xit tex.& ideo non nocuit ſecundum eum (& in fi.) di-
cebat Vincent.quod puer committendo ſe patri non
videtur ſuo iuri renunciaſſe. de renun. veniens.ad hoc
de iu.iur.Quintauallis,ſi puer petiuiſſet veniã, videtur
recognouiſſe,de accu.veniens.¶ In gl.vlt.in fi.)idem
Go.& Ho.ſecundum Inn.eſſet diſpenſatio, cum occa-
ſione lapidis proiecti fuit lęſus, alias eſt ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Ioãnes And.auctor decretales incipiẽtes a nomine ſuo, ſicut hanc commentatus eſt, & qualiter.*

Homi-

2 *Homicidium caſuale cui non imputetur, & nu. 7. & 9.*
Diuiſio decretalis.
3 *Humiliter quæ agenda.*
Monſtrandi verbi vſus.
Campanas pulſare cui incumbat, & nu. 7. & 11.
4 *Eas vbi liceat habere, earum pulſatio cur fiat, & quibus, & num. 6.*
5 *Ad infirmitatem mortalem nulla valet medicina.*
Pœna ibi nulla, vbi nulla culpa.
7 *Ad officium meum quid ſpectare dupliciter intelligitur.*
Minorum ordinum officium per maiorum aſſumptionẽ quis non perdit.
8 *Caſus quos quis præuidere teneatur: alias ei imputatur, & num. 9.*
10 *Conſtare qualiter poſſit, & cui quod ſcribitur hic a papa, cũ Ioan. ſolus eſſet presbyter cum mortuo, remittit.*
Fides fieri debet ordinario, vbi ſpetialis cõmiſſio non fieret.
11 *Sine culpa non eſt, qui ſe immiſcet officio ad ſe non pertinẽti, excipitur, & num. 12.*
Irregularis quando fiat quis exercens officium ad ſe non ſpectans ob mortem inde ſecutam, & num. 12.

CAPVT XXIII.

Ioannes. Nomini † & repetentibus fauendo,
commentemus & iſtam, & ternario
numero ipſius lecturam expediã. pri
mo rubricam continuando ſubiungam aliquam circa
illam. ſecundo textum, & gl. expediam. tertio aliquid
vtile recitabo. ad primũ. Rubrica ſic continuatur &c.
vt dixi, ſupra ſuper rub. Eſt autem ſciendum, ꝙ decret.
hæc facit ad ſecundam partem rubricæ, vt iam patebit.
Circa ſecundum &c. vt ſupra de cle. con. Ioannes.
hæc additio ibi. Tertio literam exponam, gloſſas omnes,
quia breues & textuales ſunt, recitando, Goff. &c.
2 vt ibi. Et primo in ſumma decret. hoc dicit. Caſuale †
homicidium non imputatur ei, qui dabat operam rei
licitæ nec fuit in culpa. Diuiſio, quia duæ ſunt partes.
prima factũ narrat: ſecunda diffinit ibi, Nos igitur.
Et prima tria facit, narrat actum Ioannis, & cauſam illius
actus, & caſum ex illo ſecutum, ſecundum ibi, vt
ſigno. tertium ibi, Cadens. Secunda prin. duo facit, ponit
primo diffinitionis cauſam. 2. ibi, diſcretioni, diffinit.
legatur litera. Ioãnes (Vt Signo.) groſſa litera [Cadens]
litera groſſa [Qui cum] groſſa litera (Nos igitur]
2. pars (Diſcretioni] litera groſſa. caſus patet, exponamus
3 literam [Humili] not. humiliter † proponendum
coram ſuperiore, maxime coram papa. propter ea quæ
no. ſupra capit. proxi. in fine. Humiliter ingrediẽdam
eccleſiam, de immu. eccle. decet, in priu. lib. 6. Humiliter
docendum, de ma. & ob. cap. ſi. (Monſtrauit] ſic ſupra
capit. Petrus, de cle. coniug. Ioannes [Pulſaret] cuſtos
erat, ad cuius hoc ſpectabat officium. Iacob. puto
iſtum fuiſſe cuſtodem, & miniſtrum ad hoc in eccleſia
cathedrali; quia decre. dirigitur epiſcopo, & capitulo
4 (Campanas) has † non licet habere in priuatis oratoriis;
quod dic, vt infra de priuileg. patentibus (Signo)
arg. quod ſigno fit vocatio, præceptum, vel inhibitio,
ſecundum Vincen. ita, quod conſtituit non patentem
inobedientem, negligentem, vel renunciantem per
iura, quæ alle. gloſſ. (Dato) & per populum audito (Populus)
illius parochiæ, ſed non alterius, ſupra de paro.
cap. 2. (Diuina officia) Item ſcilicet ad audiendũ verbum
dei, de quo infra de ſentent. excõmuni. Reſponſo,
vel ob aliam iuſtam cauſam (Cadens) quem caſum
presbyter non credebat, nec credere veriſimiliter tenebatur
(Puerum) factum narrat: quia idem de adulto
(Coram eo) presbytero pulſante, fuerat ergo & ipſe
5 proximus periculo (Qui) puer (Mortale) no. † pro prouerbio
ad infirmitatem mortalem nulla valet medicina
(Deceſſit) hoc intellige, quod forſan hi, quibus
ſcribitur, prohibebãt illum ab executione ſacerdotij
(Nihil) not. vbi nulla eſt culpa, nulla ſit pęna, de conſtit.
cap. ſecundo, cum ſi. (Omnes) i. iſtum ex omnibus.
1. quæſtio. ſeptima, ſi quis omnem (Si conſtiterit) intelligebatur,
de reſcrip. capitulo ſecundo (Sacerdotale
officium) de quo vide ſupra de cor. viti. ſignificauit.
6 ¶ † In gl. 1. in fin.) & de elec. in cauſis, & ſi vis ſcire
multa campanarum ſigna, vide quod dixi in prædic.
dec. 1. de offi. cuſto. ſuper. 1. gloſſ. ¶ In glo. 3. in fin.)
hoc dicit, quia gloſſ. vlti. ibi fuerat hic, Iaco. ¶ In glo.
vlt. ibi, communi) Iaco. idem Vincen. Goffred. Phi. &
Hoſtien. ¶ Notabilia repetere potes, quæ iam ex tex.
7 collegi. Ad decre. opponitur. certum eſt, ꝙ † homicidiũ
caſuale imputatur ei, qui facit, quod ad ſuum non
ſpectat officium, ſupra eodem tua. ſed ſonare campanas
eſt officium minorum clericorum, & non ſacerdotum.
25. diſt. perlectis, verſi. ad primicerium. Ad hoc
de cele. miſ. capitulo primo, de mai. & obe. ſtatuimus,
& ad talia debet presbyter habere clericum, de vi. &
honeſta. cleri. vt quiſque. ergo caſus homicidij ex tali
actu ſecutus imputandus fuit huic ſacerdoti. Sol. ſunt
quædam non ſpectantia ad alterius officium, quia
prohibita, & de his loquitur contrarium. Sunt alia
non ſpectantia non quia prohibita, ſed quia ad illa
non tenetur, vel cogitur forte propter reuerentiam
perſonæ, vel officij, quale eſt hoc. non enim officia minorum
ordinum perdit quis per aſſumptionem maiorum.
64. diſ. geſta, & capitulo. Honoratus, & de hoc
dixi ſupra de tenun. ad ſupplicationem, ſuper gloſſ.
fin. Et de his hic loquitur. probatur hæc ſo. nonageſimaquinta
diſtin. illud. Præterea nec certo ordini deputatum
eſt hoc officium, vnde etiam laicus hoc
exercet, vt dixi ſupra de cle. coniu. Ioannes, & presbyter
exercet viliora iſto. ſupra eodem ex literis. 1. & 2.
8 ¶ Opponitur 2. hic dicitur, quod † non imputatur ei,
qui non præuidit, quod euenire poterat, & concor. infra.
c. ſi. contra infra eod. c. vl. li. 6. ſupra de elec. licet,
de ſer. non ordi. cap. 1. vbi de hoc, de procur. capitul.
1. ff. loca. ſi quis domum. §. 1. cum ſuis concor. So. ſunt
quidam caſus inopinati & fortuiti, quos diligentiſſimum
hominis conſilium præuidere non poſſet. C. de
pi. ac. quæ fortuitis, & illos non tenetur quis præuidere:
quia id eſſet diuinare, & ſic homini impoſſibile, &
ad talia non obligamur. 22. q. 2. beatus, infra de regu.
iur. nemo poteſt. nec nocet ignorantia artis magicæ,
cum ſit prohibita, infra de ſortile, c. 1. Sunt alij caſus
opinati, quorum euentum diligens potuit & debuit
præuidere, ſicut cõducens a fructuario, & ſoluens precium
futuri quinquennij, præuidere poterat vſufructũ
prius poſſe finiri per ipſius mortem, vt in l. ſi quis domum.
Idem de illo, qui conducit a clerico. de hoc ſupra
ne præ. vi. ſu. c. ſi. In illo, qui mãdat verberari, præuidere
poterat mortem, vel mutilationem inde poſſe
contingere. Idem in ſi. iura etiam ſunt ad prouiſionẽ
9 futurorum, de his loquuntur contraria. Item † opponitur,
hic dicitur fortuitum caſum homicidij non imputari
illi, ex cuius actu euenit. contra, ſupra eo. continebatur,
& c. ſicut, infra. c. vl. li. 6. So. in contrariis præceſſit
culpa. Item opponitur, ꝙ iſte tempeſtiue & alte
præmonere debuit illum, cui ex facto ſuo etiam per
caſum fortuitum imminebat periculũ. infra c. vl. Sol.
ſunt caſus fortuiti ita repentini, qui nec poſſunt præuideri,
vt ictus fulguris, & his ſi. & talis fuit iſte. Sunt
alij qui poſſunt præuideri in inchoatione periculi, vt
cum apparent ſigna proxime ruinæ, vel fractionis, vt
10 ibi. ¶ Ad quæſtiones venio. primo † quæro, cũ papa hic
ſcribat, ſi conſtiterit ita eſſe, quomodo hoc poſſit conſtare,
cum forte ibi presbyter cum mortuo ſolus eſſet:
ſolue, vt no. ſupra c. ſignificaſti. 1. Item quæro, cui debeat
hoc conſtare, vel fides hæc fieri; Reſpondeo illis
quibus ſcribitur, & ſecundum hoc vbi dicit, ſi conſtite

rit,

Digitized by Google

tit,ſupp.vobis.ſed alias, vbi ſpecialis de hoc commiſſio non fieret, ordinario debet fieri fides. Item quæro, cum dixerim in text. quod iſte forſan cuſtos erat.
21 ¶ Quid, ſi †preſbyter iſte cuſtos non erat, nec ſonare ſpectabat ad illum, ſed ad alium. videtur, q adhuc nõ ſit irregularis, ex quo bono zelo, & ex iuſta cauſa hoc faciebat. Abſit enim, vt ea. quæ. & c. 23. q. 5. de occidẽdis. Dic contra per regulam, non eſt ſine culpa, cum ſuis concor. infra de regu. iur. lib. 6. ad idem eo. tit. ea quæ, & infra de non ord. mi. ca. 1. & 2. Ad contrarium reſpondetur, quod non ſufficit bonũ facere, niſi & hoc bene fiat. de hoc de collu. c. 1. ſupra de poſtu. c. 2. ff. de re mi. l. 3. §. in bello. & hoc intellige, niſi ille hoc feciſſet ex commiſſione illius cuſtodis, ad quem ſpectabat, vel ſuperioris illius, puta epiſcopi, vel archidi. vel niſi ex conſuetudine hoc licuiſſet; puta quando pulſabatur ad plebem, vel eccleſiam cathedralem, habebat conſuetudo eccleſiæ, quod vnus de preſbyteris eccleſię, vel clericis, qui primo occurrebat, pulſabat in il
22 la capella. ¶ Item †quid ſi pulſaſſet ad captionem furis, vel alterius malefici, vt eſt moris, vel quid ſi pulſaſſet ad auxilium ſuum, quia obſidebatur in domibus eccleſiæ, & imminebat ſibi periculum? ſolutionem horum collige ex his, quæ dixi ſupra eo. ſignificaſti. 2. in gloſ. ergo ſi voluntatem, & ſupra ne cle. vel mo. ſententiam. Item quid ſi quis pulſaſſet arengam, vbi publice iudicatur malefactor ad mortem, vel truncationem? Dic eum irregularem. Io. And. Item quid de laico ſonante ad horas, vel campanas communis. Item quid ſi eccleſia nõ habebat populum, vel habebat, ſed non ſolebat propter campanam venire?

SVMMARIVM.

1 *Clericus pugnans etiam contra Saracenos, irregularis eſt ſi quem occidat, & in dubio, alias non, excepto caſu.*
2 *De damnis in bello datis, qui teneantur.*
3 *Celebrare quæ impediant.*
Comparatiuum pro poſitiuo.
4 *Dubium erroneum ad præceptum prælati deponendum, ſi deponi non poteſt, ſequatur quiſque conſcientiam ſuam, licet erroneam.*
5 *In bello an intereſſe & quid facere ibi poſſunt, & ſupra n. 1.*
Incitare, & hortari debilioris eſt fortiorem.
Arma quæ clerici, & qui ferre poſſint, & quibus de cauſis.

CAPVT XXIIII.

1 Petitio. Caſus. † Clericus pugnans etiam contra Saracenos irregularis eſt, ſi aliquẽ illorum occidit, & in dubio abſtinebit. communis diuiſio. ſecunda ibi mãdam. [blaſphemi] forſan Iudæi, vel Saraceni, de Iudęis, c. 1. & c. cum ſit. ſed quod etiam mors pagani irregularitatem inducat, probatur ſupra cap. ſicut. 2. [Contra eos] inimicos, & blaſphemos [Hinc inde] ideſt ex parte Chriſtianorum, & inimicorum [Percuſiſti] not. q formabatur quæſtio de percuſſione, & Papa de interfectione reſpondet. per quod patet, q licet aliquos percuſſerit, dummodo ex illa percuſſione mors ſecuta non fuerit,
2 irregularis non [2] erit. contra de cle. percuſ. præſentiſi. Sol. ibi. & habet hoc locum ſecundum Inno. in bello iuſto, de quo hic loquitur, de hoc ſupr. de iureiur. ſicut, ne clerici vel mo. ſententiam. ſi vero bellum eſſet iniuſtum, quodcunque conſilium, vel auxilium ibi dediſſet in mortem, uel ſi obueniſſet mors ſua culpa, vel negligentia, irregularis eſſet. 50. diſt. quãtum dicit, & ca. ſeq. per quod videtur, quod ſi euntes ad bellum iniuſtum, fauorem præſtent ſuis, puta quia ſecurius offendunt, vel quia aduerſarios terrent, vt fugiant, vel vt defendere non audeant, vel quod amici, qui in ipſorum auxilium venerant, illos deſerant: irregulares ſunt, ſi mors ex his ſequatur. Quod ſi cauſa pacificandi, vel alia iuſta iuerit, licet aliquod robur illis accreſcat, vel timor aduerſariis, dummodo abſit dolus, & lata negligentia, non eſt imputandũ. & hoc bene probat prædictum c. quãtũ, a contrario, & ſupra eo. preſ-
2 byterum, ſecundum Innoc. An † vero tales teneantur de damnis ibi datis, dixi ſupra eo. ſicut dignũ. §. eos inſuper, in glo. ma. vltra me. ver. & idem eſt. De materia, & verbis huius gl. vide in Spe. de leg. in trac. de diſpen. §. iuxta, verſus ſi. ver. Item clericis pugnantibus, & ſequentibus [Interfectione] per te facta. Vin. [Re-
3 mordet] ergo, ſi † non remordet, poſt pœnitentiam poterit celebrare; quod eſt verum, niſi ſcandalum, vel publica infamia aliquid inducat, ſupra eo. ex literis, in prin. [Reuerenter] adde quod habes, infra de cle. percuſ. c. pen. & vlt. [Conſultius] i. conſultum. nõ eſt enim comparatio de periculo ad ſecuritatem: de neceſſitate ad conſilium, ad idem ſupra c. ſignificaſti. 2. [Dubio] probabili, quamuis occulto, ſupra c. ad audien-
4 tiam, dubium † enim erroneum ad præceptum prælati deponendum eſſet, de ſen. ex. inquiſitioni, quod ſi deponi non poſſet, ſequatur quiſque conſcientiam ſuam, licet erroneam, de ſimo. per tuas 2. ſecundum Hoſti.
5 ¶ † In gl. 1. ibi, hortari] Hier. ad Iulia. 2. C. athletę ſuis incitatoribus fortiores ſunt, & cum monet debilior, pugnat ille, qui fortior eſt [& ibi, pugnare] nec gubernare naues in pugna, infra de pœnis. quod in dubiis. & vbi illicitum eſt bellum, non debent intereſſe armati, ſupra eo. tit. ſicut dignum, ad fin. & licet quidam dicant clericos in minoribus poſſe ferre arma, ad id 20. q. 3. eos, & 32. di. c. 1. dico tamen contra niſi cauſa defenſionis, vt clypeum, vel loricam: vel non niſi ad terrorẽ, vt in obſidione. 50. d. de his: vel in via, vel ex cauſa, vt ſi haberent inimicitias, ſed nũquid in bello poſſunt lanceas dare pugnanti? credo quod ſic ante conflictum. Vin. vide quod dixi, ne cle. vel mona. ſententiam, in glo. dicunt quidam, & de Iudæ. ita quorundam, ſuper 3. glo.

ADDITIO.

2 ¶ Non. Intellige, prout no. ſupra eo. ſignificaſti, el 2. & per Bart. in l. ff. ad l. Cor. de ſicariis.

SVMMARIVM.

1 *Templum Dei ædificare opus licitum.*
Ius certum eſſe ſufficit, licet factum neſciatur.
2 *Periculum vt & vitetur ex alio, quod facere incumbat in ſuperiori loco operanti, & oneraria animalia conducenti.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
Caſus fortuiti quando non imputentur.
Innumerabiles ſunt, num. 4.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XXV.

Quidam. Pone caſum, vt ſupra eod. Ioannes, & 2. ibi, Attendentes [Aedifi-
1 cationem] ecce † opus licitũ. Quis enim accuſabit iſtum, quod templum Dei ædificauerit. 12. q. 2. aurum [Cum laqueari] cum quo lapides trahebantur, quomodo fuerit hoc factum, non patet hic, & ſufficit ius certum eſſe forte cum ædificio, quod vocamus la verla, trahebant in altum lapides, vel tigna, & dum pondus eſſet eleuatum, ut debebat, & opera iſtius leuantis, & leuatum tenentis, cum ſacerdos intenderet diſſolutioni ipſius laquei, & depoſitioni ipſius ponderis, cœpit frangi ædificium ita, quod inferioribus, licet non ſuperioribus, imminebat periculum, & tunc presbyter clamauit ad inferiores, vt ſequitur [Hac occaſione] ruinę, quam fecit cum Ioan. And. ſuper 5. Decret.

laqueari[debuit]& potuit. impoſſibilis enim non eſt
2 debita[Circunſtantibus]quos † videbat. alias ſufficit
circunſpexiſſe, ſupra eo. ex literis. 1. Vinc. [Voce]quan
doque præco obauditur, ff. de in integ. reſti. diuus. Vin.
[Quod intelligere]reſpicit, quod dixerat alta voce,
ac ſi dicat, ſi ita ſubmiſſe dixiſſet, q̃ non potuiſſet intel
ligi, fuiſſet in culpa[Fugere]hoc reſpicit, quod dixit,
tempeſtiue, quaſi ſi tardaſſet, in culpa fuiſſet: ſic ſolét
ij, qui conducunt mulos, vel aſinos oneratos poſtquã
3 te truſeriat, dicent, caue. ¶ †In glo. vlt. ibi §. ſi eo tem
pore]vide de ſent. ex. c. 2. ſuper glo. tunc enim[& ibi,
Iul.]libertas in fraudem creditorum non datur: ſed ſi
habens aliam ſubſtãtiam, ſeruum manumittit, valet,
licet poſſet fieri non ſoluendo, quia caſus aduentitij
non ſunt computandi[Et ibi, ſi putator]loquitur de il
lo, qui putabat arborem vel ramum in loco, in quo nõ
erat publicum iter: alias debuit prius clamare[Et ibi,
ſi cum debitor]vide de purg. ca. conſtitutus, ſuper gl.
4 2. ¶ †In glo. vlti. ibi, præuidere]ſunt etiam tot, quot
non poſſent numerari. C. de vſufru. l. pe. in medio. C.
de præſcrip. 30. an. l. fi. poſt prin. ff. ſi quis cau. l. 2. §. 2.
& 3. & quaſi per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
Extrauagans Ioannis reuocatoria conſtitu. Clem. V. de torneamentis.

De torneamentis, Rubrica.

1 ¶ Viſo †in genere & in ſpecie de homicidio: quia ſunt quidam actus, ex quibus interdum, licet nõ ſemper, prouenit homicidium, ideo hanc, & duas ſequen. rubricas annectit. In extrauaganti Ioan. quia in futurorum, patet reuocatio conſtitutionis, quam fecerat Clemens quintus contra torneamentantes, & cooperantes.

S V M M A R I V M.

1 *Torneamenta fieri non debent, & per leges etiam prohibita num 6.*
Ibi vulnerati, vel mortui pœna quæ.
2 *Vulgaris locutio attenditur, ſicut & vulgare prouerbium.*
Ex conducto facere, quid.
Oſtentatio quid hic. in fi.
3 *Periculis prouidendum.*
Pœnam quis incurrit interdum etiam ex facto alterius ſine ſua culpa, & num. 7.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, numero 5.*
Ludi qui permiſſi virtutis cauſa, & numero 6.
Manus quandoque conceditur, & negatur minus. §. in gloſ.
Nepoti, ſeu nepti nubenti qui conſentire debeat.
6 *Additio gloſſarum.*

C A P V T I.

1 Felicis. C. †Torneamenta fieri non debent: & ibi vulnerato conceditur penitẽtia, ſed ſi moritur, denegatur ſepultura, ſi venit animo pugnandi; ſecus, ſi propter debita requirẽda. h. d. totum nigrum, & primo prohibet. 2. pœnam imponit ibi, q̃ ſi quis[Inhærentes]ſic ſupra de iur. ca.
2 c. 1. [Vulgo]attenditur † vulgaris locutio. infra de iniur. c. vno, lib. 6. cum concor. ſicut & vulgare prouerbiũ. ſup. de Iudæis, & ſi Iudæos[Condicto]quia ſic cõdicunt, & conueniunt inter ſe, q̃ ad certum diẽ, & ad certum locum cõueniat, infra c. 1. alias ex edicto: quia quandoque vnus princeps contra alium condicit, & mandat torneamentum. alias ex cõducto: quia ibi cõueniunt milites quaſi conductitii maiorum principũ,
qui vulgariter milites de familia appellantur, ſecundum Hoſt. [Oſtentationem]Gallici vocant hoc experientiam armorum, ſecũdum Hoſti. [Pericula]quibus
3 † eſt prouidendum, de conſti. c. 1. de ſepul. c. 2. lib. 6.
cum ſi. [Eorum]Venientium ad pugnandum, infra c.
prox. [Mortuus fuerit]i. mortale vulnus receperit[Careat]aliqui ſimiles caſus not. ſupra de ſepul. ex parte
2. (Sepultura)hanc pœnam incurrit quis interdum ẽt
ex facto alterius ſine ſua culpa poſt mortem eius ob-
4 uenientẽ, vt in extra. Boniſ. deteſtandæ, in fi. ¶ †Vlt.
5 glo. brocar. alleg. 7. ſimilia 2. & 3. ſol. contraria. ¶ †In
2. gl. ibi, ſolent)licet in pecuniam ludere, & ſponſionem facere virtutis cauſa, vt haſtam, vel pilam iaciendo, ſaliendo, currendo, luctando: alias non licet, vt in l. ſeq. (Et ibi, nec huius)ſcilicet qui pugnãt publice cauſa virtutis, & gloriæ. ¶ In glo. vlti. ibi, oratione)nepote nubente non ſolum aui, ſed & filii conſenſus requiritur: ſed cum nubit neptis, ſufficit conſenſus aui(& ibi, l. vna)vide de ſo. compe. ex tenore, ſuper gloſſ. 2. (Et ibi, qui indignus)ſequitur, eſt inferiori ordine, indi-
2 gnior eſt ſuperiori(Et ibi, cui pacto)[a] cui interdictum
eſt pomerium ciuitatis, & ciuitas, ne carens minori-
6 bus, fruatur maioribus. ¶ † In glo. 1. in fi.]dici poteſt
ſecundum Hoſti. etiam torneamenta, & per leges prohibita, in auten. vt omnes ob. di. iudic. 1. reſpon. col. 5. ibi: nec fortitudinem armorum, quæ non eſt cum iuſticia, laudabimus: ſed iſta cum iuſticia non fiunt: imo mortes animarum, & corporum proueniunt, vt hic dicitur. nec per hoc corriguntur leges prææallegatæ: loquuntur enim de oſtentatione virium extra torneamẽta, & ſic luctari, ſaltare, lapidem, vel palum, vel haſtã proiicere, ſaluo quod legitur ff. de poſtuland. §. beſtias. quod intelligit Hoſtien. cor. ex mente prædictorum, & quia ludus nouus eſt iſte, vt dicit ſe. glo. ¶ In gl. vl. ibi, gubernationem)vbi de hoc(& ibi, Apoſtolus)alias incipit, ſi fieri poteſt(Et ibi, generale)ſecundum Vin. (Et ibi, & munus)infra de regul. iur. cui licet
7 libro 6. vbi de hoc(Et ibi, abſtineant)propter † quam
cauſam reprehenditur interdum, qui non peccauit, ſe
cundum ea, quæ nota. 13. quæſtio. 2. poſtquam.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Cui. Et vide l. nec in ea, ff. de adult. & ibi Bart. & ſcias, quod in odioſis ſine diſpenſatione non habet locum illa regula, niſi vnum includatur in alio, vt no. Io. And. in c. poſtulaſti, ſupra de reſcrip. vbi vide.

S V M M A R I V M.

1 *Negatiua occulta quibus probetur modis.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
Sepulchrum in ciuitate facientis pœna olim quæ, & quare, nume. 2. in fin.
3 *Additio gloſſarum.*
Pœnæ ſunt molienda.

C A P V T II.

Ad audientiam. Summatũ eſt ſupra cap. proxi. et 2. ibi. Nos attẽdentes(Re-
quirendi)non ludendi, vel torneamentandi. habebat
forte iſte, qui mercator erat, multos nobiles debito-
res, & ideo veniebat ad locũ ſperans ibi multos ex illis
1 inuenire(Nõ † animo)ſic C. de ſic. l. 1. canonizata. 50.
diſt. §. contra animum, & l. ſe. cum qui. Sed hæc negatiua tam occulta quomodo poterit probari; poteſt dici, quod probabitur eo ipſo quod non probatur contrarium. ſic C. qui mili. non poſſunt. ſuper ſeruis, l. 12. ſi. no. de his, quæ ſi. a præ. ea noſcitur: vel poterit probari per iuramentum illius præſtitum ante mortem. ſup. tit. 1. ſignificaſti. 1. & 2. vel probabitur per certa indicia.

Digitized by Google

indicia, puta non erat homo militaris, ſed mercator:
non venerat cum armis, ſed ſine: nunquam pugnare
tentauit, nec ſumpſit arma, ſicut teſtantur hi, cum qui
bus conuerſabatur, ſupra de teſti. prætereа [Diſpenſati
ne] alias diſpenſatione eccleſiæ [Perunctus] de hac
2 ſupra de ſac. vnc. c. vno, de ver. ſi. quæſiuit. ¶ † In gloſ.
pe. ibi. §. diuus] punitur in 40. aureis, qui ſepulchrum
fecit in ciuitate: locus publicatur, & corpus transfer-
3 tur. ¶ † In glo. 1. ibi, & male] cum pœnæ ſint moliēdæ.
Vinc. infra de regul. iur. in pœnis, lib. 6. ¶ In glo. pe.
ibi, in cœmeterijs] rationes, quare. 13. q. 2. cum grauia
[& in fi.] ne ciuitas corrumperetur fœtore. C. de rele. l.
mortuorum.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
Inter duellum, & torneamenta quæ differentia.

De clericis pugnantibus in duello, Rub.

1 ¶ † Continuata eſt, ſupra proxi. Rubrica. vel quia ſu
pra dictum eſt de torneamentis, vbi plures pugnant,
eſt vidēdum de duellis, vbi pugnant duo tantum, de
hoc 2. q. 5. monomachiam.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus, qui inijt duellum, deponendus, & quando, &*
num. 4.
Neceſſitas ineuitabilis excuſat in duello pugnantem.
2 *Victus ſponte non confitetur.*
Punitur quis in eo, quod paſſus eſt.
Cum inſultante occiſo venientes ſunt irregulares.
3 *Cum irregulari epiſcopus non diſpenſet.*
Cum homicida nec etiam papa conſueuit diſpenſare.
Irregularitas contrahitur ob mutilationem.
4 *Additio gloſſarum.*
Duellum offerens, vel ſuſcipiens quis peccet.

C A P V T I.

1 Porrò. C. † deponendus eſt clericus, qui iniuit
duellum; ſi tamen inde mors, vel mem-
bri truncatio non ſequatur, poteſt cum
illo epiſcopus diſpenſare. ſecunda ibi, ſed quantum-
cunq; [Sponte] hoc dicit propter ineuitabilem neceſ-
ſitatem, quæ illum excuſaret, de hoc ſupr. de ho. ſicut
dignum, ſecundum Hoſti. [Suſcepit] cum effectu ſecun
2 dum Hoſti. [Siue † vict.] dicit Vincen. hanc probatio-
nem fidem non facere. qui. n. vincitur, ſponte non con
fitetur. inducit etiam, quod poſt eum dicam de Lom-
barda, infra de pur. vul. cap. 2. in fi. notabat autem
Abb. quem puniri in eo, quod paſſus eſt, etiam ſecun-
dum eum facit ad quæſtionem de inſultātibus aliquē,
quorum vnus mortuus eſt per inſultatos, quod venien
tes cum occiſo ſint irregulares. refert, quod aliqui te-
nebant contrarium: facit, quod ſcripſi ſup. titu. 2. ad
audientiam, in gloſ. magna, ver. quid ſi Titius, & vide
quod dicam, de homi. is qui, lib. 6. quæ ſoluit quæſtio-
nem [Eius] clerici, qui in duello ſponte pugnauit (Sen-
tentiam) & executionem ſui ordinis (Habere) poſt pœ-
nitentiam, ex quo non eſt irregularis, ſupra ti. 2. tua.
3 Suus † epiſcopus] quod non poſſet, ſi eſſet irregularis
[Homicidium] in hoc Papa non conſueuit diſpenſare,
licet poſſet ſecundum Hoſtien. de hoc dixi ſupra de
homi. ſicut dignum, ſuper gloſ. magna [Membrorum]
cōtrahitur ergo irregularitas propter mutilationem,
ſupra ne cler. vel mo. ſententiam. 56. di. ſi euangelica,
infra de rap. o. in archiepiſcopatu, ſecūdum Inno. me
lius ſecundum Hoſti. ne cle. vel mo. clericis. 51. di. ali-
quantos, & cap. ſi quis poſt acceptum, & c. qui in ali-
quo. 55. d. qui abſciderit. Idem not. in clem. de homi.
ſi furioſus, in glo. not. [Diminutio] concor. de homi. is
4 qui, lib. 6. Contra, de cor. vici. c. 1. dic vt ibi. ¶ † In glo.
1. ibi, aliquo modo] etiam ſi periculum rerum, vel per
ſonæ aliter non poterat euadere, ſecundum Ala. Dicit
tamē, ꝙ laici contrariū facientes propter generalē cō
ſuetudinem aliquantulum excuſantur, ſupra de temp.
ord. ſane. 32. q. 4. obijciuntur: alii diſtinguunt, an offe-
rat, an ſuſcipiat: Et ſecundo caſu aut ſuſcipit ſponte,
aut coactus a iudice: & hoc vltimo caſu nō peccat, ſi-
cut nec miniſter. 23. q. 5. miles: in aliis peccet mortali
ter, Vinc. vide in Hiero. contra Vigilantium. 3. c.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ſi pugil ab eo datus occidit aduerſarium, fit irregu-*
laris. Cum eo tamen diſpēſari poteſt circa beneficium, & à
quo nu. 2.
2 *Neceſſitas iniungitur etiam per verbum poterit.*
3 *Additio gloſſarum.*
Monomachia, ſeu duellum cur reprobatum.

C A P V T II.

1 Henricus. Caſus. † Irregularis eſt clericus, ſi
pugil ab eo datus aduerſarium ip
ſius occidit, nec excuſat conſuetu
do: poteſt tamen cum eo circa habēdum beneficium
diſpenſari. ſecūda ibi, quia igitur [Conueniſſet] quod
facere poteſt ſeruata forma decr. 2. de homi. li. 6. [De-
fecerunt] i. deſt non comparuerunt. T. vel i. deſt nō pro-
bauerunt [Alius] infra de reg. iu. qui per alium [Pro
eo] ſup. & eo conſentiente, de homici. Petrus [In ſa-
cris] nec in minoribus. Inn. de rigore, ex quo fuit in
culpa. 50. di. ſi quis viduā, ſupra de homi. ſicut dignū,
2 a ad ſi. Diſpenſatur tamen in aliis, vt ibi, & concor. ſu-
pra de biga. c. 2. ſm Hoſt. [Inſtituta] 50. diſt. ſi quis vi
duā, & c. miror, 51. di. qui in aliquo, & per totum [De-
fenſione] euitabili. Inno. dicit idem de ineuitabili. a-
lias, de homicidio, ſignificaſti. de hoc eo. ti. c. 2. & c. ſi
2 cut dignum [Poterit] & † debebit, dum tamen ſit corri-
gibilis 50. d. ſtudeat, ne mēdicent in cleri opprobriū
93. di. diaconi, de renun. ad ſupplicationem. de incor-
rigibili vero dic, vt ſupra de iudi. cum nō ab homine,
ſecundū Hoſti. [Beneficium) etiam in titulum ſecūdū
Goff. & ſi de curato intelligas, diſpenſabit Papa ſecun-
3 dū Hoſt. arg. de fi. preſb. c. ti. ¶ † In glo. 1. in fi.] ſecūdo
propter mortes corporū, & pericula animarū. ſup. tit.
1. c. 1. tertio, quia veriſimile eſt, ꝙ fortior debiliorem
conculcet. potentioribus enim & c. ff. de ali. iud. mu.
cauſa fac. l. 3. quarto, quia vix, vel nunquā haberi poſ-
ſunt duo pugiles pares in omnibus. Inæqualitas enim
reprobatur in iudiciis, de mu. pe. c. 2. de excep. cum in
ter. quinto quia inuenta eſt fabricante diabolo. 2. q.
5. monomachiam. ſexto quia falſa eſt probatio: vnde
nec valet ſentētia per eā lata, vt in glo. ſe. ſeptimo quia
nulla fortitudo ſine iuſtitia laudāda eſt, vt dixi ſupra
ti. 1. c. 1. ſuper 1. glo. ſecundum Hoſt. qui dicit iungen-
das has rationes quatuor in ſum. de pur. vul. §. quare.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Dignum. vel poteſt intelligi in defenſione committentis ho
micidium, vt ſit illi quoddam auxilium, iuxta no. per Inn. ſupra
eo. ad audientiam, & c. petitio.

De ſagittariis, Rubr.

¶ Continuata eſt ſupra rubrica 2.

S V M M A R I V M.

1 *Sagittariorum ars qualis, & quæ, inde perueniant.*
Eius vſus vbi & contra quos illicitus, & num. 5.

1 *Arma, quibus homines occiduntur, fabricantes, an peccent, an ſint irregulares, nu. 5.*
Ad vanam gloriam ſi qua fiunt, an peccetur à facientibus.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Sententia à iure, vel ab homine quando lata, & quando ferenda dicitur, & num. 6.
5 *Additio gloſſarum.*
Papa non poteſt incurrere irregularitatem.
Sub interminatione, vel ſub pœna excommunicationis mandatum, an ſint lata ſententia pœna.

C A P V T I.

1 Artem. Odibilem, alias†horribilẽ, & eſt hoc
propter homicidia, & animarum pe-
ricula, quæ inde proueniunt, ſupra de
torneamentis. c. 1. Optarem, quod his armis non eſſet
vſus in bellis campeſtribus. vir enim vilis & viliſſimi
cordis his armis occideret probiſſimum. ad defenſio
nem vero vel impugnationem murorum, vel nauium
quaſi neceſſaria ſunt hæc arma[Et ſagittariorum]de
2 his qui† vendunt ſagittas, baliſtas, gladios, quadrel-
los, venenum, & ſimilia, quibus homines occiduntur.
Item ſubtulares pictos, aurifrigium, & ſimilia, quæ ſo-
lum ſunt ad vanamgloriam, an peccent, & ex hoc te-
neantur, vide per Rai. in ſum. par. 2. de negotiis ſecu-
laribus, ver. ſed quid de illis[Prohibemus]male ſer-
3 uatur hæc prohibitio. ¶†Glo. 2. reſpondet per quæſtio
nem, an per hęc verba & c. ad affirmatiuam alleg. duo
iura. ſecundo diſtinguit inter ſententiam iur. & homi-
4 nis. ¶†In glo. 2. ibi, Celſus. ¶ Tertia ſoluit, ſi arbiter
iuſſit intra cal. dari, nec datum fuit, licet poſtea offera
tur, pœna compromiſſi non euaneſcit, & in l. ſeq. dici-
tur: quod ſi dies non fuit appoſita, intra modicum tẽ-
pus debetur: alias, pęna peti poteſt, tamen ſi ante iu-
dicium acceptum offeratur ad pęnam non agitur[Et
ibi, ſi ſciens]ſi ſciens emi ab illo, cui bonis eſt interdi-
ctum, vel cui datum eſt tempus deliberandi de hære-
ditate ita, quod ei de illa diminuendi nõ ſit poteſtas,
dominus non ero: non ſic ſi emo a debitore, ſciẽs frau-
5 dati creditorem. ¶†In glo. 1. ibi, Saracenis]idem de
hæreticis, vel ſciſmaticis. vnde & aſſumentibus arma
contra illos dat eccleſia indulgẽtias, de hære. excom-
municamus. §. ſi vero dominus, & §. catholici[Et ibi,
pugnare]omnibus modis. Vin. nec per hoc Papa, vel
magiſter eſt irregularis, cum Papa canonicam irregu-
laritatem non poſſit incurrere, arg. ex no. de conceſ.
præb. propoſuit: quia & alijs ſuper hoc medetur, vt pa
tet ex no. de homi. ſicut, & ca. poſtulaſti. magiſter non:
quia multa licent in genere, quæ non licent in ſpecie
vt ibi. & facit ꝙ no. de exceſ. pręl. ex literis. vel dic,
quod hic aduerſus infideles non prohibetur, nec con-
ceditur talis pugna ſecundum Hoſt. ad hoc ſup. de iu-
6 reiur. mulier. infra de reg. iur. is qui tacet, libr. 6. ¶†In
glo. vlti. ibi, Salonitanæ]vbi plene de hoc[Et ibi, ſub
interminatione)hęc opi. Tan. placet, licet Goff. ſup. de
magiſ. quanto, voluerit, quod ſemper interminatio ſit
comminatio: ſed ſub pęna excommunicationis fit pro
latio, ſi fiat ab homine, vt prædicit in gl. non etiã hęc.
de ma. contrac. c. 2. (& in fi.) & de iure patro. relatum.
Dicebat hic Hoſti. quod verbum, Sub excommunica-
tione, vel ſi haberet vim canonis, cum proferens hoc
intendit, quod & per circumſtantes, coram quibus in-
tentionem ſuam expreſsit, probari poſſet, ſicut poteſt
intelligi c. ſalonitanæ. nec videretur in hoc ſimplici-
ter credendum iudici, an. 6. q. 2. per totum, de proba.
quoniam, de teſt. cum a nobis. Sed contra, ex quo de
conſcientia ſua quæritur, potius ei, quam alteri eſt cre
dẽdum, ſupra de homi. ſignificaſti, & eius eſt interpre
tari, cuius eſt condere, de ſen. excõ. inter. maxime in
ſententia excommunicationis. 11. q. 3. curæ, de ſen. ex-
com. capi. pe. Sol. ſecundum Hoſti. credendum eſt iu-
dici: vt in contrariis, ſed antequam hoc declarauerit.
excuſatur, non ſeruans ſententiam, cum probabiliter
potuerit credere, quod cõminatio tantum eſſet pura;
ad hoc alle. fit ergo probabilis ignorantia excuſata,
de cleri. excom. mi. apoſtolicæ.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli quæ.*
Mœchię nomine comprehenditur omnis illicitus concubitus.
2 *De adulterijs, & de ſtupro vbi alibi tractatur in iure canonico, quam hoc in titulo.*

De adulteriis, & ſtupro, Rub.

1 ¶In†decalogo, Non occides, non mœchaberis. vi-
ſo ergo de homi. de mæchia videndũ erat. & quia per
mœchiam prohibere intendebat omnem illicitum cõ
cubitum 32. q. 4. meretrices, ideo de ſtupro ſubiungit.
2 habetur†de horum quolibet 36. q. 1. §. cum ergo, 32.
q. 4. nemo. 28. q. 1. idolatrię. ſpecialiter de primo 33. q.
2. & 32. q. 1. G. & A. de ſecundo de pęn. di. 1. cogitatio
nis, ver. qui puero. congruit rubricæ, de conſue. c. pen.
de of. or. ca. 1. de procur. tuæ, de iudi. at ſi clerici, vt lit.
non conteſt. c. 1. de iureiur. quemadmodum, de con.
iuga. gaudemus, de eo qui co. conſangui. diſcre-
tionem.

S V M M A R I V M.

1 *De ſtupro quę decretales dicant in hoc titulo.*
De adulterijs quę.
2 *Virginem quam fuiſſe ſtupratã mulieris iuramento creditur, non viro neganti.*
Dormire pro vigilando corrumpere.
Reddere pro dare.
3 *Loci conſuetudines attendendę.*
Dotes dantur maiores in vno, quam alio loco.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Pro dote retinere poteſt mulier pecuniam ſibi à ſponſo donatam, & num. 5.
Dos quanta filia primò, vel ſecundo nubenti danda, quanta à curatore mulieris promitti poſſit.
Quanta defloratæ puellę, num. 4. in fi.
5 *Additio gloſſarum.*
In neceſſitatibus non eſt liberalitas.
Ad matrimonium quis quandoque cogitur, §. 1.

C A P V T I.

1 Si ſeduxerit. Exod. 22. cap. in ſuperer. &
duę†primę decretales faciũt
ad ſecundam partem rubri-
cæ, & ponunt pœnam ſtupratoris, reliquæ faciunt ad
primam, & ideo, quod hic de adulterio, & ſodomia
dicit Innoc. dicam infr. eo. maritis, vbi plus congruit
2 (Virginem) non†credetur viro dicenti illam nõ fuiſſe
virginem. ſibi enim imputet, quod violenter fuit vſus
ea. vnde credetur iuramento mulieris, de his, quæ vi,
me. cau. fi. cap. fi. Vin. (Deſponſata) ſecus, ſi eſſet deſpõ
ſata 27. q. 1. ſtatutum. Vinc. (Dormierit) i. vigilando
corruperit, infra c. ſignificaſti (Noluerit) ipſam in vxo
rem ipſi raptori. T. (Reddet) ipſe raptor. T. 1. dabit, ff.
de verbor. ſigni. l. verbum reddendi, & 14. quæſt. 4.
3 quid dicam (Conſueuerunt) in illo†loco; & hoc eſt di-
ctum, quia maiores dotes dantur in vno loco, quam in
alio. & no. ſpeciales conſuetudines attendendas, ff. de
4 flumin. l. 1. in princ. ſupra de ſepul. certificari. ¶ † In
glo. 1. ibi, ſi quis vxori) ſequitur, ea conditione dona-
uit, vt quod donauit, in dotem accipiat, defuncto eo
donatio

Digitized by Google

donatio conualeſcat; & idem dicit lex ſequens[Et ibi,
cum ſponſus]ſi ſpóſus ſponſæ donat, & id recipit in do
tem, valet donatio[Et ibi, quod ſponſæ]deberet dice-
re. l. cum ſtatus. §. ſi ſponſus ſponſæ, & C. de dona. ante
nup. l. ſponſæ. & vtrobiq; habetur, quod dicit glo. ¶ In
gl. vlt. ibi. l. penul.]filia furioſi dotatur iuxta modum
prædictum[Et ibi, ſed quamuis]licet dos poteſtatis,
vel pactionis iure ad patrem redeat, non tamen filiæ
ſecúdo nubenti poteſt illam minuere, niſi fortuita cla-
de ipſius ſubſtantia perierit, & tunc ſatis eſt, ꝙ ſecúdú
facultates ſuas illam dotet]Et ibi, ſiue generalis]ſi ge
neralis, vel ſpecialis curator mulieris in doté promit-
tit vltra facultates mulieris, ipſo iure non valet pro-
9 miſſio. ¶ In †glo. 1. ibi, pro dote]& ſoluto matrimonio
illa dos ſpectabit ad mulierem[Et ibi, donet]impro-
prie loquitur de donatione, cum ſeductor ad illam có
pellatur, & in neceſſitatibus non ſit liberalitas, ff. de
adimen. le. rem legatam, ſecundum Goſ. ¶ ¶ In gloſ.
3. in fi.]dicebat Inno. quod hic eſt caſus ſpecialis, quo
quis cogitur ad matrimonium contrahendum contra
id. 30. quæſtio. 2. capitul. primo, & 2. & hoc propter de
lictú. ſic ſupra de eo qui dux. in mat. capitulo primo,
& dixit Hoſt. quod ſi intellexit illum præciſe cogédú,
contradicit, infra c. prox. ¶ In glo. vlt. ibi, puellæ]&
quantum plus ratione deflorationis datura eſt alteri
viro in dotem, ſecundum Ab. all. de iniur. cap. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Stupratoris puellæ pœna, & obligatio, & nu. 2. & 3.*
2 *Suffragium, & ſuppletio gloſſarum.*
Stuprum quid, & vnde dicatur.
Adulterium quid.

C A P V T II.

Peruenit. Secunda pars. ibi (quod ſi) Fœlix no
mine, ſed infœlix ratu. Hoſtien.
1 (Agat) Dicebat T. quod †grauis pœ
na imponebatur, vt illius metu illam duceret in vxo-
rem (Retrudatur) aut dotem det. ſupra cap. proxi. In-
no. (Præceptione) i. reuocatione: quia ad tempus hanc
pœnitentiam agit: vel erit perpetuo in monaſterio, &
non exibit ſine prælati ſui licentia, prima plus placet
2 Hoſti. ¶ In †gloſ. 1. ibi, relegetur) imo ſi honeſtus eſt,
punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, vt in
a §. ſtatim alle. ¶ In gl. 1. ibi, verberetur) dicebat ma-
giſter meus hic colligi, quanta ſit pœna clerici, qui in
ſacris eſt, & ſtuprauit mulierem. videtur enim, ꝙ quia
cum illa non poteſt contrahere, debeat fuſtigari, ar.
etiam de calum. ca. 1. ¶ In glo. 2. ibi, in fi.) alias. 2. lex
dicit, ꝙ adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam có
mittitur, ff. de ver. ſig. inter ſtuprum, vel in virginem.
ff. de adul. inter liberas. §. lex iulia, & l. ſtuprú, & dici-
tur ſtuprum quaſi prauum ſtudium, ſecundum Hoſti.

ADDITIONES.

a ¶Vt in. Vide glo. in l. inter liberas. §. lex iulia, ff. de adul.

S V M M A R I V M.

1 *De adulteræ reconciliatione.*
Cum ea permanens vir quo caſu non dicatur particeps cri-
minis, & lenocinium contrahere, num. 2.
Bigamiam contrahit.
Ea an poſſit auctoritate propria à viro dimitti.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
In carcerem miſſi ſi relaxantur in paſcatis die, iterum pro-
pter idem miſſi non habent beneficium.
Iterantes crimen amittunt benignitatem legis, atque veniam.

C A P V T III.

1 **Si vir.** In †reconciliatione adulteræ diſtinguit ſe-
cundum membrum ibi, quod ſi [Sciens]
ignorans enim excuſatur a participatione
criminis, ſed non a bigamia. de hoc dixi ſupra de bi-
gamis. capitulo ſecundo. (Pœnitentiam) illo enim
caſu poſſet reconciliari, vt ſequitur (Fornicatione)
ideſt adulterio. Vincent. (cum illa) maritali modo,
& ipſam cognoſcendo, poſſet enim, ſi vellet, pietatis
cauſa miniſtrare illi neceſſaria, & tenere illam in vxo-
rem, ſicut alias legitur, ſupra de frigi. cóſultationi. (Di
miſſa) quod poteſt auctoritate propria ſecundú quoſ-
dam. de hoc infra ca. fi. [Debet] i. poteſt [Recipere] có
tra. 23. q. 1. capitulo primo. 2. & 3. So. illa loquũtur de
2 incorrigibili. ¶ Vlti. gl. obijcit, & ſoluit, & arguit. ¶ In
glo. 2. ibi. l. 2.]vbi dicitur, quod crimen lenocinij con
trahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem in con
iugio tenuerút. ¶ In glo. vlti. ibi. l. 3.]beneficium, quo
relaxantur carcerati in paſcatis feſto, non iuuat iteri-
tem quaſi in conſue. deduxerit[Et ibi, ſed tyronibus]
2 piſſet [Vſurarum] ex † hoc videtur, quod ſi quis emat reditus alicuius caſtri ad vitam ſuam, vel ſuam & hæredum, & ad certum tempus tenẽdos, ſi reditus annuus communi æſtimatione non excedit annuatim reditum, quem de tanta pecunia in terra empta potuiſſet habere, licitus eſt contractus. Si verò excedat communiter, eſt illicitus, argu. infra capitu. conſuluit. alij dicunt, quod quando in perpetuum emit, licitus eſt contractus ſemper: quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere in precio. ff. de mino. in cauſæ. 2. §. penul. ſecundum Innocen. de cuius inferiori gloſſ. Hoſtien. non plus ponens, dixit hic tenendum, quod tales contractus in perpetuum, & ad tempus ad certum cenſum & ſine regulariter ſunt liciti & conceſſi per iura, quæ infra allegabo, dummodò neuter decipiatur vltra dimidiam, & dummodò in fraudem vſurarum nil fiat: alias ſecus, de emptio. & venditio. ad noſtram. ff. de action. empti. & vẽditi. Iulianus. §. idem Papinianus, C. de vſur. eos qui, & quod no. infra eodem tuas, ad quod accedit C. de pactis inter emptor. & vendito. l. ſecunda, & l. cum ſe fundum. Sed Innocent. dixit quibuſdam videri, ſorte bene, quòd ſi quis emit reditum conſtitutum ante contractum, vel venditam actionẽ, ſiue conſtitutus fuerit in re, puta in domo, vel poſſeſſione, vel alijs huiuſmodi, ſiue in perſona, puta ſerui, vel liberti, vel ruſtici, vel actio, vel nomen. Item ſiue ſit certus reditus, puta quia reddit 10. ſiue incertus, puta quia reddit quartam fructuum, qui percipiũtur de aliqua domo, de operis alicuius perſonæ. Item ſiue ſit perpetuus contractus, puta quia extenditur ad hæredes vtriuſque contrahentium, ſiue ſit ad vitam hominis, ſiue ad certũ tempus, puta vſque ad 5. annos. Item ſiue reditus ſit in pecunia, ſiue in alijs rebus, ſiue in facto; ſemper in omnibus præmiſſis reputant cõtractus licitos, quia eſſet ibi licitus & purus contractus venditionis. Nam ibi eſt precium, ſcilicet certa pecuniæ quantitas. Item ibi eſt merx, ſcilicet certus reditus, vel cauſa, vel annona. C. de ſacroſanct. eccleſi. iubemus, in princip. aut. de rebus eccleſi. non alienãd. §. ab Anaſtaſio. C. de hæred. vel ac. vend. per totum. Sed his videtur eſſe contrarium, quod dicit hæc decret. quia non eſt dubium, quòd vſque ad illud tẽpus ſaltem longum tempus plus perciperet de reditu, quã ſit prædium. Sol. licet certum nunc ſit, quòd vſque ad 20. annos, vel 50. vel vlteriores plus accipiet de reditu, quam ſit precium, quod dat, tamen hæc certitudo non facit illicitum contractum venditionis, cum hoc etiam ſit in venditione alicuius poſſeſſionis, vbi certum eſt ſecundum inferiores cauſas, quod plus acciperetur de certis fructibus eius, quam ſit pretium, quod pro ea datur, & ſine expenſis, vel labore dando ad fictum certum, vel emphy. Hic enim totum reprehenditur, quoniam carius vendit mercem propter terminum, quem dat prolixum emptori, vel ad ſoluendam pecuniam, vel quia prò minori emit mercem, quia ſtatim dat pecuniam, & per prolixius tempus expectat mercem quæ penitus ſunt illicita: quia hic ſolummodò vendit tempus pro illa pecunia, quæ venit, & iuſtũ precium excedit: quod ex eo apparet: quia ſi vtraque parata eſſent precium, & merces, pro minori fieret. & in caſu noſtro omnia ſunt præſentia: quia nec venditur tempus, quia res ipſæ, de quibus diximus, ſcilicet reditus, vel actio tantum valebit, vel ad minus creditur valere ſubſequentibus temporibus, quantum modò valet, vel ad minus eſt dubium, & hoc ſufficit ad hoc vt contractus ſit licitus, vt hic. Idem intelligunt quidam, & ſi reditus, vel nomen de nouo propter hoc conſtituatur in rebus, vel perſonis aliis contrahentibus, puta quia dicit emptor, Tu conſtitues tales reditus in tali poſ. vel ſeruo, vel facies, quod talis confitebitur ſe debere tibi mille vſq; ad annum, & ego de illis mille, vel magis de actione pro illis mille competente tibi dabo quinquaginta. Nam dicunt omnes cõtractus illos licitos, quia non eſt hic mutuum, ſed emptio. Item multi caſus poſſunt interuenire, quòd iſte emptor amitteret in hoc contractu, puta ſi inops fuerit nomen. Sed certè bene conſulendum eſt omnibus fidelibus, quòd ab huiuſmodi contractu abſtineant, ſcilicet quòd de nouo propter hoc conſtitutum reditum, vel actionem emant. iſtud autem penitus videtur illicitum, quòd ipſe idem qui dicitur emptor, in ſe conſtituat reditum, vel actionem, qua ſe plus obliget ad plus dandum vel in pecunia, vel in ſpecie, quam accepit ſecundum Innocent. [Peccatum] in conſpectu Dei. & ideo ſunt inducendi, vt ſatisfaciant in foro pœnitentiali [Ceſſarent] quia in dubio, quod tutius eſt animæ, eſt ſequendum, quod dic vt ſupra de homici. ad audientiam, Hoſtien. [Cum] ſup. Hoſtien. mens de facili corrumpatur, & cogitationes &c. [Occultari] iõ
3 † ſi tales in pœnitentia veritatem detegant mẽtis corruptæ, ad ſatisfaciendum efficaciter inducentur, in-
4 fra capitu. conſuluit, in fin. Hoſtien. ¶ † Gloſſ. 1. reſpõ per modum ob. de eo, quod licet cõtrahentibus &c. ¶ Secunda obiicit, & ſol. ¶ Tertia ſignat contrarium,
5 & remit. ¶ † In glo. 2. ibi. §. vlt.] ſtatuliber pendẽte cõditione æſtimatur quanti poſſet emptor inueniri [Et ibi, mortis cauſa. §. vlt.] qui accipit hominem obligatum ex noxa, intelligendus eſt accepiſſe, quantum homo vendi poterat. Idem in fundo obligato [& ibi. §. portio] alias iacturæ æſtimatio rerum proiectarum habetur non quanti ſunt emptæ, ſed quanti vendi poſſunt [& ibi. l. precia] hæc l. & ſequen. ponunt ſingularẽ
6 affectionem in ſeruo, filio naturali. ¶ † In glo. 2. ibi, extimantur] de hoc ſupra de teſti. cum cauſa. nec enim animoſitas, vel ſtulticia alicuius emptoris rem facit
a preciſiorem. ff. ad l. Falcid. l. tertia, [a] Goffred. ¶ In glo. ſimile. ſupra in fin.] dicebat Goffred. forma vſurarii contractus propriè eſt in mutuo. In cõtractu ergo venditionis non committitur vſura quò ad formam, ſi ex mente ſcilicet, vt fingatur precium hoc caſu ab emptore venditori traditum, & ſibi poſtea mutuatum cum lucro.

ADDITIONES.

a ¶ L. tertia. Vide plenius Bar. Bald. & Saly. in l. 2. C. de reſcin. vendi. & ff. ad l. Fal. l. precia. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, quomodo puniatur.*
Vſuræ non ſolum exigi, ſed & recipi prohibentur.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT VII.

1 Præterea. C. † vſurarius monitus nõ deſiſtẽs, ſi clericus eſt, ab officio, & beneficio ſuſpenditur; ſi laicus, excõicatur. & per hoc patet diuiſio [Recipere] ergo nõ ſolum exigere, ſed etiam recipere prohibentur. de hoc 48. di. c. 1. ſatisfactionem. dixi de hoc ſupra eo. cum tu [Excõmunicationis] ad idem ſupra c. 3. infra. eo. tuas, de iu-
2 reiur. ad noſtram. 1. ¶ † Secunda gl. quærit, & ſoluit. ¶ In glo. 2. ibi, mittantur] & tamen dicebat Ala. illud ſpeciale, & ad cõſequentiam non trahendum [Et ibi, colligitur] quia illud ob hoc deciſum, ſecundum Hoſt. [& in fi.] de hoc 14. q. 4. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignorata computantur in ſortem exceptis caſibus, num. 3. & 5.*
Vſuras nec priuatus, nec vniuerſitas poteſt recipere. excipiuntur caſus nu. 3. & 5.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Vltra ſortem quibus caſibus quid accipere & petere liceat, & num. 5.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VIII.

1 Conqueſtus. Fructus † rei pignoratæ cõputãtur in ſortem, vnum caſum excipit. Et ſic patet diuiſio. & quia decre. dirigitur abbati, & fratribus ſancti Lauren. Ala. quòd ſicut priuatus vſuras non poteſt recipere, ſic nec vniuerſitatis. hoc arguens contra ciuitates Italiæ, quæ accipiunt vſuras nomine ciuitatis, ideo no. Vincẽ. infra eo. Michael, & de hoc per Rai. in ſum. eo. tit. pe. col. ver. quid de comitatibus [Memorato] in princ. ca. (Illi) G. qui terram obligauerat, vt patet, indeciſa. Hoſt. (Niſi) excipit ab eo, quod dixit fru-
2 ctus computãdos in ſortem. ¶ † Secunda gl. inchoetur in ver. illud no. vſque ad verſi. Item ſi vendo. Dicẽdo, quòd glo. no. duos contractus &c. ponens etiam 7. caſus, in quibus aliquid vltra ſortem recipere non eſt vſu-
3 ra. ¶ In † gl. 2. ibi. l. 2.) ſi emptor in termino precium non ſoluit, quamuis depoſuerit, vſuras debet venditori (Et ibi, ſocium qui) ſocius moram faciẽs in eo, quod debet ex ſocietate, debet vſuras: quia ſocij intereſt illum moram non adhibuiſſe (Et ibi. l. 3. §. vlt.) in arbitraria venit intereſſe etiam vltra legitimum modũ vſurarum, & habetur in intereſſe ratio lucri (Et ibi. §. in bonæ) ſequitur, fidei contractibus ex mora vſuræ debẽtur (Et ibi. l. vlt.) ibi emptor in precio ſoluendo moroſus ſoluit ſolum vſuras, non id plus ex mercibus, quam ex vſuris precio ſoluto quærere poterat. & idem ſequẽs (Et ibi. l. 2.) videas etiam de pig. illo vos, in gl. hic vi-
4 detur. ¶ In glo. 2. ibi, (fauore eccleſiæ) vide quod dixi in præ. decret. prima, de feudis (Et ibi, ad quæſtum) & ibi de hoc, facit qđ no. de fidei. c. 2. (Et ibi, illud not.) hoc idem not. 14. q. 3. in ſum. (Et ibi, commodatum) idem in mandato. ff. man. l. 1. in fi. & facit 1. q. 1. nunquam, ibi, Ex quo pecuniam acceperunt, prophetia facta eſt diuinatio. (Et ibi, illo vos) vbi de hoc in gl. hic videtur. & in gl. penult. dic vt ibi dixi (Et ibi, in frau-
a dem) de hoc ſup. de arb. dilecti^a (& in fi.) dabat † Hoſt.
5 infra eo. ſalubriter, caſus, in quibus aliquid petitur vltra ſortem per hos ver. feuda. ſup. de feu. c. 1. & hic, fideiuſſor, quod dic, vt ſupra de fideiuſſ. peruenit, pro dote. infra eo. ſalubriter. Stipendia clerici. ſupra c. 1. venditio fructus, cum emo fructus caſtri ad tempus, quod dic vt dixi ſupra c. in ciuitate, Cui velles iure neceſſe. 14. q. 4. ab illo. per quod videtur, q̃ ab hoſtib. fidei licitè exigatur vſura. per quod etiam dicunt Iudæi, quod Chriſtianis licitè fœnerantur, cum etiam dicatur Deutero. 23. non fœneraberis fratri tuo pecuniam, vel aliã rem ad vſuram. Sed contra eos ibi. 28. B. fœneraberis gentibus multis, & ipſe a nullo fœnus accipies. & D. aduena fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis illi. Ad idẽ infra eod. poſt miſerabilem, & c. pe. & c. ab illo, legatur negatiue. i. ſicut nulli iure nocere deſideras, ſic a nullo vſuram exigas, vel quamuis licitè exigerentur ab hoſte fidei, non ideo per Iudæum a Chriſtiano poſſunt exigi, bona enim hoſtiũ exponuntur, ſed nõ Chriſtianorum, nec Iudæi ſunt hoſtes noſtri. & quod fauore &c. C. de legi. quòd fauore. Vendens ſub dubio habes infra eod. capitul. final. Precium poſt tempora ſoluens, hunc caſum ponit gloſſ. Pœna in fraudem, vt dicit finis huius gloſſ. Lex commiſſoria, cum ſcilicet vendo tibi fundum, dummodò ſub pacto legis commiſſoriæ. C. de pactis, inter empt. & vendit. l. cõmiſſoriæ, & l. ſi fundum, dummodo non fiat in fraudem, ſupra de empt. & vend. ad noſtram. Gratis, ſcilicet quãdo aliquid datur ſine pacto. ſic ſupra de ſimo. dilectus. 2. caueat tamen ab intentione corrupta, infra eo. conſuluit. Socij pompa, hoc dicit gloſſ. circa finem. Plus forte modis datur iſtis eſt forte. 13. caſus ſecundum eum. vbi creditor ratione mutui, quod fecit, laborem ſubijt, in cuius compenſationem fructus ex re ſibi obligata perceptos facit ſuos. de hoc ſupra de re. ecc. non alie. c. pen. & remittit ad ſummam. eo. tit. §. an aliquo. caſu. Et eoſdem ver. poſuerat ſupra de pig. cum contra, quos etiam prius poſuerat in ſum. eod. tit. prædicto. §. an aliquo.

ADDITIO.

a ¶ Dilecti. & plenius C. eod. tit. cum allegat. per gl. & doct.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij hæres vſuras reſtituere cogitur, & quãdo eius, vel ſua perſona teneatur. item omne damnum, in fi.*
Crimen, pro acquiſitum ex eo.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Lucrum cuius quis capit, factum præſtare debet, & pro qua parte, & num. 3.
Soluendo qui non eſt, oneret cæteros obligatos.
Hæredes quatenus teneãtur, & nu. 3. an ex reſcripto contra defunctum impetrato conueniri poſſint.
3 *Additio gloſſarum.*
Poſſeſſor non hæres de qua teneatur.

CAPVT IX.

1 Tua nos. Hæres † vſurarij filius, vel extraneus, vſuras reſtituere cogitur. Communis diuiſio. 2. ibi, Tuæ igitur [Vſurariorum] abſolutorũ in extremis, & tunc ex illorũ perſona tenentur hæredes: ſed ſi impœnitẽtes deceſſerint, tenentur ex ſua de eo, quod ad ipſos peruenit, ſm Hoſt. facit quod dixi ſupra de ſepulturis parochiano (In crimine) i. in acquiſitis ex crimine vſurarum, ſm Hoſt. vel reſpicit verſ. defunctis (Deuoluta) iure hæreditario ſecundum Hoſt. ad hoc facit finis (Vſuras) & omne damnum, quod ratione vſurarum contingit debitori, Inn.

¶ Glo.

Digitized by Google

¶†Gl. 1. quærit, alle. ad negatiuā vnam l. & affir. tres,
& ſol. ¶ In 1. gl. ibi, ex qua perſona) ſequitur, quis lucrū
capit, eius factum præſtare debet[Et ibi. §. cum inter]
ſi diuiſa actione inter fideiuſſores, poſt lit. cōteſt. alter
efficitur non ſoluendo, hoc non onerat alterum qui eſt
ſoluendo[& ibi, §. hæres]hæres commodatarij pro il-
la parte, qua hæres eſt, conuenitur, niſi facultatem ha-
beat totius rei reſtituendæ[& ibi, inter fideiuſſores] ſi
alter fideiuſſorum efficitur non ſoluendo, pars illius
ad aliorum onus accreſcit[Et ibi, ſi fideiuſſores]ſi fide
iuſſores tutoris adoleſcenti promiſerunt id ſoluere, qđ
a tutore conſequi non poſſet, actio reſidui diuiditur in
ter eos, qui ſoluendo ſunt[Et ibi, l. 2. ibi, ad literā]ſunt
verſic. quæ præcedunt, & ponit caſum de hærede litiga
toris victi, qui etiam tenetur ad fructus etiam percipiē
dos poſt lit. conte. [Et ibi, non excludit]vnde non præ
ſcribit, quod non præſcriberet defunctus propter ma-
2 lam fidem, vel precarium. ¶†In gl. 1. ibi, pro hæredita
ria portione]hoc eſt regulare. C. de actio. hær. l. prima,
& ſecūda, & quoſdam caſus exceptos no. Rai. in ſum.
part. ſecunda de legiti. ma. ſecundo reſpon. de furtis,
quos vide no. in præ. l. ſecūda, in prima gl. Item, vt ibi
dicebat, ſolutio debitorum eo prętextu, quòd pupillus
eſt hæres, differri non poteſt. tex. eſt eodem tit. ſub prę
textu, ibi, Peruenerunt. hoc nimis eſt durum ſecūdum
Hoſt. ſi intelligatur de non hęrede, vnde licet dictū gl.
videatur, multis fauorabile, & æquum, & communiter
approbetur, ſibi tamen videtur, quòd licet hæres, qui
non fecit inuentarium, teneatur in ſolidum; tamen nō
hæres, etiam ſi res ad eum ex cauſa lucratiua peruene-
rit, nō tenetur. C. de donatio. l. æris alieni. & l. ſi pater,
C. de actio. hære. l. fi. ff. ad Trebel. l. prima. §. ſi hęres, ni
ſi ſaltem eſſet res empta de pecunia fœnebri, ſupra eo-
dem, cum tu, in gl. fi. de hoc, & maxime hoc verū poſt
præſcriptionem. & dicit, quòd aliter multæ animæ la-
quearētur, nec aliquo iure cauetur de alia re teneri poſ
ſeſſorem non hęredem. & iungit no. de ſepul. parochia
no[& ibi, poteſt dici]ſecundum Vincen. T. idem Goff.
Phi. & Hoſtien. qui etiam idem no. in ſum. eod. tit. §. fi.
ver. quid ſi alter[Et ibi, habenda eſt]no. hic T. Philip.
Vincen. Goff. & Guil. in Spe. titu. 1. §. reſtat, verſi. Item
mortuo eo, quod per reſcriptum impetratum contra
vſurarium mortuum ante citationem non conuenitur
hæres, ſi de hærede non ſit mentio in reſcripto. & ſic di
cebant Tan. & Vincen. ſeruari Bon. ad hoc de of. dele.
cum olim: & hæc iura loquuntur in ordinario, vt not.
infra eodem Michael, qui iudicat hæredem, ſicut teſta
torem, & ſic intellige, turpia lucra debent hæredibus
auferri. ff. de calum. in hęrede. de hoc de reſcrip. ſigni-
ficauit. de iudi. quia. V.

S V M M A R I V M.

1 Mutuans ea mente, vt plus ſorte percipiat tenetur in iudicio anima.
Iuramenti parabolam non dans, & quid ſit hoc, nu. 2.
Vendens rem plus debito ex dilatione temporis.
2 Pro vulgaribus prouerbijs argu.
Parabola quid.
3 Conſuetudo patris familias inſpicienda.
Mutuare an ſit in præcepto, mutuans ex ſpe vſuræ quid reſti tuere tenea tur. nu. 4. 5. & 6.
Vniuerſitatis creditor non poteſt euitare collectas.
4 Vſura mentalis nunquid noceat?
Simonia mentalis non nocet ad reſtitutionem.
5 Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 6.
Index ponens in remuneratione principaliter ſpem, iuſtitiam videtur vendere.
Naturalis obligatio non poteſt deduci in ciuilem, vel in pa-ctum.
Similiter tamen quandoque quis obligatur ad id, ad quod ſine pacto tenebatur.
In vſurariorum iudicio quid ſi quis confiteatur ſuam prauam vo luntatem, & quid iuris.

C A P V T X.

1 **Conſuluit.** C. † Mutuans ea mente, vt plus
ſorte percipiat, non dans para-
bolam iuramenti, niſi aliquid
inde recipiat, vendens rem plus debito, quia ſolutio-
nem precij differt, tenentur ex his in iudicio anima-
rum. Communis diui. in 1. conſultatio tria dubia con-
tinens, ad quæ ſil. 2. reſpon. 2. ibi, verum quia[Quaſi v-
ſurarius]bene quærit, quia vſurarius non eſt[Et vtrū]
2. quæſtio. [Inuolat]ſupra capitu. ſuper eo, in fin. [Vul
2 gò]no. pro † vulgaribus prouerbiis, de Iudæis, & ſi Iu-
dęos[Parabolam]Lombardus fuit Hoſt. alias parabo-
la quaſi vmbra eſt prooemium veritatis, vt dicit Hier.
ad Algaſian. q. 6. [Iuramenti] i. non aliter prorogat
terminum, quo debitor tenebatur per iuramentum ſol
uere certa die, vel per iuramentum ſe non poterat ab-
ſentare, nec ille dat licentiam, niſi &c. [Aliquod] offe-
runt enim ſcientes, quòd alias fruſtra laborarent, &
3 † no. inſpiciendam conſuetudinem patrisfa. ff. de uſu.
qui ſemiſſes, de pign. ac. l. vniuerſorum. 47. D. quoniā.
& facit de con. rti. vel inu. ad noſtram, de pignor. illo
vos[& an negociator]3. q. [Lu] 6. Date mutuum. quæ-
rit G. an hoc ſit in præcepto. reſpō. quòd ſic, in caſu ne
ceſſitatis, quo omnia ſunt communicanda, 47. diſtin.
ſicut Hu. 12. q. dilectiſſimis, Cum[Nihil]lucri, vt ſeq-
tur, nam euitare poſſet creditor vniuerſitatis ēt ex pa-
cto collectas, ad quas interim vniuerſitati tenebatur ſe
cundum G. qui hoc in Spe. e. tit. in fi. Sed videretur di-
ſtinguendum inter certa, & incerta. ad hoc infra c. fin.
4 [Sperantes]dicunt † quidam, ꝙ licet ſit vſurarius mu
tuans principaliter ex ſpe vſurę, non tamen tenetur re-
ſtituere plus receptū, niſi aliquid faciat, propter quod
debitor neceſſario dare cogatur, puta negando termi
num, recipiendo cautionem maioris ſummę, vel huic
ſimile: & ſecundum iſtos nō nocet vſura mentalis, ſed
per pœnitentiam aboletur. alij dicunt, & eſt tutius ſm
In. immò veriſſimū ſm Hoſt. quod placet Rai. in ſum.
huius ti. ver. ſed nunquid voluntas, quod ſemper tene-
tur reſtituere, ex quo principaliter ducitur illa inten-
tione, quare aūt aliud in ſimo. quam in vſura, dixi ſup.
de ſi. c. fi. & quod dicitur vſuram mentalem non obli-
gare ad reſtitutionem, poſſet eſſe verum, quando ſecū
dario & non principaliter ponebatur ſpes in lucro, &
ſic intelligo, ꝙ hic no. G. & H. & in ſum. huius titu. poſt
prin. vbi quod hic no. ad literam videre poteris, & di-
cam ſtatim ſuper glo. 2. plenius ſuper regula, peccatū,
de re. iu. li. 6. in 1. an q. in l. Deut. 23. Eze. 18. [Taliter]
i. tali intentione[Inducendi]quod nō fieret, ſi non eſ-
ſet vſura. T. Vinc. dicebat an agi poſſit condictione ex
hoc canone, quare, & non ſol. ſed ſolutionē collige ex
5 vlt. gl. & eo, quod ſuper ea dicam. ¶†Vult gl. ſignat cō
trarium, & ſoluit. ¶ In 1. gl. in fi.]loquitur de fœnerato
re, qui mutuauerat pecuniam athletæ, nec permitte-
bat illum a ſe recedere, niſi caueret ſoluere debitum,
& vltra: iudex rem ad æquitatem reducet. ¶ In glo. 2.
ibi. §. conſuluit]vide de ſimo. cum eſſent, ſuper prima
6 gloſſa. ¶†In gl. 2. ibi, poſita]& de tali quærebatur, vt
patet in princ. [& ibi, nec etiam recipere]Goff. ponen-
do ad literam hanc glo. Alan. ſubdebat: vel ſi dicatur
vitium vſurarum ſola ſpe vel intentione committi,
non tamen eſt neceſſe reſtitui taliter acquiſitum, ſi
in ſimonia, & cætera. per quæ collige, quòd intelle-
xit de ſpe ſecundaria, de qua hæc gloſſa. ſubdebat

Goſ. ꝙ iudex principaliter ponens ſpem in remunera-
tione, iuſtitiam vendere videtur. 11. q. 3. qui recte. idẽ
in ordinante. 1. q. 1. ordinationes (& in h.) Ala. tamen
iſta naturalis non poteſt deduci in ciuilem, vel in pa-
ctum, ſecundum quod not. 14. q. 3. c. 1. & per Goſt. hic
Hoſtiẽ. de hoc tract. in ſum. eo. tit. §. fi. ver. quid ſi tibi,
vbi conatur defendere contrarium, concludit tamen,
quod prædixi tenendum. fatebatur G. quod quis quã-
doq; ciuiliter obligatur ad id, ad quod ſine pacto te-
nebatur, de ele. ſignificaſti, de præb. ſignificatũ. ¶ In
7 gl. vlt. ibi, iudicium eccleſiæ) Quid † ſi is, contra quem
agitur, in hoc iudicio contentioſo confiteatur ſuã pra-
uã intentionem, dicit Hoſt. quod ſi petebatur vt verè
vſurarium, propter iniuſtam petitionem abſoluetur
reus, niſi propter animæ periculum dicatur hic aliquid
ſpeciale, ad quod de iudic. dilecti, de con. ſpiritu. tua.
Sed ſi petebatur, vt quaſi vſurarium iniuſtè, & contra
ſalutẽ animæ receptum, ſit condem. ſecundum eum.

S V M M A R I V M.

1 Manifeſti pro notorijs.
Notorium iuris quando.
Appellatio manifeſtis vſurarijs interdicitur, & an ſemper, prædoni quo caſu, nu. 2.
In vſurarum cauſis qualiter procedatur.
2 Additio gloſſarum.

C A P V T XI.

1 Quam pernitioſum. Breue eſt † (Manifeſtos) i. notorios ſu-
pra eo. quia in omnibus, Hoſt. [Conſtiterit] ex hoc col
ligitur eos conuictos, vel confeſſos, & ſic erat iuris no-
torium, de coha. clerico. veſtra [Appellationis] ſed nõ-
ne iuris beneficium etiam prædoni conceditur, ſupra
de reſt. ſpo. in literis. So. illud in odium violenti. iſte ve
rò veteris & noui teſtamenti trãſgreſſor iniuſtè præſu-
mitur appellare, ar. 2. q. 7. non poteſt: ſi tamen eã pro-
ſequitur, ꝙ male factum fuerit corrigetur, & ſi dicatur
etiam prædonem vtriuſque teſtamenti tranſgreſſorẽ.
reſpondetur vſurarii exigunt, ac ſi liceret, quod prędo
non facit, ſecundũ Vin. ſed dic idem in manifeſto prę
done quò ad hunc caſum, de ap. cũ ſit, in fi. vt dicit gl.
[Tueri] & ꝓceditur hodie ĩ his cauſis ſimpliciter, & de
plano, abſq; iudiciorũ ſtrepitu, & figura per Clem. de
2 iud. diſpẽdioſum. ¶ †In gl. 1. ibi, grauaretur) vt ſi vel-
let reprobare teſtes aduerſarij, & non admitteretur. ſi
aũt appellat, quia dicit ſe vſurarium non eſſe, vel ne
corrigatur, nõ auditur. Hoſt. Dicit Inn. ꝙ audiretur ap
pellans a ſnĩa: dicit tamen, ꝙ alij dicunt contra (& ibi,
& hoc conſtat] adde quod no. infra eod. cum in dioc.

S V M M A R I V M.

1 Iudeos ad remittẽdas vſuras quomodo cogat eccleſia, & an de receptis ſatisfaciendum.
Quibus legibus viuant, nu. 3.
Eis prohibentur vſuræ per vetus teſtamentum, nu. 4.
Quibus modis efficiantur de noſtro foro, nu. 4. in fi.
Contra eos non cogentes, procedit eccleſia.
Ad agendum qui admittitur, non admittitur ſemper ad excipiendum.
2 Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 3. 4.

C A P V T XII.

1 Poſt miſerabilem. C. Per ſubtractio-
nẽ † cõionis Chriã
norũ cogit eccle-
ſia Iudæos ad remittendas vſuras. Et contra Iudæos
vſurarios duplicem prouiſionem ponit. ſecũda ibi, Et
donec [Remittendas] non exactas, dixit Goſt. facilius
impediri exactionem, quam repetantur exactæ, & eti
damus &c. infra de reg. iur. qui ad agendum. fallit ra-
tione iuramenti in caſu, de iureiurand. debitores: & ta
men ibi datur remedium dec. primæ. eod. tit. [Secula-
res] contra quos, ſi nõ obedirent, procederet eccleſia.
ad hoc de ſent. ex. decernimus, lib. 6. (Remiſerint) Iu-
dæi vſuras, quas nondum receperunt, & de receptis ſa-
2 tisfaciat. infra eodẽ. quanto. Hoſtien. ¶ †Vlt. gl. ſignat
3 contrarium, dupliciter ſoluit, & remittit. ¶ In † gl. 1.
ibi, iudæi] ibi dicitur, ꝙ viuũt iure Romano, & in ſuis
4 cauſis iudiciorum ſolennia ſunt ſeruanda. ¶ † In gl. 1.
ibi legem] quia & vetus teſtamentum, quod ipſi reci-
piunt, vſuras prohibet. & adde quod dixi ſupra c. con-
queſtus, ſuper gl. 2. ¶ [In gl. vlt. ibi, multi] & ſupra de di
uor. gaudemus [& ibi delictum] & propter reũ, contra
ctum, & domicilium, ſecundum Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 Vſurario, qui fecit debitorem iurare de ſoluendis, vel non repetendis vſuris, quid fiat.
2 Excommunicari poteſt.
Quicquid poteſt excogitare in fraudem vſurarũ, nihil ei prodeſt, & ratio.
Libros rationum edere cogitur, in fin.
Coniecturas probabiles de fraude etiam habere poſſumus.
3 Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, nu. 4.

C A P V T XIII.

1 Tuas dudum. Caſus † vſurarius qui fe-
cit debitorem iurare de
ſoluendis, vel non repetẽ
dis vſuris, eccleſiaſtica cẽſura compellitur ab exactio-
ne deſiſtere, & perceptas reſtituere. & huius pars ſupra
de ſpon. duo. tuas dudum. cõmunis diuiſio. 2. ibi, Nos
igitur [Quod vſuras] vt non ſit verborum inculcatio,
poteſt exponi, ideſt vſurarum ſoluendarum cautionẽ,
alias dic [Non repetant] ideſt non contradicant. vel
dic vſuras iam ſolutas. & quod ſequitur [Soluerint] ſ.
in poſterum ideſt ſoluerint, vel. i. ſoluere promiſerint.
2 [Cenſuram] ergo † excommunicari poſſunt, ſupra eo-
dem præterea [De dolo] dicit hic Hoſtien. quòd quic-
quid poſſunt vſurarij excogitare in fraudem vſurarũ,
& ne poſſit ab eis repeti, in nullo ꝓdeſt illi, ex quo de
fraude conſtat, de qua conſtare poteſt per coniecturas
probabiles, arg. hic & in eo, quod no. de emp. & vend.
ad noſtram, de pig. illo vos, & remittit ad ſum. eo. tit.
§. qualiter contractus. hodie additum eſt de libris ra-
tionum edendis per clem. eod. tit. ex grandi [Commo-
dum] imo potius ſentire debet incommodum, infr. de
3 collu. c. pe. ¶ Gl. 1. poſſet recitari per duas q. & obie-
4 ctionem ad ſol. ſecundæ. ¶ In † gl. 1. ibi. quemad.] & c.
ad noſtram. 2. ibi de hoc in gl. 2.

S V M M A R I V M.

1 Vſurarius non auditur per reſcriptum impetratum ſuper recuperandis vſuris quas alteri ſoluit, niſi prius reſtituat quod extorſit. quid ſi nullus agit contra eum de vſuris. num. 6.
Exceptio hæc eſt fori declinatoria, an id verum, num. 6.
2 Vſuras reſtituere cogi põt reus illis, a quib. agens extorſit. quib. modis repetuntur, cir. fi. barũ edictum ſimile edicto. Quod quiſque iuris, num. 5.
Cui reſtituendæ, & quando, nu. 6. iuncta gloſſa.
Compenſare multo fortius poſſumus.
Criminis obiectu retardatur actio ciuilis hic.
3 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.
Legis auxilium fruſtra inuocat, qui commiſit in legem, & num. 5.

Execu-

Executionē ſententiæ non impedit ſatiſdatio: excipitur.§.1.
Cautio, vel ſatiſdatio quando ſufficiat, ibid.
Pignoratitia quando competat, ibid.in ſi.
Additio gloſſarum.
Priuilegium delinquens regulariter amittit, cir.ſi.
Propter inopiam repellitur magis extraneus, quam is, cui debetur.
Denunciationes publicæ quando fiant contra vſurarios.
Reſcriptum non finitur lapſu anni, ex quo impetrans vti cæpit illo.

CAPVT XIV.

Quia fruſtra. Caſus. † Non auditur vſurarius per reſcriptū impetratū ſuper recuperandis vſu-
ris, quas alteri ſoluit, niſi prius vſuras reſtituat, quas ex
torſit, & ponit ſtatutum, cuius cauſam præmittit [Re-
ſtituendis] ſibi quas alijs ſoluit, vel i. recuperādis [Sor
tem] ꝙ dic, vt ſupra c.1. [Noſcitur] i. ipſe, vel pater. qđ
dic, vt infra e. Michael [Audiatur] hic apparet hāc ex-
a ceptionem fori declinatoriam, ᵃInno. & fallit hic regu
la canonis. 4. q. 6. omnibus. dicebat autem In. quod
2 † licet repellatur vſurarius agens, tamen auctoritate ſu
perioris poſſet cogi reus reſtituere illis, a quibus agēs
extorſit, & ſic exonerantur a peccato, & vtiliter gerūt
negocium illius vſurarij quo ad corpus, & ad animā.
facit quod dixi de iureiu. ad noſtram. 2. ſuper gloſ. pe.
& vide quod dixi de adul. intelleximus, ſuper gl. pen.
ver. not. tamen. vnde cum repetere poſſent, quod ſol-
uiſſent, multo fortius compenſare, ſi poſtea contra il-
los agatur, ar. ff. de ne. ge. ſi pupilli: iudex tamen, quā-
do reſtituit vſuras alteri, quam ſoluenti, faciat ſibi ca-
ueri ad ſuum ſenſum, quod nullum damnum poſtea
conſequatur ab his, a quibus acceperat, ſecūdum Inn.
ſed contra ſupra de reſti. ſpo. itē cum quis, vbi dicitur,
quod criminis obiectu ciuilis actio non retardatur, ſe-
cundum Vincē. illud generale: hoc ſpeciale in odium
criminis: vel ſecundum eum, vſuræ repetuntur propter
crimen, cum omni iure indebitæ ſint, vt no. ſupra eod.
c. 3. licet detur ciuilis actio, cōdictio indebiti, vel ſine
cauſa, vel ex lege, vnde & in modum denunciationis
petuntur, nec eſt ibi neceſſaria admonitio ſecundum
3 eum. ¶ Gl. 1. dicit literam intelligendam de eadem
l. ſignat duo diuerſa cōtraria. primum, quòd etiā eiuſ-
dem beneficium non perdat, ſecundum, quòd etiam
alterius perdat. recitat dictum Ioan. & Vin. demū ſol-
uit, & ad contraria reſpondet. ¶ Gl. 2. quærit, & ſoluit,
duos caſus excipit. ſecundò quærit. ponit op. Ioan. &
Tan. & ſoluit. 3. quærit, arguit, & ſoluit. in ſi. elicit argu
4 mentum, quod ſtatim determinat. ¶ † In 1. gloſſ. ibi,
iſti quidem, in prin.] peccans in l. Iu. de adul. repetit,
quod pro adulterio celando dedit, vt conſideretur in
hoc metus iuſtus, non qualis fuerit ſoluens [& ibi. §. ſi
verò] poſtquam negligens inuentarium facere perdit
legis beneficium, quo illud faciendo non tenebatur vl
tra vires hæreditatis ad credita, & legata [& ibi, ami-
ſit] inſ. declarabo [& ibi, auxilium, in ſi.] ibi non ſit æta
tis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum le-
ges inuocat, aduerſus eas committit. ¶ In gl. 2. ibi, ꝙ
ſi nō ſoluere] vide de fo. co. ex tenore, ſuper vlt. gl. [&
ibi, ait prætor] loquitur de executione ſentētiæ, in qua
non ſufficit ſatiſdatio niſi ex magna cauſa [& ibi, ſi de-
bitoris] poſt venditionē bonorum debitoris adhuc pe
tunt creditores vendi poſtea quæſita, dummodo ſint
talia, quæ venditioni ſubiaceant (& ibi. §. omnis) vt cō
petat pignoratitia, omnis pecunia debet eſſe ſoluta,
5 vel pro illa ſatiſdatū. ¶ In gl. 1. ibi, iſti quidē] melius,
ſed & partus: §. quæri poteſt. Ab. [& ibi, an ſit] vbi de
hoc [& ibi, appellans] illud ideo: quia delatū appella-
b tioni ſm ᵇ Hoſt. [& ibi, Vinc.] ipſe tamen Vincen. ſup.
de immu. ec. c. ſi. dixit, quod violans legem generalē,
inuocare non debet auxilium alterius legis generalis,
& ſic loquitur l. auxilium: ſed talis bene poterit ſe de-
fendere ex l. ſingulari, vel priuata, vel priuilegio, niſi
tale ſit priuilegium, quod tollatur per offenſam iuris
com. C. de cri. ſacri. quia in prouintia. ſi vero impetra-
uit ius iniquum, aduerſarius contra illum ſe illo iure
deſendit: ſecus, ſi tantū voluit impetrare. ff. quod quis.
iuris. l. 1. §. ſi. & l. ſi quis. Ioan. hic dixit edictum de vſu
ris ſimile edicto, quod quiſque iuris. vbi non ſolus ad-
uerſarius, ſed etiam alius illo iure repellit agentem.
ff. quod quis. iur. l. 3. §. 1. [& ibi, non credo] idem Hoſt.
niſi offenderet in fide cathol. de re. iu. deſſeat [& ibi, re
ſtituitur] & redditur ratio. C. ſi aduerſ. delic. l. 1. quia
malorum mores &c. & eſt regulare, ꝙ delinquens per-
dit priuilegiū, quod alias haberet [& in ſi.] quia illud
ſpeciale in odium patroni, qui libertā ignominioſam
vxorem duxit, & quia deliquit, priuilegium, quod
alius haberet, amittit. ſ. ꝙ eo inuito diuertere, & alij
6 nubere non poterat. ¶ † In gloſ. vlt. ibi, debet] ſi enim
propter inopiam repellit ipſum, cui debet, ſupra eo. cū
tu, multo fortius extraneum, ſecundum Io. [& ibi, ad
conſultationem] Hoſt. remittit ad ſum. de pœnitentijs.
§. ſi. ver. quid ſi non immineat. & ſe. [& ibi, in pub.] in
eccleſia non per modum præconij, ſupra de iureiur. ad
noſtram. 2. at. qui ſi. ſint le. petlatum: & hoc poſſet ſer-
uari ſecundum Hoſtien. non in notorio, nec in occul-
to, ſed in infamato. dicebat G. quòd alias illi, a quo
exactum eſt, ex quo ſcitur, denunciabitur, qui ſi negli-
git, contemnit, vel remittit, audietur agens in remiſ-
ſione. verum dicit. facit quod ſupra dixit gl. [& ibi, nul
lus appareat] dicit G. quòd ſi ſperetur de reditu abſen
tis, cui dētur, cōſignabitur, & deponetur. C. de vſuris.
acceptam: demū in petitione procedetur [& ibi, reus]
contra quem impetratum fuit reſcriptum. extraneus
enim hoc opponere non poſſet, cum nec ad eum exten
datur beneficium reſcripti, de oſt. dele. P. & G. ſm Inn.
& Hoſt. qui ēt dicunt hanc exceptionem proponendā
ante li. con. & non poſt, de re iud. inter. dicit Hoſt. ēt
eā probādam. ȷ. 8. dies, ar. de exce. pia, de ſen. ex. ſolet
li. 6. [Et ibi, per literas) idē Vincen. quaſi ſibi imputet
agens, ſi litem incidētem protrahit: ergo, ſi protractio
non eſt ex parte agentis, & exceptio habet longum &
obſcurū tractum, non impedietur petitio vſurarū, qua
rum cauſa liquida eſt. C. de compen. l. vlt. ſecundum
eum. G. ad idem allegat de ap. conſtitutis. 2. de accu-
ſa. accedens, reſeruetur ergo in directā probationē, &
petitionem, quod per modū exceptionis tunc nō pro-
c batur, vt ibi. ff. de neg. ge. ſi autem. §. ſi, quocunq; mo-
do (& in fine) dixerunt etiam Ioan. Vincent. quòd non
credunt reſcriptum lapſu anni finiri, ex quo impetrans
vti cœpit illo, & reus contra eum vſus eſt beneficio hu-
ius conſtitutionis; vnde non eſt imputandum impetrā
ti, de reſcrip. ſi autem.

ADDITIONES.

a ¶ Declinatoriam. Vide in c. 1. de lit. conte. lib. 6. & Bar. in l. nā poſtea, ff. de iureiurand.
b ¶ Secundum. Et ſic valuit appellatio non ex facto appellantis, Sed ex dilatione iudicis.
c ¶ Si. Ibi vide gl. Bart. & vide pro intellectu huius c. Lapum in ſuo proceſſu contra vſurarios.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij manifeſti etiam nemine accuſante compeſcuntur et per quam pœnam, & a quo.*
Frater occiſi cogitur accuſare, & quo caſu.
2 *Argumenta probant, & quæ hic vocentur argumenta.*

Vſuræ quibus argumentis probentur, & nu. 3.
Præteritum pro futuro, ad dictio. manifeſti.
Poſſum, pro debeo, in fin.
Poteſtati iudicis quod committitur, non ſemper neceſſitati ſubijcitur, ibid.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum nu. 4.*
Perſeuerantia facti eſt, quando vſurarius tenens menſam paratam ſe paratum offert omnibus mutuari.

C A P V T XV.

1 Cum in diœceſi. Caſus. † Manifeſti vſurarij, etiam nemine accuſante per pœnam Lat. concilij ab ordinario compeſcuntur, com munis diuiſio. 2. ibi, fraternirati [Dubitabatur] forte per communem famam, non tamen ſunt notorij [Tuetur] forſan extra iudicium, vt dicit Hoſt. etiam per officiales curiæ Ro. tales quandoque defenduntur [Apparet] dicunt quidam fratrem occiſi cogendum accuſare, quando propter hanc cauſam non apparet accuſator, de hoc in Spe. de accuſatore. §. 1. uerſic. q si nullus audet (Accuſator) concor. de fil. preſ. quoniam, de diuor. porro. 2. reſpon. (Si tamen) ſup. tibi ex officio inquirenti, dicebat ergo Goff. quod quando notoriũ eſt aliquem vſuram exercuiſſe, & ſoluetem nõ audere repetere popter potentiam creditoris, tunc aliquo, vel nullo denunciante ex officio ſuo cõpellet eccleſia vſurarium ad reſtituendum: quia non dimittitur peccatum &c. ſupra eo. cum tu, de reg. iu. pactum, lib. 6. (Ar-
2 gumentis) & ſic † argumenta probant, de hoc de clerici. pere. ca. 2. & vocat forte argumenta famam cum alijs adminiculis, de teſti. præterea: vel quia vẽdit ad terminum plus, quam in præſenti, ſupra eod. in ciuitate, & c. conſuluit: vel ſi facit emptiones ſub ea conditione, quòd res emptas reſtituere teneatur aucto pretio, vel fructibus ſibi retentis, de emp. & vend. ad noſtram, de pigno. illo vos: vel quia apparent vſurarum inſtrumenta, vel menſam tenet paratã ad fœnus exercendum, ſecundum Innocen. vel quia conſtat, q alias publicè renunciauit vſuris, vnde nunc facilius conuincetur, ſupra eo. quam pernitioſum, ſecundum Hoſtiẽ. qui remittit hic ad ſum. eodem tit. §. qualiter contractus. vide quod no. 24. q. 3. ſane. 2. in gl. ſed quid ſi, vbi no. quòd non ſufficit rationes vſurarum in ſcrinio alicuius reperiri ad hoc, vt excommunicari poſſit. ſi fuit occultus [Manifeſtos] ideſt manifeſtandos. q. d. ſecundum Hoſtien. ex quo per argumenta conſtat, poteris illos manifeſtare, & publicare, & ſic in eos pœnam &c. (Libere) ideſt nulla appellatione obſtante, quod dic, vt ſupra eod. quã pernitioſum (Poteris) ideſt debebis, ſupra de ſimo. licet Heli. pri. reſpon. alias non ſemper quicquid poteſtati iudicis cõmittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur, ff. de iudi. nõ quicquid, & de hoc de vi. & hon. cler. quoniam (Exercere) ideſt eis infligere: & ſic non eſt ipſo iure inflicta, de hoc ſupra eodem cum tu.
3 ¶ † Gloſſ. 2. obijcit per locũ a diuiſione, & dupliciter reſpondet. ¶ In gl. 2. ibi, non habet) ſup. interdum, nã puto illud factum habere perſeuerantiam, quando vſurarius tenens menſam, ſe paratum offert omnibus mutuare, licet aliud dixerim in textu, ſecũdum Inn. & de hoc ſupra de coh. cleri. veſtra (& in fi.) adde quod no. infra eo. c. 1. lib. 6. in gl. manifeſti, & c. 2. in gl. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus rei obligatæ ſibi pro dote non computat in ſortẽ maritus, & nu. 2 & 4. quare, ibid. ſecus in hæredibus mariti, & in muliere ſoluto matrimonio, num. 4.*
Pro dote certa die numeranda interim licitè quicquam non recipit.
2 *Papalis poteſtas etiam circa præcepta legis diuinæ multum poteſt.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
Mulieri cautela doceatur, ne recipiat rem obligatam pro dote ſoluto matrimonio, & quid agere debeat.
Homo non eſt in fructu, & ratio.
Eius cauſa fructus omnes natura comparauit.
Homo hominis gratia generatus. in fin.

C A P V T XVI.

1 Salubriter. Caſus. † Maritus fructus rei ſibi obligatæ pro dote nõ computat in ſortem, ponit dictũ, & eius cauſam, & ſic conſtrue. ſanè non credimus compellendum generum, &c. (Generum) maritus filiæ meæ meus gener, & ego illius ſocer, inſt. de nu. §. affinitatis. Hoſtiẽ. (Poſſeſſionum) ſi gener non recipit pignus, ſed cautionem de numeranda dote certa die, & interim recipit ex pacto certos denarios pro libra, qui dicunt hoc licitè fieri, oſtendant tex. ſed alium in materia non habemus, & iſte non facit, qui loquitur in fructu ſubmiſſo Dei iudicio. non ob. ratio, quæ ſequitur, cui reſpondetur per dec. de don. inter vi. & vxo. per veſtras, in fin. (Socero) factum ponit (Numerata) ideſt numeranda
2 (Compellendum) quod etiam circa † præcepta legis diuinæ multũ poteſt papalis poteſtas; facit quod no. de decimis, a nobis (Supportanda) ſuccedũt enim fructus rei obligatæ loco fructuum dotalium, & hæc ſit ſecunda ratio. 3. vt dos ſalua remaneat mulieri, quam
3 conſumi contingeret. ff. ſo. ma. l. 3. ¶ † Gloſſ. 2. tractat de fructibus dotalibus, quando cedant marito, & quãdo non. ſecundo tractat de periculo, vel deterioratio-
4 ne rei dotalis, ad quem ſpectet. ¶ In † gl. 1. in fi.) & verſ. quos hic notauerat; de hoc Hoſt. ibi poſuit. ¶ In glo. 2. ibi, onera matrimonij] vnde dixit Innoc. maritum habere hoc priuilegium, quandiu tenetur vxorem alere: poſtea non: per quod etiam arguit Hoſtien. quod hæredes mariti, quamdiu tenentur dotem reſtituere, habeant hoc priuilegium, ſcilicet vſque ad annum poſt mortem mariti. C. de rei vxo. ac. l. vna. cum enim hoc caſu ſit eadem ratio, ergo idẽ ius, de conſtitutio. tranſlato. Tamen, prout dixit ipſe Hoſt. ratio eſt diuerſa: quia hæredes ſtatim poſſunt ſe expedire de muliere reddendo illi pignus, vel rem obligatam, quod non poteſt maritus. ſup. de iure iu. ma. 2. & quia ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos. Quid ergo è conuerſo, ſi ſoluto matrimonio hæredes mariti obligant mulieri prædium pro dote, nũquid computabit mulier fructus in ſortem: dicit hic Inn. quod ſic, & idem Hoſt. inducens leges ff. de ſolutio. Titia. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. Fulcinus. 1. reſpon. ff. de ven. in poſ. mit. l. 1. §. fi. ff. vt in poſſ. le. is cui. §. fin. ff. de leg. 1. filius. §. apud Marcellum. Sit ergo mulier diſcreta, ne recipiat rem obligatã: potius illam diſtrahi faciat, vel inſolutum recipiat. ff. de re iu di. a diuo. alias fructus extenuabunt ſortem, ſupra eodem capitu. 1. (& ibi, ancillarum) & ſit ratio quæ habetur ff. de vſuris, in pecudum, in fi. ibi dicitur, abſurdum videri hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit. Tullius li. 1. de offic. ſcire debemus, quæ in terra gignuntur, ad vſum hominium creari, homines etiam hominũ gratia generatos, vt inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint [Cędendis) alias cęduis. hoc intendit, ſi eſſet ſilua cędua, arbores bene eſſent in fructu.

S V M M A R I V M.

1 *In vſurarum recuperandarum literis clauſula quæ ponatur ex ſtylo curiæ, & quando, in fi.*
Earum crimen eſt eccleſiaſticum. ad earum reſtitutionem qui teneantur, collige nu. 4. §. 1.

Quòd

Digitized by Google

2 *Quod vſurarius quis ſit, exceptio coram quo, & quando opponenda, & contra quem, & nu. 4. §. 1.*
Ordinarius delegatus quod non poteſt vt delegatus, poteſt vt ordinarius.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*

CAPVT XVII.

Michael. Idem in ſumma, quod dec. quia
fruſtra: & ponit iſta dec. primo
partis querelam. ſecundo ibi, attẽ
1 tius clauſulam † quam ſtylus curiæ ponit in literis, quę
impetrantur ad recuperandas vſuras [Laicus] & impe
trat contra laicum: quia hoc crimẽ eccleſiaſticum eſt:
de hoc ſupra de fo. compe. cum ſit [Cives] dięceſani
non poterant cõueniri de reſcr. Rodulphus [Et infra]
hic deciditur, quomodo mandabat illos compelli per
pęnam Lateran. Concilij ad reſtitutionem vſurarum,
cum determinatione tamẽ, quæ ſequitur [Prouiſurus]
hæc clauſula non ponitur, cum rector impetrat nomi-
ne eccleſię: delictum enim perſonæ &c. de hoc in Spe.
de reſcr. præſen. §. ratione formæ, ver. circa materiã:
& vide quod ibi dicitur de participio. Conquerens,
quod ſtatim ſequitur [Auctoritate noſtra] neque tua:
2 vel ſup. maxime, procedit enim hæc † exceptio & co-
ram delegato, ſecundum Hoſtienſ. vel ideo hoc dixit
ſecundum eum: quia ſi lis conteſtata eſſet coram ordi
nario, non poſſet poſtea hæc exceptio opponi, vt dixi
ſupra eo. quia fruſtra: ſed nec in modum reconuentio-
nis, quæ fieri non poteſt poſt lit. conte. vt dixi de mu.
pe. cap. 1. & 2. ſed ſi dele. eſſet ordinarius, & ſi lite con-
teſt. coram ipſo hæc non poſſet opponi, tamen ante li-
tem conte. coram ipſo hoc poterit. tunc enim quod nõ
poſſet vt delegatus, poſſet ut ordinarius, cum non ſit
alter iudex, ſed idem, & ſic nõ ob. de reſcr. diſpendia,
3 lib. 6. & ob hoc forſan dixit, auctoritate noſtra. ¶ † Gl.
3. primo no. quod filius ex facto patris conuenit, & cõ-
uenitur. ſecundo quærit, & ſoluit. 3. quæſtionem fortifi
cat. alle. ad negatiuam, contra quam alle. inducit dec.
tua, & ſoluit, arguit ad affirmatiuam, & hanc partem
tenet, licet vacillando. 4. iterum quærit, arguit affir-
4 matiue, ſed contrarium ſoluit. ¶ In † glo. 3. ibi, ex qua
perſona] vide ſupra eo. tua, ſuper 1. glo. [& ibi. §. pen.]
de procura. actoris loquitur. qui defendere cogitur [&
ibi, ſoluti] per errorem, quo caſu ex quaſi contractu na
ſcitur obligatio. ¶ In gl. vlt. ibi. §. pe.] & melius. eo. ti.
l. omnium, & l. Mutus. §. pęna. Hoſt. [& ibi, quod iſte]
qui de patre fecit in literis mentionem, vt differat a ſe
quenti [& ibi, excipi] j. de reg. iur. qui ad agendũ, li. 6.
[& ibi, Io.] Inno. & Hoſt [& ibi, ordinario] adde quod
ibi dixi [& ibi, credo] dicit Hoſt. ꝙ ſi ipſe ſit hæres, vel
bona empta de pecunia vſuraria peruenerunt ad ip-
ſum, locus eſt exceptioni, ſ. eo. tua, & cap. cum tu, in fi.
ff. de calum. in hæredem. ff. de diuerſis, & temp. præ-
ſcrip. l. cum hæres: alias contra. C. de don. ſi patri tuo,
& patet ex his, quæ dixi ſ. cap. tua, ſecundum eum [&
ibi, ſicut non ſuo] vbi de hoc, ad idem ſ. de pecu. cleri-
ci. cap. pe. & hoc dictum videtur hic placere Innoc. ad
quod etiam arguit Hoſt. ex l. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. cũ
procurator, & infra de ſen. ex. mulieris: ipſe tamen Ho
ſtien. in ſum. huius ti. §. fi. & Goſ. in ſum. huius titul. §.
item quid ſi quis, dicunt illum teneri in ſubſidium, ſ.
illo, pro quo fuit exorta, non exiſtente ſoluendo (& ibi,
non videtur) ſecundum Io. & Vincen.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi à Chriſtianis vſuras graues extorquentes, vel de ſuis domibus, & poſſeſſionibus decimas, & oblationes non ſoluentes eccleſiis, priuantur comertio Chriſtianorum, & n. 4. §. 1. latius.*
In eis non eſt locus pœnæ Concilij Lateran. nu. 2. eiſdem cur a principibus faueatur, n. 2. in fi.
Vſurarum exactio compeſcitur ab eccleſia, & cur prohibeantur, temuß. immoderatæ quæ ſecundum leges, num. 2. centeſima quæ.
Inſoleſcere quid.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Argumentum à contrario non ſemper habet locum, vt hic.
Pignoratus fundus venditus cum ſua cauſa tranſit.
4 *Additio gloſſarum.*
Decretalis huius intellectus quis. §. 1.
Curatorum ſumma debet eſſe cauſa, cir. fin.
Eſt eis prouidendum ab epiſcopo, ſi neceſſitatem patiantur.
Eis nil minuendum de iure parochiali ſine magna cauſa.

CAPVT XVIII.

1 Quanto. C. † Iudei, quia Chriſtianis gra-
ues vſuras extorquent, vel de ſuis
domibus, & poſſeſſionib. decimas
& oblationes non ſoluerint eccleſijs, priuantur Chri-
ſtianorum commercio. Et ſunt duo dicta. ſecundum
ibi, Hac eadem, primum facit tria. ponit cauſam ſtatu
ti, ſecundo ſtatutum ibi, Synodali. 3. ibi, Principibus,
prouidet contra ſuſpicatum grauamen (Compeſcitur)
per iura, & iudices eccleſiaſticos, vt patet ſup. per to.
(Inſoleſcit) i. ſuperbe inualeſcit, vel incaleſcit (Facul-
tates) tangit hic vnam rationem prohibitionis vſura-
rum, dixi de hoc ſuper rubrica (Immaniter) nimium,
vt ſequitur, alias inhumaniter (Immoderatis) Immo-
2 deratas † vſuras ſecundum l. his verſibus comprehen-
das. Illuſtris trinã, beſſem mercator habebit. Omnes
ſemiſſem: centeſima ſit tibi iuncta. hoc eſt dicere, ꝙ il-
luſtris pro 30. li. 10. mercator: pro 30. 20. omnes com-
muniter pro 30. 25. ſtipulari poſſunt. Cẽteſima eſt reci-
pere pro 30. 30. & eius reſpectu dicitur triens, bes, & ſe
mis. remittit Hoſt. ad ſum. eo. tit. §. qualiter petantur.
(Subtrahatur) dicit Goſ. quòd pœnę Lat. con. ſup. eod.
quia in omnibus, per quas catholici compelluntur ad
reſtitutionem vſurarum, in Iudæis locum non habent,
nam illis pœnis præter hunc caſum ſunt obnoxij. ſub-
trahitur ergo eis Chriſtianorum commercium, alias
permiſſum, ſupra de Iudæ. & ſi Iudæos (Infeſti) in iudi-
cio, vel extra. Dixit autem hoc, quia propter magnã
vtilitatem, quam ſolent principes a Iudæis habere in
ſuis terris, fœnerantibus conſueuerunt illis multum
fauere (Eadem pœna) priuationis. ſ. Chriſtianorum
cõmertio (Conſueuerant) concord. de exceſ. præla. ni-
3 mis. 2. ad fi. ¶ † Gl. 1. arguit a cõtrario, & illi ar. reſpõ-
det. ¶ In 1. gl. ibi cum prętor) ſequitur, vnũ ex plurib.
iudicare vetat, cæteris id committere videtur (& ibi,
cõuenticulam) ſequitur, illicita extra eccleſiã in priua
tis ædibus celebrari prohibemus. ¶ In glo. vlt. ibi. §. ſi
fundus) pignoratus, venditus tranſit cum ſua cauſa.
4 ¶ In † gloſſ. 1. in fin.) vel fuit hoc dictum: quia quæ-
libet vſura cenſetur immoderata, & grauis ſecundum
a Hoſt.[a] ¶ In gl. vlt. ibi, [b] onere) videtur hoc accedere
b ad antiquam lecturam Hoſtiẽ. qui dixerat, ꝙ de deci-
mis perſonalibus, & oblationibus Iudęorum nihil ad
nos, & debebat hic tex. intelligi, cum domus, vel poſ-
ſeſſio, cuius reditus obligati ſunt pro anniuerſario, vel
his ſimilibus, peruenit ad dominium Iudæorum: &
hoc etiam voluit Goffr. dicens, de cenſibus, penſioni-
bus, & realibus præſtationibus hoc intelligendum, cũ
ad perſonales Iudæi non teneantur, cum perſonæ non
ſint de eccleſia. dat ſi. ſup. de deci. de terris, ſed Hoſt.
poſtea mutauit dicens, hanc dec. planè intelligendã,
vt verba ſonant, ſ. ꝙ habeatur æſtimatio prouentuum,
quæ prouenire ſolebant eccleſiæ de decimis perſona-
libus, & oblationibus, cum Chriſtiani domos habita-
bunt.

bant,quæ nunc peruenerunt ad Iudæos, & ad illud teneantur Iudęi eccleſiæ parochiali, & ſic dicit ſeruare Arelaten,& quoſdam alios prælatos de conſuetudine, pone enim, quòd Iudæi domos omnes vnius parochię emerant,vel maiorem partem illarum, & illas inhabitabant,certe fuit ſubueniendum eccleſiæ parochiali, cum ex hac cauſa ſubtrahatur priuilegium religioſis, de decimis. ſuggeſtum, & licet magnus ſit fauor religionis ſumma tamen eſſe debet cauſa curatorum, vt patet de preben.extirpandæ. §.ſi igitur: quibus, ſi neceſſitatem patiantur,epiſcopus prouidere tenetur.93. diſt.diaconi.& quibus nil eſt minuendum de iure parochiali,niſi ex magna cauſa,ſup.de his, quæ fi. a præ. paſtora.faciũt hæc pro Io.de Deo,qui dixit li.4.q.1.ꝙ non poteſt dici cenſus ignorantiæ,quem Iudæi ſoluerunt tempore,quo non eſt memoria, epiſcopo, vel eccleſiæ,ſub quibus morantur, cum ob prædictas cauſas æſtimetur eſſe ſolutus,al.18.quæſtio.2.cap.fina.ff. de vſuris,cum de in rem verſo.

ADDITIONES.

a ¶ Hoſt.Nec prohibendo immoderatas videtur minores concedere,vt in glo.no.in cle.in eo.ti.ſuper verbo facere.

b ¶ Vlt.ibi.Iſta gloſſ.coniuncto tex.facit multum ad q.quam ponit Feder.de Sen.conſilio 74.

SVMMARIVM.

1 *Gregoriana decretalis non eget ſumma.*
Nauiganti qua pecunia mutuatur,quid dicatur.
Pro ea qua vſura,& qua lege permittatur.
2 *Eius periculum ad quem ſpectat,& quando.*
Pecuniæ mutuatę periculum eſt debitoris regulariter, fallit vt hic.
3 *In nundinis qui poſſint conuenire debitores.*
Earum priuilegium ex non vſu decennij perditur.
4 *Pro vectura pecuniæ vltra mare ſi pretium recipiatur, non eſt vſura.*
Dedi indigenti,& offerenti eam reſtituere cum lucro ſperato,vt hic dicitur,in termino & loco,an ſit vſura.
Generaliter qui quid promittit ſine adiectione bonitatis,q̃dlibet dando liberatur,exceptis caſibus,& quibus.
Valere ſi certum ſit quid plus tẽpore ſolutionis,vſurariũ eſt.
Opinio communis ſpectanda eſt.
Contractus qui illiciti clericis.
Vſurarius mentalis quis,in fin.
7 *Si vendo quid eo pretio,quo vendidiſſem alibi, vbi vendere volebam,an ſit vſura.*
8 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.9.*
Commodum cum incommodo compenſatur.
Dubij ratione quid permittitur,quod non permitteretur, & excuſatur.
10 *Additio gloſſarum.*
Periculum ad quem pertinet,& ita commodum.
11 *Mutuans nihil inde percipere debet.*
Locator rei contra,& ratio differentiæ.

CAPVT XIX.

1 Nauiganti. Gregoriana†eſt,& ſe ſummat. Et ſunt tria dicta: partes patent,& incipere conſtructum ibi. Mutuans certam pecuniæ quantitatem &c. ſcire debes,quòd pecunia iſta,quæ nauiganti mutuatur, dicitur traiectitia,vel nautica.ff. de nau. fœno. pro qua ſecundum leges permittitur vſura centeſima, quod intendit hæc conſtitutio reprobare,ſecundum Hoſt.qui de hoc remit.ad ſuum.eod.titul. §. ex quibus cauſis,
2 ver.in traiectitia, & ſeq. dicebat † hic Goſ. ꝙ periculum nauticæ pecuniæ ſpectat ad creditorem nauigio ſuſcepto, vel poſtquam nauem nauigare conuenerat ff.de nau.fœ.l.2. hoc verum, niſi aliquid imputari poſſit debitori, vt quia non ſeruauit locũ nauigij, vel prohibitas merces detulit: quia tunc non ex diſcrimine maritimæ tẽpeſtatis,ſed ex culpa ſua, vel audacia periculum euenit, ſibi & non creditori imputabitur. C. de nau.fœ.cum proponas. patent autem per prædicta duo ſpecialia.ſ.de vſura centeſima,& de periculo creditoris,& quando incipiat. regulariter enim periculũ pecuniæ mutuatæ eſt debitoris.C.ſi cer.pe.l. incẽdiũ: aliud ſpeciale,ꝙ ex nudo pacto talis vſura debetur ſecundũ leges.ff.de nau.fœ.l.periculi.§.vlt.[Nundinas]
3 auctor,† vel dominus nundinarum nullum de concurrentibus ibi conueniet ratione priuati debiti. C. de nun.le.1.Sed alii negociatores poſſunt ibi conuenire habẽtes ibi pergulas, vel ſtationes.ff.de iudic.l.heres. §.proinde.perditur autem ius, vel priuilegium faciendi nundinas, ſi non vtuntur decennio.ff. de nund.l.1. Vinc.[Mutuans]non loquitur ergo in contrahentibus ſocietatem, quorum vnus ponit operam, alter pretiũ de hoc 14.q.3.c.pleriq;. licite enim tũc,vt dicit Goſ. communicantur commoda,& incommoda(Periculũ)
4 ſi quis† recipit pecuniam vltra mare uehendam,certo ſibi pretio conſtituto,ſiue recipiat,ſiue non recipiat in ſe periculum,non eſt vſura,ſed locatio operarũ vectionis,vel cuſtodiæ,ſecundum Inn.allegat Hoſtie.ff.nau.cau.ſta.l.& ita,& per totum.ff.loca.in naue,& l.qui operas,& l.qui mercedem,& l.ſe.vbi vero datur mutuo, ſemper eſt vſura: qa nulla vtilitas pecuniæ, ſi teneatur in archa,nec deterioratur vtendo,vt in præalle.88. di
5 ſtin.eijciens.¶ Quid† ſi habens pecuniam volebat ad nundinas ire,& merces emere,vt alio deferret. vel tẽpore ſeruaret propter lucrum. Ego indigens pecunia, illam recipio,offerens me illã reſtituere cum lucro ſperato in termino & loco? Dicit hic Inn.ꝙ licet quidam contrarium teneant,ipſe putat hunc contractum vſurarium,nec ſcit illum excuſare,Hoſt.ſupra eo. ſalubriter,dicit, ꝙ tali mercatori obligatus ſum ad intereſſe illius lucri, quod facturus erat veriſimiliter ex pecunia,dummodo nil fiat in fraudem vſurarum,& dictus mercator dicto modo non conſueuerit pecuniam tradere ad vſuram,verius videtur dictum Inn.& quod dicitur de intereſſe,illud locum habet poſt moram debitoris.& ex contrario pararetur aperta via ad fœnus. ſtaret enim vſurarius paratus cum capello, ocreis, & calcaribus ad modum Foroiulienſium, dicens ſe ad nundinas ire velle,ſi ſibi liceret taliter ſtipulari ſub co
a lore lucri ſperati aliqd vltra ſortem a [Grani] vt dicit
6 Goſ.qui† ſine adiectionis bonitatis promittit granũ, vinum,vel oleum,quodlibet dando liberatur.ff.in in.l.fideiuſſorem.ff.de leg.3.l.nummis: ſecus in auro. purgari enim debet.ff.de auro,& arg.le.l.ſi aurũ. & ſecus in mutuo,in quo bonum debetur eiuſdem generis.ff.ſi cer.pet.l.mutuum, vbi vero debetur ſpecies, exigitur mediocris.ff.de reg.iur.in obſcuris,lib.6. Licet tunc. ſ. tempore,quo pecunia ſoluitur[Solutionis]i.menſurationis[Veriſimiliter]ſi ergo certum eſſet illas plus valere tempore menſurationis,vt quia dat precium tempore meſſium,& menſuræ ſibi dentur in paſcate, erit vſurarius ſecundum communem & ſolitum curſum fere omnium regionum,& communem opinionem,quæ ſpectanda eſt.ff.de flumi.l.1.in princ. Et ſi dicatur, ꝙ quandoque contingit contrarium,reſpondetur ſecundum Hoſti.quod ad ea,quæ raro &c.ff.de leg. nam ad ea.caueat ergo contrahens,ne huius verbi mentem offendat,& ſic emat de tempore ad idem tẽpus in qualitate,puta de æſtate ad æſtatem,de vere ad ver,vel aliud tempus,de quo non lædat conſcientiam: alias in animarum iudicio ad reſtitutionem inducetur, ſupra cap.cõſuluit.clericis autem omnino ſunt illiciti tales

con-

contractus,quibus non licet emere, vt vẽdant carius,
ne cle. vel mo. cap. primo. 88. diſt. per to. remittit autẽ
Hoſt. ad ſummam, vbi poſuit de hoc multas practica-
torias & vtiles quæſtiones. eo. ti. §. an aliquo caſu, ver.
4. & ſequen. [Tunc] ſ. tẽpore venditionis [Termino] ſo-
lutionis precij. & ſic eſt caſus, cõuerſus a proximo [Tẽ-
pore contractus] ergo ſi tunc vẽditurus erat pro mino-
ri precio, ſi tunc precium ſolueretur, aut ſi propter di-
lationem maiori precio vendit, eſt vſurarius menta-
7 lis, vt hic, & ſupra eo. conſuluit. ¶ Quid † ſi non erat vẽ
diturus in loco? pone, poma erant granata, q̃ habebat
in riperia, vbi magna eſt copia, & volebat illa vẽdere
Pariſijs, vbi ſunt cara, inuenit quendam, qui ibi ſtatim
ſibi dat, quod habere poſſet Pariſijs, nũquid eſt vſura,
b dixit Innoc. ꝙ [b] non, dummodo non accipiat vltra id,
quod veriſimiliter accepturus erat in loco, quo porta-
re volebat: quia quo iure poteſt carnis vẽdere propter
dubium temporis, eodem iure propter dubium loci id
poterit. dicit Hoſt. ꝙ hoc non eſt bonum ſimile: tum
quia non eſt veriſimile, ꝙ aliquis talem emptionem fa
ceret, niſi multum egeret, & ſic per hanc opinionem
daretur via figmentis, & viderentur approbari vſura-
riorum baratte: tum quia laboris & expenſarum itine-
ris habẽda eſt ratio, de voto, magnæ. Si ſtatim ille em-
ptor ſoluit precium, veram puto opinionem Inno. ſed
ſi differatur ſolutio precij, prout forſan ipſe intellexit,
tunc videtur locum habere ratio Hoſt. & tollitur ratio
Innoc. quia in dubio temporis poteſt commodum pro
8 uenire venditori, & emptori. ¶ † Gloſ. 1. cũ ſuis apo-
ſtilis reſpon. per obiectionem, & ſolutionem. ¶ Glo. 2.
in prin. & ſi. arguit, ꝙ propter dubium aliquid excuſa-
tur, & permittitur. in medio arguit dubia in melius in-
9 terpretanda: all. contrarium, & ſoluit. ¶ † In gl. 2. ibi.
l. pe.) ſi creditori dedi fundum in ſolutum, melioratio
nem non peto, ſicut nec deteriorationem peterem (&
ibi. l. 1. §. 1.) cũ dubitatur, an vxor, quæ diuertit, ſit præ
gnans, ponuntur cuſtodes (& ibi, ſiquis ex ali.) vide de
accuſa. veniens, in vlt. gl. (& ibi, ſi ea lege) ſi conuenit,
ꝙ fructus pignoris cederent pro vſura, emolumentum
ex incerto euentu fructuum proueniens creditori pro-
10 deſt. ¶ In † gl. 1. ibi. videbatur) ſicut hæres, qui pericu
lo fideicommiſſarij adit hæreditatem, non detrahit
quartam, etiam ſi in adeundo non erat periculũ: quia
hæreditas locuples. ff. ad Trebel. quia poterat. Itẽ pro-
curator, qui credidit pecuniam ſuo periculo, vſuras re
ſtituere nõ tenetur domino, quas inde percepit. ff. mã.
idemque. §. ſi mandauero. idem in ſocio non omnium
bonorum, qui ſuo periculo pecuniam fœnerauit. ff. pro
ſocio. l. ſi vnus. §. 1. (& ibi, ad debitorẽ) vt dicebat Ho.
creditor hic per pactum bene potuit ſe onerare, ſed nõ
releuare. remit. autem ad ſum. eo. §. an aliquo caſu, ſub.
11 §. in alijs autem (Et in ſi.) non † ob. ſecundum Goff. ꝙ
locator, ad quem ſpectat periculũ, recipit mercedem,
vel cenſum, retinet enim locator dominium rei loca-
tæ. ff. loca. non enim. propter quod ad eum rei ſuæ per
tinet periculum: ſed creditor non retinet dominium
pecuniæ mutuatæ: ſit ergo periculum debitoris domi-
ni. ff. ſi cer. pet. l. 2. item res locata conſumitur, & dete-
rioratur per vſum, quod in mutuo non contingit, non
mirum ergo, ſi locator ſalarium percepit, & non mu-
tuans. ¶ In gl. 2. ibi conſcientiæ] ſi. ſupra de iureiu. mu-
lieri (& ibi, non æſtimemus) vbi de hoc, & ſupra de ſe-
pulturis, ſacris.

ADDITIONES.

a ¶ *Sortem.* Iſta non videtur bona ratio, quia præſupponit Hoſt.
iſtam opi. nolle fœnerari. vide Sali. in auct. ad hæc, qui ponit ca-
ſum, quo opin. Hoſt. poteſt eſſe vera.
b ¶ Innoc. quòd. Vide hic Io. And. & Sali. in auct. ad hæc, præ-
alleg.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli,*
De falſi crimine loca iuris canonici tractantia.

De crimine falſi, Rubr.

1 In † decalogo, Non furtum facies: nõ dices falſum
teſtimonium &c. ideo ſubmittit de crimine falſi. de
hoc 19. diſt. in memoriam. 4. q. 3. qui falſo. 11. quæſt.
3. quiſquis. Congruit, de reſcrip. cap. 2. & c. ad audien-
tiam. 1. & c. olim, de teſti. tam literis, de teſti. cogẽ. ſu
per his, & cap. cum contra. de his, quæ fiunt a prælat.
quanto, in ſi. de vet. ſi. nouimus.

SVMMARIVM.

1 *Cap. nequis. 22. q. 2. cum hoc conciliatio.*
Contra ſacerdotis officium duo, & quæ, in fin.
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, n. 3. 4.*
Falſi coram quo debeat accuſari Mutinenſis, qui ad requiſi-
tionem iudicis Bonon. coram ſuo iudice Mutinen. depoſuit.

CAP. I.

Falſidicus. Breue eſt: & ſunt duæ partes. 2.
ibi, vterque (Tribus) ſi. 13. d. ca.
1. & adde quod ibi not. (Occul-
1 tat) contra. 22. q. 2. ne † quis. ibi ſoluitur in ſi. 1. gl. vn-
de dicebant Goff. & Inn. hoc intelligendum, cum offi-
cium teſtificandi aſſumpſit, vel cum veritas aliter ha-
beri non poteſt (Mendacium) licet mendax, tamen &
periurus: facit de præſump. literas (Ille) qui veritatem
occultat (Iſte) qui dicit mendacium (Nocere) hæc duo
ſunt contra officium ſacerdotis, de poſtulan. cap. fina.
2 Hoſtien. ¶ † Gloſ. 2. ponit duplicem modum punien-
di falſum teſtem: & ꝙ ſententia ad eius dictum lata re
tractatur, nec fit eius executio, & duplicem op. de ip-
3 ſius nullitate. ¶ † Gl. 3. triplicis culpæ triplicem ponit
4 pęnam. ¶ In † gl. 2. ibi, nullũ] vide, vt ec. bene. c. vno,
5 in 3. gl. ¶ In † gl. 2. ibi, extraordinariè) dicit Abb. dan
do illi alapã. vide in Spe. de teſte. §. 1. C. ver. quid igi-
tur ſi, & tribus ver. ſe. (Et ibi, accuſari) coram quo de-
beat accuſari de falſo Muti. qui ad requiſitionem iudi
cis Bon. corã ſuo iudice Mutin. depoſuit, vide in Spec.
de teſte. §. 1. C. ver. quid ſi aliquis (& ibi, de falſis) ad-
de quod no. 5. q. vlt. presby. 2. (& ibi, effectum) vt ibi
(& in ſi.) & in prædicta dec. cum venerabilis. in gl. pe.
¶ In gl. pe. in ſin.] vnde melius facit 33. q. 5. hæc ima-
go, ubi punitur pœna talionis, & ibi de hoc, & 2. q. 3.
in ſumma, & 23. q. 5. rex debet.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc ſub alio titulo olim erat.*
Per falſas literas ſententia lata non debet executioni manda-
ri, & num. 3.
Tales deferens poteſt detineri, & a quo, nu. 2.
2 *In literis papalibus etiam veris recipitur excuſatio.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 4.*

CAPVT II.

1 Super eo Olim erat † ſub ti. de re iud. & h. d.
Sententia lata per falſas literas nõ
debet executioni mandari. Et pri-
mo commendat eum, cui ſcribit de præterito. ſecundò
eum inſtruit in futuro ibi, Mandantes (Auctoritate)
hæc auctoritas erat in committendo, non in proban-
do ſecundum. 1. glo. dicebat etiam Goff. non loquitur
de falſis literis. i. impetrantis per falſi ſuggeſtionem,
quarum

quarum proceſſus bene tenet & ſi nõ excipitur, de hoc
ſatis no. ſupra de reſc. ad audientiam. 2. [Videris] pro-
babiliter & ex iuſta cauſa, de qua infra eo. licet: al. con
tra, quod legitur & not. de reſc. cum contingat, ad fin.
2 Hoſt. [Non obſerues] nam etiam † in veris recipitur
excuſatio, ſupra de reſc. ſi quãdo [Retineri] niſi ſit cle-
ricus ſecundum quoſdam, ar. infra de ſen. excõ. nuper,
quod verum eſſe de iudice ſeculari ſm Hoſt. ar. eo. tit.
c. 3. §. 1. Eccleſiaſticus verũ ordinarius illum, ſi ſuſpe-
ctus ſit, poterit detinere. poterit ẽt id ad mandatũ de-
legati, ſm Inno. ad quod facit ſm Hoſt. de reſc. c. 2. &
3. & fin. vbi etiam impetrans per falſi ſuggeſtionem in
expenſis condemnat, nam nõ facit hoc temerariè, vel
diabolo inſtigante, ſed ad correctionem, infra c. 1. &
c. ad falſariorum, de pę. tuæ, de ſen. excom. perpendi-
mus, & eod. tit. ſi clericos, lib. 6. diligenter. 19. diſt. in
3 memoriam. ¶ † Gl. 1. diſtinguit duplicem falſitatem.
¶ Gl. 2. ſignat contrarium, & remittit. ¶ In vlt. glo. in
fi.] melius. 4. quæ eſt vlt. vbi dicitur, ꝙ executio rei iu-
dicatæ ſuſpenditur, & ſolutum per talem ſententiam
4 repetitur. ¶ † In gl. 1. La.] & Goff. ¶ In gl. 2. in fin.] &
25. q. 2. & ſi non cognitio.

S V M M A R I V M.

1 *Falſans clericus ſigillum principis, quibus ſubdatur pœnis.*
Clericum in carcerem mittens iudex non dicitur excõicatus.
Carcere inſtituta ad cuſtodiam, vtimur & ad pęnam.
Degradati pro verbo depoſiti.
Character imprimitur manu, vel faciei clerici in odium cri-
minis.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

C A P V T   III.

1 Ad audientiam C. † Clericus falſans ſigillũ principis, depo-
nitur, & ei charactet imprimitur, & in exilium mittitur. cõis diuiſ. ſecũ
da pars ibi, Fraternitati [Carcerali] nec per hoc infra
dr̃ excõicatus. & facit qđ dixi ſ. c. prox. [Cuſtodiæ] car
cer ꝓpriè inſtitutus ad cuſtodiã, ſed vtimur illo ad pę-
nã, quod dic, vt infra de pę. q̃uis lib. eod. (& ſ.] cõſule-
bat ſuper pęna [Eis] clericis. ex prædicta cauſa carce-
a ratis [Degradatis] intelligo. i. verbaliter [a] depoſitis,
& facit quod dixi ſupra de iudi. cum non ab homine
[Quo] impreſſo, & in loco apparenti. & dicebat Inn. ꝙ
imprimitur, vel faciei, quod erit ſpeciale in odiũ cri-
minis, vt dicit gl. [Alios] qui ex hoc terrebuntur. 4. diſ.
factæ, de tranſla. cap. 1. in fi. Hoſt. [Abire] & ſic exula-
2 bunt. concor. de calum. c. 1. in fi. † ¶ Gl. 2. & 3. ſignant
duo contraria, & ſoluunt. ¶ In gl. 2. in fi.) & alijs caſib.
no. ſup. de hæreti. ad abolendam, in 5. gl. ¶ In gl. vlt.
ibi, ſolutio) ſecundum Ala. (& ibi, profunde) & impiè,
Gof. (& in fi.) ibi de chirurgica aduſtione.

A D D I T I O.

a Verbaliter. Vide de pęnis. delegato, libro ſexto.

S V M M A R I V M.

1 *Literas apoſtolicas exiſtens in curia à quo recipere debeat,*
& niſi receperit, quas incurrat pœnas, & num. 3. & non id
ſeruatur, nu. 4.
Diuiſio decretalis.
2 *Suſpenſio inducta pro ſe non tollitur per abſolutionem ab ex-*
communicatione: ſecus inducta per excommunicationem.
3 *Sedes, & curia apoſtolica ibi eſſe dicitur, vbi eſt papa.*
Literis papalibus qui deputati.
4 *Auctoritatis viri qui.*
5 *Sententia ipſo iure lata per verbum ſubiaceat, an hic ſit.*
Canon latæ ſententiæ hic.
Excommunicatus à canone quandoque mandatur excom-
municari ab homine.
Contra interdictum papæ quod ſit, nullum eſt, cum exprimi-
tur, ut ſi.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
Suſpitio naſcitur ex humilitate perſonę.
Tempus datur ad ſarcinulas componendum, & ad aduoca-
tum quærendum.
8 *Additio gloſſarum.*

C A P V T   IIII.

1 Dura. Sunt duæ partes. prima h. d. Exiſtens † in
curia literas apoſtolicas non recipiat niſi
de manibus papæ, vel officialium deputa
torum ab ipſo. perſonæ tamen ſolennes per nunciũ re-
cipere poterunt, de manibus tamen prædictorum, con
trafaciens, ſi laicus eſt excommunicationi ſubiacet, ſi
clericus, ab officio, & beneficio ſuſpenditur. 2. ibi, adij
cientes, per excõnis pęnã prouidet contra non reſignã
tes, nec deſtruentes literas falſas. ſ. 20. dies, & abſolu-
tionem reſeruat, & contra factam vitiat. vel breuius.
prima pars punit recipientes literas apoſtolicas nõ de
manibus papæ, vel officialium. ſecunda punit nõ de-
2 ſtruentes literas falſas. (Suſpenſionis) ſed † nõnc iſtam
ſuſpitionem inducebat excommunicatio. 3. q. 4. Engel
trudã, de excep. a nobis, de cler. exc. poſtulaſtis, de et.
& qua. cum bonę, de ap. paſtoralis, dic ſecundũ Gof. ꝙ
ſuſpenſio per ſequelam excõicationis inducta tollitur
per excõicationis abſolutionem, quod non erit, ſi ſpe-
cialiter ſuſpẽdatur. & cõcor. quod dixi de cler. nõ reſi.
ex tuæ, ſup. ver. remoueat. all. C. ſi pen. ap. mors inter.
l. 3. C. ſi reus, vel accu. mortu. fu. l. ſi. vel ſm eum pœna
excõicationis reſpicit hic laicos, ſuſpenſionis clericos.
quod probant ſequen. ad hoc vltimum concor. Ho. in-
3 ducens ſimiles. ſ. tit. 1. præterea (Apud ſedem) illi † er-
go, qui non ſunt apud ſe. apo. non ligantur hac conſti-
tutione. Sedes vero apoſtolica, & curia intelligitur,
vbi eſt papa, ſm Hoſ. (Deputati) ſicut ſunt bullatores,
Inno. vel vicecancellarius, vel alius de expreſſo papæ
mandato ad hoc officium deputatus ſm Hoſt. idẽ de
officialibus extraordinarijs de camera, vel extra, ſm
eũ, vt dicit fuiſſe Robertũ de Baro. tpe dñorum Alex.
4 & Vrbani quarti (Auctoritatis] puta † epš, vel magnus
abbas [Præſcriptam] ſ. de manibus papæ, vel officialis
ad id deputati, vt dictum eſt ſupra, ſed quicquid dica-
tur hodie hoc non ſeruat curia: imò ẽt quilibet paruæ
conditionis mittit ad bullatorem, & literam ſuam re-
cipit ab illo, quẽ mittit. & forte ſm Ho. fuit huius iuris
intentio punire illũ, qui per ſe, vel per aliũ literas reci-
pit a falſario, vel ſuſpecto, vel nõ noto & ſciẽter hoc fa
ciens has pęnas incurrer, conſueuerant. n. aliqui falſa-
rij literas fabricare, & curialibus tradere, ſimulantes
illas a cancellaria gratioſè obtinuiſſe [Subiacet] per
5 ſñiam † non ipſo iur. Inn. ſed Gof. & Hoſt. plus placet,
a ꝙ ipſo facto. idẽ Io. & Phi. ſ. e. ad falſariorum [a] (Dãne-
tur] iſte canon ferendæ ſentẽtiæ. poteſt tñ dici ſm Ho.
ꝙ etiam clericus ſit excõicatus, & quia plus deliquit,
mandatur imponi hæc pęna. & ſit ſimile ſ. de hære. ex
cõicamus. §. ſi vero [Promulgatis] excõicatus ergo a
canone mãdat excõicari ab homine. ſic ſ. de iudi. ita
quonindam. vel ſm Hoſt. ſup. excõicati ſunt a iure, qui
literas non de manu papæ, vel officialium recipiunt:
hic excommunicãtur ij, ad quos quomodocunq; falſæ
literæ peruenerunt, & ſic eſt alius caſus a præcedenti
[Firmitatis] eſt ergo nullum, quod fit contra interdi-
ctum papæ, quod verum eſt, quando hoc exprimit, vt
hic, & ſupra de præben. inter cætera: al. contra. eo. tit.
6 dilectus. 2. vbi de hoc. ¶ † Gloſſ. 2. arguit, & remittit.
7 Antepe. gl. duas queſtiones format, & ſoluit. ¶ † In gl.
2. ibi, ſeruus] admittitur ſeruus petens bonorum poſ-
ſeſſionem, dummodo prætor de ipſius ſtatu ſit certus
[& ibi, ſi quis, poſt princip.) vbi dicitur, quod ſi ex plu-
ribus hæredibus argentarij vnus humilis & deploratus
edit, cæteri edere debent, aut illius editioni ſub-
ſcribere. ¶ In gloſſ. in quibus, in fin.) reuerſo datur
tem-

tempus ad ſarcinulas cōponendas & ad aduocatū quę
8 rendū. ¶ † In gl. 2. in fi.) imo dic, vt ſ. de reſcript. c. 1.
li. 6. ¶ In gl. in quib. ibi illud) ibi dedi concor. ¶ In gl.
ſunt 5. in fi.) C. de hære. damnato, Vinc. ¶ In gl. tali, q.
in fi.) vel coram iudice, ſi coram illo fuerint exhibitæ,
infra eo. cap. pe. Hoſt. ¶ In glo. ſi ſuper, ibi, ad falſario-
rum) Hoſt. contra, & ibi remittit poſt princ. (& ibi, re-
ſpondeo) ſecundum. T. & Vinc. idem Phi. (& in fin.) &
melius ff. de redhibi. l. 1. §. cauſa, & l. ob quæ vitia, & l.
quæritur. §. fin. ¶ In gl. 1. caſus, in fi.) Hoſt. remittit, de
offi. or. paſtoralis, ver. ad quod dicimus.

ADDITIO.

a ¶ Falſariorum. Et probat ver. ſubiaceat, quod eſt præſentis tem
poris.

SVMMARIVM.

1 *Falſandi literas quot modi, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
Falſitas qualiter cognoſcatur, ibid.
Non poteſt accidere facile, & raro, nu. 4.
2 *Doctrina quarum rerum non edenda ſit.*
Neſcire quædam melius eſt, quam ſcire.
In tenero non diſcat, quod ſit dediſcendum.
Quod rudes animi perhibuerunt, difficulter raditur.
3 *Canabum ſpecies lini.*
4 *A nuncio quod fit, non imputatur mittenti niſi in caſu.*
*Scriptorum litterarum apoſtolicarum cognitio falſitatis fa-
cilis, & eorum mos ſcribendi, & chartę qua, & a quo ha-
beant.*
Hæc decretalis à ſpecula expoſita, & vbi.
Charta diſtribuenda ſcriptorib. apoſtolicis quidā deputatur.
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
Per obreptionem quid obtinens nihil agit.
9 *Additio gloſſarum.*
Charta quibus modis dicatur falſa.

CAPVT V.

1 Licet. Ponit 9. † modos falſandi litteras Papa-
les, & dicebat Abb. hanc literam legen-
dam cū litera bullata [Falſis literis] idē,
vbi vera bulla apponitur falſis literis, infra verſ. illos.
Idem, vbi falſa bulla apponitur veris literis. quod cla-
rè non exprimit hæc dec. quia raro accidit. ff. de legi.
nam ad ea, ſecundum Hoſt. [Immiſſum] ipſi bullæ [In
feratur] ferro, difficile poſſet fieri hæc falſitas, ſed fer-
tur, quod quodam cemento calido includunt bul-
lam, per quod plumbum & ſi non liqueſcat, tamen te-
nereſcit, ita, quod filum trahi poteſt, ſed tamen in tractio
ne eſt aliquis timor, per quod poſt filum immiſſum o-
portet bullam malleari, & de hoc intendit finis, & di-
cebat Goff. quod hoc eſt mala inſertio de bona, de dila-
tio. præterea, de confirm. vtil. vel inut. cap. pen. 23. q.
4. ipſa pietas, de conſ. diſt. 5. nunquam [Tertia] Hoſti.
ſic intellexit, quod incidatur verum filum ſub plicatura
veræ literæ, & abſtrahatur de litera, & immitatur fal-
ſæ literæ ad modum veræ plicatæ, & ſub plicatura fal-
ſæ literæ reſarcitur filum, & eius ſciſſura cum filo filis
canabis, ſed ſatis cito detegetur falſitas, ſi diligenter
inſpicitur plicatura, vel intellige, quod ex parte ſuperiori
bullæ totum filum inciditur circa bullam, & poſtea cū
filo ſimilis canabis vera bulla appenditur literæ falſę,
& illud filum aliquantulum inducitur intra bullā [Im-
2 mittatur] dicit Goff. quod † circa iſta, qualiter fiant, non
eſſet adhibenda doctrina, ſunt enim quædam, quę me-
lius eſt neſcire, quam ſcire. 30. diſt. quamuis, in fin. Se-
ne. epi. 86. quæ al. eſt liber per ſe, de libera. argum. ad
Lucil. monet illum, quòd illa non diſcat, quæ forent
dediſcenda, ſi ſciret. Et Marcus Varro, Sunt quædam
quæ tradenda eſſent de animo ſciētis: quia inſerendi
veri locum occupant. Hieronym. ad Athletam. C. non
diſcat in tenero, qđ ei poſtea dediſcendum eſt, difficul
ter raditur, quod rudes animi perhibuerūt, & vide qđ
ibi ſequitur ēt Hiero. de Alexandro. ſed dicit Goff. Le
gimus quædam, vt cognoſcamus, & reprobemus. 27.
3 di. legimus [Canabis] ſpecies † lini eſt. Vinc. [Quarta]
iſta ſatis patet. cognoſcetur aūt ex malleatione bullæ,
cum. ſ. fuit pars fili intus reducta. Item per tractionem
fili, ſi expediat [Reditis] per officiales ad hoc deputa-
tos [Tenuem] maxime, ſed dictū fuit, quia difficilius
perpenditur [Sexta] iſta falſitas, & ſequēs non poſſent
de facili exerceri in papyro. & facit ad id, quod dixi ſe
cundū Hoſ. de confirm. vti. vel inut. cum dilecta. verſ.
nos igitur [Et alijs] puta tybertino ſiu fure, & ſimilib.
dicit ēt Hoſt. eſſe quandam, cuius nomen ſupprimit,
cum qua fit talis abolitio ſine raſura. ego vero ſcio, &
expertus ſum quadā aqua ſtillata hoc idē fieri [Abra-
ſæ] & ſubtilizatę vſq; ſub plicatura [Tenaciſſimo] ſicut
faciūt qui emēdant foramina, vel ſciſſuras librorum
[Coniungitur] & ſuper hoc cōiunctio ſcribitur [Sciēter)
4 & ſic non includit reum, qui miſit nuncium idoneū ad
literam procurandam, ſi ſine conſcientia ſua falſita-
tem commiſit, ar. de pigno. ſignificante, ſecundū Ho-
ſtien. (Falſas) falſas hic vocat, quæ licet per manū no-
tarij tranſierint, tamen ſine conſcientia papæ, & vice-
cancellarij bullantur ſm Hoſt. (Proijciunt) & cærimo-
nijs, quas ſeruant hodiè bullatores, non poſſet de faci-
li hæc falſitas accidere: quia ſecretarij bullæ, vbi tenēt
literas bullandas, non permittunt aliquem intrare,
potius ergo poſſet accidere in cancellaria (Sigillētur)
5 i. bullentur (Forma) dictatores † & ſcriptores habent
ſuas cęrimonias, per quas ſi litera falſa veniet ad ma-
nus ipſorum, citiſſime erit eis not. refert Abb. de lite-
ris M. & N. quod ſcriptores illis literis nō dant tractū, niſi
in fi. dictionum. de his & multis ſimilibus vide in Spe.
de reſp. præſen. §. 1. igitur, in 2. col. & ibi per totum §.
exponitur hæc dec. (Charta) non ſcribit curia in char-
tis raſis, vel deformibus, vnde etiam propter ineptam
formam chartæ vel minus lōga, vel minus breuis iu-
betur litera reſcribi. hodie tamen pulchrior eſt forma
chartarum literarum papalium, quam olim. & fertur
eſſe ratio: quia olim ſcriptores papę ſcribebant in ſuis
chartis, vnde ex auaritia turpes & breues formas fa-
ciebant, vnde poſtmodum ſubtracta ſunt eis victualia,
quæ habebant à curia, & dantur eis chartæ gratis, & of
ficialis ad hoc deputatus tot chartas dat ſcriptori,
quot poſtulat [Adiunctione] vt in 3. & 4. ſpē [Collatio-
6 ne] ſemper † ſi fiat collatio falſæ bullæ ad veram, faci-
le erit cognoſcere. vix enim, imo nullo modo reperi-
re erit, quin diſcrepet falſa a vera vel in forma, vel in
filis, vel in punctis, vel aliquo alio: præter id etiam, qđ
ibi ſunt quædam ſigna ſecreta ſolis bullatoribus. nota,
[Motione] facilius mouebitur filū foraminis ſubleua-
ti, quam alterius [Obtuſione] quando cudita eſt bulla
ſuper filum, optime eſt obtuſa bulla filo inferiori & ſu-
periori, quod non eſt, cum filum fuit tractū [Tumida)
in loco, quo malleus non percuſſit (Depreſſa) in loco,
7 quo malleus percuſſit. ¶ † Gloſſ. 1. vltra 9. ſpecies fal
ſitatis, quas ponit tex. enumerat 7. ¶ Glo. 3. tractat de
raſura duplici, ſ. literarum apoſtolicarum, & aliorum
inſtrumentorum, & vtriuſque dicti ſoluit vnum con-
trarium. ¶ Vlt. gl. ponit quādam expertam doctrinā,
8 In † gl. 1. ibi, ſiquis obraſerit) ſequitur, pſidi prouincię
tā per acta, quam per libelli interpellationē, nihil agit
(& ibi, iubemus) iſta lex dicit producētē vt falſariū de
tinendū. ¶ In gl. 2. in fi.) loquitur in illo, qui vtitur fal-
ſo reſcripto, vel falſa conſtitutione, nullo auctore habi
9 to. ¶ In † gl. 1. ibi, falſa) multos modos, quibus char-
ta dicitur falſa, quære not. 19. diſt. in memoriam. ¶ In
glo. quicunque, ibi, raſura) ſecundum Io. idē no. in c. ex
literis. ¶ In gl. qa per, in fi.) ſ. ex ſtylo, vel modo dictā-
di.

Digitized by Google

di.¶ In glo.vlt.in fin.)illud locum non habet,cum ſit
cum herba,ſecundum Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Falſæ literæ papæ quæ.*
2 *Conſuetudo,& ſtylus conſuetus curiæ ſpectandus.*
Papa quibus nominibus appellet eos,quibus ſcribit.
Quos fratres,quos filios,quos chariſſimos, & quos dilectos.
Nomen e us quando poſt poſitum nomini principis, vel Imperatoris.
3 *Vni ſi loquatur,aut ſcribat quis an honoris cauſa nu. plurali,*
an ſingulari vti debeat.
Catholicum dictionarium citat auctor.
4 *Epilogus & additio gloſſarum.*

CAPVT VI.

1 Quam graui. C.† falſæ ſunt literæ Papę,
in quib.eps.vocatur filius,
vel inferior vel vni ſcribitur
in plurali. Et primo ponit admirationem ſuam.2.
ibi.Cum ſcire,in trib.quæ ſunt de ſtylo, ſpecialiter inſtruit,
& primum reducit ad propoſitum. tertia ibi.
Propter quod,generaliter inſtruendo concludit[A nobis)vel
noſtra cancellaria,ſupra de reſcrip.ad hoc ſu-
2 mus[Conſuetudinem]no.† conſuetudinem,& conſuetum
curiæ ſtylum ſpectandum,infra de ſen.ex.ad hoc,
de conſti.ex literis,quod dic,vt no.de tem.or.ca.2.de
re iudi,in cauſis,ſm Hoſt.[Fratres)olim interdum pa.
ẽpos nõ vocabat fratres.2.q.7.lator[Principes]olim
imperator ſcribens Papæ, præmittebat nomen ſuum.
87.d.Victor,vbi de hoc,C.de ſum.Trin.in epiſtola inter
claras,vbi etiam papa præmittit Imperatorem[Or-
dinis]dignitatis,vel cõditionis,dummodo ſint Chriſtiani.
Iudæũ.n. vel non baptizatũ Papa non vocaret
filium.Hoſt.[Filios]eſt tñ hæc differentia: quia reges
vocat chariſsimos,reliquos verò vocat dilectos filios,
Cardinales verò permixtim vocat fratres.j.ca.proxi.
ſigillatim ſolos epiſcopos, reliquos verò filios, de teſta.
licet.2.de præb.dilecto,in prin.[Vos,ſiue veſter]
3 quomodo † etiam inferiores vni non deberent ſic loqui,
& an ſi honoris cauſa ſic loquantur: vt habet vſus.
ſequi debeat plurale,vel ſingulare, vide in cath.c.39.
[falſas]falſæ literæ non ſunt dicendæ literæ,ſuper quo
vide quod no.45.diſt. vera non admittas.ſi.ſupra de
4 reſcrip.cum contingat.¶ Gl.2.recitari poteſt per contrarium.
¶In gl.2.ibi,eccleſię]& 92.di.in ſancta[& in
fi.]de hoc 95.diſtin.eſto,in 1.glo.

SVMMARIVM.

1 *Qui falſant per ſe, vel alios papæ literas quomodo puniantur,*
vide num.2.3.4.5.7.
Fautores item pari pœna.
Sera pro tarda.
2 *Inter falſantem literas,& vtẽtem falſis quæ differentia, &*
nu.3.& falſę quæ dicantur,nu.5.
3 *Canon latæ ſententiæ hic.*
Degradatio clericorum per iudicem eccleſiaſticum fit,et qui
debeant interuenire.
Cum degradato difficilius diſpenſatur,quam cum priuato.
Officia pro dignitatibus,
4 *Epiſcopi non puniuntur ſine ſpeciali mandato Papæ.*
Exempti pari modo.
Spoliari pro priuari.
5 *Clerici plus,quam laici puniuntur,& cur.*
Abſolutio reſeruata Papæ,hic.
6 *Suffragium gloſſarum.*
Dolo verſari videtur fideiuſſor omittens exceptionem, &
quam.
7 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT VII.

1 Ad falſariorum. C.†Qui per ſe, vel alios literas papæ falſant,
excommunicati
ſunt cum ſuis fautoribus,& clerici officijs, & beneficijs
ſunt priuati, & degradandi ſunt , & curiæ ſecu lari
tradendi,per quam laici legitimè puniantur, qui literis
falſis vtitur, ſi clericus eſt, & officio, & beneficio
priuatur: ſi laicus, excommunicatus eſt. vel breuius,
primo punit eos,qui per ſe,vel per alios falſant literas
papæ.ſecundo ibi, Qui vero, illos,qui literis falſis vtuntur[
Sera]i.tarda, ſic ſupra de do.& cõtu.cum dilecti.
2 [Inferius]in ver.qui verò. dicit † Ho. inter falſantem,
& vtentem has differentias hic elici: quia ſolũ vtens
inf.20.dies ſibi poteſt prouidere, & pœnam euadere,
quod non poteſt falſans. poſt.20.verò dies ſera eſt pœnitẽtia,
& omnino excommunicatus eſt. ſecũda, quia
falſarij ipſo iure priuati ſunt de beneficijs degradandi:
vtentes non, attendendum eſt etiam, quod habetur
inf.ca.proxi.(Vel alios)infra de reg.iur. qui per alium,
lib.6.cum ſuis concor.[Defenſoribus]cõcor. de
hæret.excõicamus.§.credẽtes[Innodatos)& ſic eſt ca
3 non latæ ſententiæ, vt ſup.eo.dura.Io.Phi.Inn.& Hoſti.
(per ſe)vel per alios,ſupra e.c.ſm Ho.& Ab.(Eccle
ſiaſticum]nec per alium fieri poſſet: imò etiã interuenire
debet numerus epõrũ,de quo habetur 15.q.7. felix,
& c.ſi autẽ.licet aũt ſint priuari, degradãtur: quia
facilius diſpenſatur cum priuato,quã cum degradato,
4 ſm Hoſt.de hoc ſup.de cleri.non reſi.ex tuæ.[a](Degradati)
vtentes uerò non degradãtur, & de his ſequetur
(Perquã)ſecularẽ ptãtem.Inn.(Legitimè)ut ſup.prox.
dicit gl.(Officijs)i.dignitatibus,de cõſti. cũ acceſsiſſent
vel uerius interdicet eis executio ordinũ, licet nõ
degradentur, ſecũdũ Ho. (Beneficiis)quibuſcunque,
4 exceptis ẽpis,qui priuandi non ſunt ſine ſpeciali mãdato
papæ.3.q.6.dudum.& idem ſecũdũ Hoſti. de alijs
inferioribus exemptis, ſupra de conſue.cum uenerabilis:
ſed dic,ut ibi,& j.de elec.ſi abbatẽ,li.6.[Spolientur]
i.priuentur,concor.de hoc dixi ſup.de reſtitu.
5 ſpo.conquerẽte[Laici]idẽ† de clericis, ſecũdũ Hoſti.
licet ẽt plus puniãtur,quia plus peccauerũt,de hoc dixi
ſup.e.dura(Subiectũ)ipſo iure,Hoſti.& uidetur abſolutio
reſeruata papæ,ſup.e.dura[Impetrant]ſed non
exercẽt per ſe falſitatẽ.Innocen.[Statuimus]poſſet intelligi,
ut eſſet præteriti tẽporis,& tũc dicit hic literas
falſas,quæ per falſi ſuggeſtionẽ ſũt impetratæ.& reſpicit
decre.ſuper literis.de reſcrip. in qua fit talis diſtin-
6 ctio.¶ †Antepenultim.glo.ibi,maiorem,vide de fur.
qui cum fure,ſuper vlt.glo.¶ In glo.ulti.ibi, ſi fideiuſſor)
ſi fideiuſſor ſciẽter omittit exceptionem doli, uel
non numeratæ pecuniæ,uidetur dolo uerſari: quia diſ-
7 ſoluta &c.¶ In gl.1.ibi,cum inhibitio)infra de temp.
or.eos,qui,li.6.¶ In gl.2.i.fi.)ſed dic ut ibi,in gl.fi. ſ.
¶ In gl.& etiã,ibi, conuicti)poſſet tamẽ dici ſpeciale
in falſario lr̃arum papę,ex mẽte huius uerbi, Deprehẽſi,
ut degradetur notorius facti euidẽtia. & idẽ u r̃, ſi
cõuincatur in modũ inqſitionis, ſicut in fi.dicitur, de
accuſa.inquiſitionis.c.reſpon. ſecundum Hoſti. ¶ In
gl.qualit.r,in fi.)& 11.quæſtio. 2. ſi quis ſacerdotum.

ADDITIONES.

a ¶Tuæ. Vide i.c.degradatio.de pœnis.li.6. p Archi.& Ioã. And.

SVMMARIVM.

1 *Falſare literas quis non præſumitur de ſimplici iuſtitia, &*
quando puniatur, quando nec etiam gratioſas,nu.4.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.3.*
Veniens iudice adhuc pro tribunali ſedente reſtituitur.
4 *Additio gloſſarum.*
Circunſtantiæ attendendæ in præſumendo.
5 *Capitulum hoc cum proximo ſuperiori quomodo cõueniat.*

CA-

C A P V T VIII.

1 Accedens. C. † Non p̄ſumitur quis falſa-
re literas de ſimplici iuſtitia ,
nec punitur, ſi hoc cōperto de-
ſtitit illis vti. Et in prima deciſa conqueſtio. In ſecun-
da prouiſio ibi, Fra. T. [Falſitas] quam non exercuit, p
ſe, vel alium: alias locus eſſet pęnæ, de qua ſupra c. pro-
xi. hic ergo tantum vtebatur [Beneficiumque] quibus
2 eum priuauerat per decre. ſupra proximam. ¶ † Prima
gl. no. ꝙ literæ &c. quęrit, & ſoluit. Iterum quęrit, & ſol
uit, & ſolutioni ſignat contrarium. ¶ Secúda gl. ſignat
3 contrarium, & ſoluit. ¶ In † gl. 1. ibi, diuus] poſt pronū
ciationem veniens iudice adhuc pro tribunali ſedēte
reſtituitur, quaſi parum vocem præconis audierit ¶ In
4 † gl. 1. ibi, ſuggeſſerit] Idem Inn. ſic etiam in literis gra
tioſis attendenda eſt quantitas, & qualitas gratiæ, &
perſonæ impetrantis, & ſecundum hoc contra ipſum p̄
ſumendum eſt plus, vel minus. Hoſti. [& ibi, quiſquis]
de hoc ſupra de reſcr. ab excommunicato (& ibi, Lite-
ras] & 57. diſ. ſiquis [& in fi.] ex varietate factorum, ex
quibus præſumptiones inſurgunt, diſcerni oportet, an
altera præponderet alteri, nec ne. facit quod no. qui ſi.
a ſint le. trāſmiſſæ [a], in fi. vlt. gl. ¶ In gl. vlt. ibi, de facili]
vel illud, cum vitium eſt patens: iſtud, cum eſt latens:
vel hoc c. de gratia, ſecundum Hoſt. cum excommuni
catus eſſet, & abſolutione indigeret.

A D D I T I O.

a ¶ Tranſmiſſæ. Vide bonum tex. & ibi Barto. ff. de probat. cum
de indebito, in princi.

S V M M A R I V M.

1 *Falſum non probatur reſcriptum propter paucarum litera
rum raſuram in loco non ſuſpecto, diſtinctius nu. 6.*
Sub pœna cauſæ quis ſe obligare poteſt, et cuius, & n. 6. §. 1.
Niſi, dictio non ponitur hic exceptiue.
2 *Appellans ad papam an renunciare poſſit appellationi, &
ad inferiorem redire.*
*Cognitionum genera quot, verſi. dicit ipſe, vbi quæ pertineāt
ad papam.*
3 *Feudum vaſallus non perdit, qui non obedit domini præcepto
ſub pœna perdendi feudum: ſed locus eſt inferendæ pœnæ.*
4 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. 6.*
7 *Poſſidens non eget aſſignatione beneficij.*

C A P V T IX.

1 Ex conſcientia. C. † Propter paucarū
literarum raſuram in
loco nō ſuſpecto reſcri
ptum non probatur falſum. Et primo diffinit obiectio
nis dubium. ſecundo obijcientem puniri mandat, ibi,
Vnde [Redargutæ] per R. a quo forte petebatur eccle-
ſia, & ipſe ſub pœna cauſæ ſe obligauit ad probandum
literas fore falſas, & ſufficiat hoc pro caſu ſecundum
Hoſtien. [Niſi] non ponitur exceptiue [Cauſę] quæ pro
pria & perſonalis erat, alias ſi eſſet prælatus, non obeſ-
ſet eccleſiæ. Vinc. [Renunciandum] quærit hic Hoſti.
3 an † appellans ad Papam renunciare poſſit appellatio
ni, & redire ad inferiorem, & probat, quod ſic, cum ap
pellatio fauore appellantis introducta ſit, ergo & cæt.
vt hic cum ſi. non eſt expreſſum appellantem poſſe pę-
nitere, & ab appellatione recedere. 2. q. 6. ſi quis libel
los, de ap. directæ. Item cum iura ad quietam pacem,
& concordiam introducta ſint. 4. diſ. factæ, non debet
hic per iura, vel iudices impediri, ſupra de na. ex li. vē.
c. vno, cum ſi. cum nec apoſtolicæ ſedis interſit, nam
agere, vel litigare quis inuitus non compellitur. C. vt
ne. inui. in rubro, & in nigro, ſaltem ex quo liti renun-
ciatur in totum. C. de pactis, poſtquam. ff. de iudic. de-
ſtitiſſe: quia nec huius factum improbat prætor. ff. de
ali. iud. mu. cauſ. fac. le. 4. §. pót. Itē per hoc defertur iu
dicibus, a quibus receſſum eſt: parcitur expenſis par-
tium: res ad naturam ſuam reuertitur, & ſic nec eccle-
ſiaſticus ordo confunditur. 11. q. 1. peruenit. pro hac
parte facit de offi. de le. gratum, de ap. ſolicitudinem.
In contrarium inducit, quia certum eſt omnem graua
tum ad papam appellare poſſe. 2. q. 6. omnis oppreſ-
ſus, & ca. ſe. qua pendente nil eſt innouandum, eximit
ergo appellatio negocium a iudicis inferioris iuriſdi-
ctione, etiam ſi ſuperiori præſentata nō ſit. inde eſt, qđ
excommunicatio poſtea lata nulla eſt, de offi. dele. cū
cōtingat. Inde eſt, quod ſi inferior id ſciens procedit,
proceſſus nullus, de ap. ſi duobus, nec eſt abſurdum di-
cere aliquid ſpeciale in appellationibus ad papam in
terpoſitis propter ipſius reuerentiam. 3. quæſtio. 6. non
liceat, & §. reuerentia. facit ad hoc, quia appellatio ad
papam facta habet vim citatorij, de elec. c. 1. li. 3. Sed
contra citatum ab illo, vel ad illum venientem infe-
rior procedere nequit, de peregrinā. ca. vno. ergo nec
contra appellantem. Item per ap. defertur iuriſdictio,
ſicut per relationem, remiſſionem, & reuocationem, q
bus pendentibus ſe non intromittit inferior. ſupra de
offi. leg. licet, de ap. vt noſtrum, & c. intimaſti. Item pa
cto priuatorum iuriſdi. epiſcopi non derogatur, minus
iuriſdictioni papæ. primum, de fo. compe. ſignificaſti.
Item in ſimili caſu videtur contemni arbiter. ff. de ar
bi. litigatores, multo fortius papa. Dicit ipſe Hoſti. ꝙ
licet dicatur cognitionum 4. genera, vt no. de accuſa.
ſuper his, in 1. gl. ipſe tamen diſtingnit tria. ſ. maiorū,
mediarum, & inferiorū. In maioribus notatis, de offi.
leg. ꝙ transl. dicit tria ſpecialia. primum, quod illa na
turaliter ſunt de iuriſdictione papæ. vnde omnis etiā
fruſtratoria ap. illas defert. ſecundum, quia nec valet
ordinatio, pactio, vel renunciatio partium, de renun.
cap. pe. & fi. Ex quibus ſequitur tertium, ꝙ in eis appel
latio irreuocabiliter defert negocium ad papam. Idé
dicit, ſi appellatur ſup electione epiſcopali per extra.
Alex. de quo dic vt infra de elec. quāuis, li. 6. & ibi vi-
deas. Medias verò cauſas ipſe vocat omnes ſpirituales
& eccleſiaſticas, exceptis maioribus, & in his non va-
let appellatio niſi legitima. de app. cum in eccleſia. &
quamuis legitima eximat a iuriſdictione inferioris, vt
allegatum eſt ſupra, non tamen impeditur ipſius pro
ceſſus, vbi non detulit, donec per ſuperiorem ſit rece-
pta, de offi. dcleg. paſtoralis. §. præterea. Si tamen in-
ueniatur appellatio legitima, irritum nunciabitur, vel
irritabitur attentatum ipſa pēdente, de ap. paſtoralis.
in iſta ante quam ſit recepta, licet pęnitere, & ad aliū
iudicem recurrere, dummòdo partes conſentiant alte
ra contradicente, dicit hoc fieri non poſſe, de appel. ſi
duobus, de elec. c. 1. li. 6. ex quo verò recepta eſt, dicit,
nō licet partibus ad alium iudicem recurrere, licet ta
men eis renunciare quò ad priuatum intereſſe, ſed cō-
ponere non ſine iudicis auctoritate. ſuper quo remit-
tit ad no. ſupra de pac. cum pridem, de trāſac. de cęte-
ro, &c. ſuper eo, de præben. niſi, & intelli. iudicem or-
dinarium, vel illum, cui commiſſit, vel, ſi appellatum
eſt, & appellatio recepta, iudicem appellationis, all. ét
de cenſi. Romaña. §. 2. & 3. Minores verò uocat Hoſti.
quando de temporalibus agitur, in quibus, ſal is feu-
dalibus, dicit ꝙ partes poſſunt ad iudicem, a quo ap-
pellatum eſt, recurrere prius, quam appellatio ſit rece-
pta. & hoc etiām poteſt pars appellans, inuita appella
ta, dummodo non interſi: appellati, vel ei ſatiſfiat de
intereſſe, de ap. cum ceſſante, & c. interpoſita, pot:ſt ét
hoc tacite. vt co. tit. ſollicitudinem. Poſtquam vero re-
cepta eſt appellatio, ſine licētia iudicis appellationis,
ad Inferiorem redire non poſſunt. ar. ff. de iudi. vbi ſu-

pra

Digitized by Google

pra de fo.compe.c.antepe.& vlti.per compoſitionem
verò poſſunt ab appellatione recedere & prius,& poſt,
& quando volunt etiam inuito iudice,& ſic loquuntur
prima iura, ſecundum Hoſtie.qui multo prolixius hic
prædicta notat it[Eccleſia]ſuper qua fuerant prędictę
literæ impetratæ, vt ſupra dixi ſecundum Hoſti.dixit
3 † autem hic Pet.quod iſta decre. non probat,q̄ vaſal-
lus perdat feudum, qui facit contra præceptum domi-
ni ſibi factum ſub pęna perdendi feudi a domino,nam
aliud eſt,cum quis ſponte ſe obligat,quo caſu loquitur
hic:aliud,cum etiā iudex alius,vel dominus præcipit,
a quia tunc contrafaciens non incidit in pœnā [a],de iur.
patro.relatum.dic,q̄ neutro caſu incidit in pœnā , ſed
eſt locus pœnæ inferendæ, vnde & hic fertur ſentētia.
4 ¶ †Gl.1.ſignat contrariū,& remittit. ¶ Vlt.quærit,&
5 ſoluit.¶ In † gl.pe.ibi,ſi quis in conſcribendo]vide in
6 dec.prox.al.ſup gl.¶ In † gl.1.ibi,cū olim]per quā De
cre.dicebat Io.q̄ licet raſura literæ non inducat ſuſpi-
tionem,raſura lineæ bene,dicebat.ſ.Hoſti.per eadem
iura,quod raſura multarum literarum ſuſpitionem in-
duceret[& in fi.]vt dicebat Hoſtien.raſio etiam vnius
literæ inducit falſitatem in literis papæ, cum ſit nō de
manu illius , cui commiſſum eſt,ſuper quo remittit ad
b ea,quę not.ſupra de fide inſtru.ex literis.[b] ¶ In gloſſ.
2.in fi.]ff.de offic.præſi.plebiſcito,ff.de uen.in ſpi.l.1.
in fi.Io.¶ In glo.3.ibi,beneficij]vt dicit Hoſti.coram
non ſuo iudice hoc non poſſet ſine licentia epiſcopi, &
remit.de fo.compe.ſignificaſti.¶ In gl.vlt.in fi.]dicit
7 † Hoſ.q̄ hoc ſibi non placet:tum quia aduerſarius poſ
ſidebat,vnde non eget aſſignatione,ſed ſufficit,q̄ ei ſi
lentium imponatur.C.de rei uen.l.ſi.tum quia & ſi nō
poſſideret,ei eſſet aſſignanda,quia ſe obligauerat , &
ita conuenerat auctoritate ordi.ſi ita eſſet, uerum di-
cat Hoſtien.ſed alias bene dicit gloſſ.

ADDITIONES.

a ¶ Pęnam . Facit quod no.Io.And.in c.conſuluit, de offic.dele.
& c.auditis.de procur.& in c.ſed nec,ne cle.vel mo.& Bar.in l.
impuberibus.§.fi.ff.de ſuſpec.tuto.
b ¶ Literis.Vide glo.in cle.licet,ſupra eo.in ver.quocunque.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Sortilegia habent in ſe falſitatem.
De eis iura alia canonica,quam hæc vbi loquantur.
De eis non habent ſe inquiſitores intromittere , excepto ca-ſu,& quo.
Sortilegi faciunt iterari baptiſma.

De ſortilegijs. Rub.

1 Quia ſortilegia in ſe habent falſitatem,ideo&c.ha
betur materia in cauſa 26.in primis 5.quæſtionibus ,
& q.7.non licet, vſque ad fi.quæſtionis.Quod ſortilegi
quandoq; faciunt iterari baptiſmum,habetur de apo-
ſta.ca.2.inquiſitores hęreſis non habent ſe intromitte
re de ſortilegijs, niſi manifeſte ſaperent hæreſim , de
hęreti.accuſatus.§.ſane.

SVMMARIVM.

1 *Geomantici plurimum punctis vtuntur.*
Sortilegi etiam codicibus, ad dictio.Codicibus.
A quibus repellantur cum pœnis eorum.nu.4.
2 *Diuinatio regulariter ſonat in malum.*
In quibus obſeruationibus conſiſtat,ad dicti.obſeruare.
3 *Epilogus,& additio gloſſarum,num.4.*

CAP. I.

In tabulis Breue eſt. Et primo ponit prohi- 2
bitionem: ſecundò pœnitentiam
tranſgreſſoris ibi , Qui autem.vt
1 faciunt Geomantici † per puncta,quę faciunt vt pluri-
mum in tabulis[Codicibus]vt qui legentes pſalteriū,
faciunt illud volui[Furta]alias futura[Requirenda]
iſti ſecundum l.capite puniuntur. C.de malefi , & ma-
2 the.l.nemo.T.[Diuinationes] diuinatio † regulariter
ſonat in malum.1.q.1.nunquam :interdum in bonum.
e.quæſt.eos qui,in prin.& 16.quæſtione prima, prædi-
cator[Obſeruare]ponebat hic Hoſt.de calen.ortu, vel
curſu lunæ, vel ſolis, vel ſimilibus non ſeruandis, quod
habetur 26.q.vlt. ſi quis calendas,& cap.præce.& ſeq.
& quæſtio.5.non liceat , & cap.fina.Remittit ad ſum.
eo.tit.§.in quo caſu[Pœniteat]loquitur ergo hic de fo
ro pœnitentiali,& patet ex ſuperſcrip.gl.uero hic poſi-
3 ta de pœna iudicialis fori loquitur.¶ † Gloſſ.1. ſignat
4 contrarium,& ſolut.¶ Vltima gl.ſignat contrarium,
¶ In † gl.2.ibi,priuatus)& turpiter dehoneſtati,de pa
rochijs eijciuntur.26.q.5 .epiſcopi,& ab eccleſia,& te-
ſtimonio repelluntur,& ſunt infames.2.quæſt. 7.qui-
ſquis.3.q.5.conſtituimus,infra c.proxi.[& in fi.]dicit
Hoſtien.q̄ illud de gratia.dic q̄ de ſortilegijs, & diui-
natoribus hic loquitur,ibi vero de ſortibus , quæ diui-
nationem non habent,ſed fortunæ iudicium, vt ad ta-
xillos, breuia,& ſi.

SVMMARIVM.

1 *Futura ſi presbyter inquirit per inſpectionem aſtrolabij, ſu-ſpenditur,& a quo, vide nu.2.3.an & quæ.*
Et quomodo ea proſpicere liceat.
Diuinator,& ſortilegus infamis eſt.
2 *Aſtrolabij inſpectio an liceat.*
An diuinatio licita.
An aſtrologia,vel aſtronomia & quæ conſideret, & n.3.
Superiora ſunt ſigna rerum,& non cauſa & nu. 3.
3 *Contra inclinationem cęleſtium corporum homo poteſt ope-rari,& ratio, ver.ſed per conſiderationem.*
Aſtris ratione dominamur, ibid.
Ex tunc, dictio, ſignificatio, in fi.
4 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.5.*

CAPVT II.

1 Ex tuarum tenore. C. † Presbyter,
qui per inſpe-
ctionem aſtro-
labij futura requirit , ad tempus ſuſpenditur ab alta-
ris miniſterio . Et in prima conſultatio.in ſecunda re
ſponſio ibi , Verum. in qua primo aggrauat , ſecundo
diffinit ibi.M.[Infami]ideſt diuinatore , & ſortilego,
qui etiam infamis eſt , vt dixi ſupra capitulo proxim.
[Intentione] nec hoc excuſat ; ſupra de vſuris , ſuper
2 eo,de ſimo. per tuas. 3. [Aſtrolabij] hæc † inſpectio
aſtrolabij,quæ fit per aſtronomia, videtur hic permit-
ti, & 37. diſt. ſi quis grammaticam : fallit tamen pro-
pter varia climata terrarum , & inſtantem motum a-
ſtrorum . La.per præ.ca.ſi quis diſſuadet. Inno. vſum,
& ſtudium ipſius : quia non ducit ad pietatem , & fa-
cile ducit ad idolatriam . Dicit Hoſt.q̄ quia aſtrono-
mia diuinare docet,& diuinatio regulariter ſonat in
vitium , vt dixi ſupra cap.proxi. & ſi plerunq; verita-
tem habeat,tamen peccatum eſt non minimum , ſed
graue , vt ſequitur . Item aſtrologi conſiderant pun-
ctum,& ſignum natiuitatis,& ſub quo ſigno natus eſt ,
& punctum,arreptionis itineris, vel introitus in locū,
& punctum quo interrogantur.& per hæc & ſimilia co-
nantur diuinare futura , quod Auguſtin.& ſancti alij
expreſſe

expreſſe reprobant, vigeſimaſexta, quæſtione ſecunda, illud. & capitulo, ſed illud. ſecunda quæſtione tertia, capitulo primo, & quæſtione quinta, non liceat. & quæſtione octaua, capitulo antepenultimo, & penultimo. & vt dicit Gratianus eadem cauſa. quæſtione ſecunda, §. his ita. in deſuetudinẽ abierunt, & merito, cum ſint ſortilegi, qui quantumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, eadem cauſa, quæſtione prima, capitulo vnico. vſurpant enim, quod Dei eſt, ſexta quæſtione quinta, §. primo, ff. de iudicijs, ſed & ſi reſtituatur. §. finali. Idem actuum primo, non eſt veſtrum noſce tempora vel momenta &c. & Iſaias, 41. F. annunciare quæ futura ſunt & ſciemus, quia dij vos eſtis. In lignis vero cædendis, terris colendis, portionibus daudis & ſimilibus, licet non liceat conſiderare lunam vel temporis qualitatem ſuperſtitioſe, & vt credatur neceſſitatem ineſſe, cum ſuperiora ſunt ſigna rerum non cauſæ, vigeſimaſexta quæſtione quinta, capitulo tertio, alias tamen licet, ſicut docet aſtronomia, & ſeruant nedum medici, ſed coloni experti, nam non ex ſorte, ſed ex arte iſta procedunt & naturaliter conſiderantur, non ſuperſtitioſe ſecundum Hoſtien. ¶ Per modum ergo quæſtionis videamus de ſcientia & arte aſtronomiæ vel aſtrologiæ, an ſit iure ciuili vel canonico reprobata? Et an pœna debeatur exercentibus, vel exquirentibus ipſius ſcientiæ iudicia? Ad partem affirmatiuam inducitur C. de maleficis. & ſi excepta. & l. nullus aruſp. & l. nemo. cum ſuis gloſſis. & l. item apud. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniurijs. & 26. quæſt. 2. illos planetarios. & ca. ſeq. quæſt. 2. ibi, ſtellarum curſus &c. & quæſt. 4. igitur ad finem. & q. 5. §. 1. & c. non liceat. ibi, aut lunæ, aut ſtellarum &c. Item ſi eſſet licita, eſſet in vſu, ſicut & aliæ licitæ. Ad negatiuam inducitur l. eorum. C. de male. ibi, nullus &c. Item quod hæc ars & ſcientia computatur inter liberales, quarum magiſtris probetur immunitas. ff. de var. & extraordinarijs cognitio. l. 1. in princip. de vacatione munerum. l. in honoribus. §. philoſophis, de muneribus & honorib. l. fina. ergo non eſt eis pœnalis, quia ex eodem facto non debetur præmium & pœna. C. de adulterijs. Graccus, & in decretali ſecunda, de fideiuſſoribus, & de donatio. inter virum & vxorem, & ſi neceſſe. Item non ſubiectum ſcientiæ, & eius ſequela fecit ſcientiam in deſuetudinem abire. vigeſimaſexta quæſtione ſecunda. §. his ita. Item licitum eſt effectus & euentus rerum pronunciare per cõſiderationem cauſarum, ſicut medici pronunciant mortem ex conſideratione ægritudinis & eius diſpoſitione, ſed corpora cœleſtia, quæ conſiderat aſtrologus, ſunt eorum, quæ fiunt in orbe, vt dicit Dioniſius, quarto capitulo, de diuinis nominibus. ergo iudicare, vel diuinare per illa non eſt illicitum. Item, vt dicit philoſophus in primo methaphiſicæ. ſcientia humana ex experimentis ſumit originem, ſed per multa experimenta compertum eſt ex conſideratione ſiderum futura poſſe prænoſci. vigeſimaſexta quæſtione quarta, ſciendum, poſt prin. ergo iudicium licitum. Solutio. breuiter de primo dicendum, quod ſcientia non eſt prohibita, ſed liberalium vna, vt eſt dictum, & ſequela quædam, vt dixi, fecit illam in deſuetudinem abire, & facit, quod ſupra ſcripſi poſt Innocen. Sed de ſecundo, ſcilicet de iudicijs ſcientiæ exercendis, vel exquirendis dico cum theologis, quod licitum eſt per conſiderationem aſtrorum præcognoſcere & iudicare futura, quæ cauſantur ex cæleſtibus corporibus, ſicut eclypſim, ſiccitatem, pluuiam & huiuſmodi, id eſt tale iudicium, vel diuinare non eſt illicitum, & ſic loquitur l. eorum. C. de maleficis, ad quod bene facit, quod dicit Hiero. ad Fabiolam. C. Ratione cuncta ſunt plena, & haberent terrena celeſtibus, imo ratio terrenorum & temporum caloris & frigoris, & inter vtrunque temperies de cæli curſu & ratione deſcendit. Sed per conſiderationem aſtrorum velle cognoſcere futuros caſuales, vel ſortuitos euentus, vel certitudinaliter futuras operationes hominum, vel præteritas occultas, tunc operatio demonis ſe immiſcet, & tunc ex falſa & vana opinione procedit ſuperſtitioſa & illicita diuinatio. de tali patẽter loquitur §. ſi quis aſtrologus. ibi, aliquem furem dixiſſet, qui non erat. & c. non liceat. ibi, propter ſegetes, vel arbores plantantes, vel coniugia ſociãda. & l. multi. C. de male. ibi, vitas inſontium &c. probatur hoc 3. c. 1. 26. qõ. 2. illud verſi. nam & ipſi. Huius ſolutionis ratio, quia corpora cœleſtia non poſſunt eſſe per ſe cauſa operationum liberi arbitrij, bene tamen poſſunt ad hoc diſpoſitiue inclinare inquantum imprimunt in corpus humanum, & per conſequens in vires ſenſitiuas, quæ ſunt actus organorum corporalium, & quæ inclinant ad actus humanos, & quia vt plurimum homines has corporales paſſiones ſequuntur, & ſic actus diſponunt, vt plurimum ſecundum has inclinationes celeſtium corporum, ideo de his aſtrologi quandoque vera prædicunt. Sed certum eſt

3 & exprimunt, quod † contra inclinationem celeſtium corporum homo poteſt operari per rationem, cui obediunt vires ſenſitiuæ, vt probat Philoſ. 1. ethic. & 3. de anima. facit ſupra de ſacra vn. c. vno. ver. in vertice. Cõcluditur ergo, quod is quem corpus cæleſte diſponit eſſe guloſum, vel luxurioſum ſubmiſſus rationi ſobrius & continens eſſe poſſet, & econtra, quare velle conſtanter aſſerere ex corporibus celeſtibus, vere ſuperſtitioſum eſt, & a demonis fallacia. Memor ſum, quòd ſcribit Caſſiodorus in lib. collationum, quòd Criſias quidam inſpiciens Socratem dixit, oculi tui corruptores, puerorum, & cum diſcipuli Socratis vellent vlciſci illatum magiſtro conuicium, Socratres ad illos, quieſcite ſodales, quieſcite, ſum etenim, ſed me contineo. Ex his pateat, quòd exercentibus primum iudicium nulla ſit pœna. In ſecundo ſit locus pœnæ, & ſic concordant, quæ videbantur contraria. [Eccleſiæ] forte ſuo regimini commiſſæ. [Fuerit] in an. ita tamen, quod biẽnium non excedat. [Extunc] i. elapſo anno, vel maio-

4 ri tempore, de quo arbitraberis. ¶ † Vlt. gl. reſpondet per obiectionem de can. 26. &c. & per quæſtionem an diſpenſet epiſcopus in hoc caſu. ¶ In gl. 2. in fi. ſi quod no. ſupra de accu. cum P. in vlt. gloſ. & de hoc 33. q. 1.

5 latorem. & 50. di. accedens. ¶ In gl. † hoc intellige. ibi [proceſſit] reſpicit tanquam, vbi epiſcopus eum ab officio & beneficio ſuſpenderat. & ibi [auctoritate ſua.] idem hic Hoſt.

SVMMARIVM.

1. *Sors in electionibus in tantum reprobatur, quod etiam cõpromiſſarius per ſortem non debet aſſumi.*
2. *Electionem præcedit tractatus.*
3. *Electus venire debet cum electoribus duobus perſonaliter.*
4. *Sortilegi ſunt infames.*
5. *Italici in electionibus vtuntur vt plurimum ſortibus.*
6. *Sors reprobatur in electionibus.*
7. *Tutor non erit qui ſe in teſtamento pupilli tutorem ſcripſit.*
8. *Prætor inſtitutus hæres ſe non cogit adire.*
9. *Sorte dirimitur apud quem ex hęredibus æquali portione maneant cautiones hæreditariæ.*
10. *Legatarij, vel hæredes vnius, quibus competit optio, ſi diſcordant ſorte dirimitur, quis optet.*
11. *Sortis diffinitio, remiſſiue.*
12. *Electi duo diſcorditer nullus confirmandus.*
13. *Sortis de iudicio diſtinguitur.*

C A P V T III.

1 Eccleſia veſtra. C. Sors † intantum in electionibus reprobatur, quòd etiã elector
compromiſſariorum per ſortem non debet aſſumi. In
prima elect. In 2. electionis proſecutio, examinatio, &
reprehenſio, ibi, procuratoribus. In 3. gratioſa confirmatio, & ſortis prohibitio. ibi, electionem. [Tracta-
2 retis,] præcedit † enim tractatus electionem. 23. di.
in nomine. de poſtul. bonæ. ſicut & alienationem. 12.
q. 2. in fi. ſecundum Iaco. Tractabitur enim in qua forma conueniatur ex his, quæ habentur de elect. quia
propter. non tamen ante electioné conſentiet eligendus, de elect. cum poſt petitam, ſecundum Goffre.
[Qui] vnus ſcilicet per ſortem electus forte ad breuia,
vt taxillos, vel his ſimile. [Omnium] de elect. quia pro
pter. [Tertium] ex ſeipſis. [Expreſſe] ac ſi forte dicat,
ꝙ hoc eis licebat tacite ex poteſtate iuris communis.
3 (Procuratoribus) hodie † neceſſe habet electus venire perſonaliter, & duo de electoribus pro inſtruendo
electionis negotio. quod dic, vt ĩ. de elect. cupientes,
lib. 6. (Nota reprehenſionis) vt ſequitur, de cuius verbi ſignificatione remittit Hoſtien. de offi. deleg. cum
4 olim. 2. ver. ſane. vel nota infamiæ † cum ſortilegi ſint
infames ſecundum eum, de hoc. ſ̃. c. 1. nec credo hoc
de exercentibus ſortes, de quibus hic dicitur. (Vſum)
quaſi ſecundum Hoſtien. non damnetur ſcientia ſed
vſus, ſed non loquitur hic de ſcientia ſortilega, ſed de
fortunæ iudicio, vt dixi ſ̃. c. 1. (Electionibus) eccleſiaſticis, in quibus ſeruanda eſt forma concilij, qua pro-
5 pter italici † vt plurimum in electionibus ſuorum præſidentium vtuntur ſortibus per breuia, taxillos, ballotas & ſimilia, vt ſic videant, cui ex pluribus arridet
fortuna, quod & inter clericos admitti poſſet, vbi de
temporalibus agitur, argu. 21. di. cleros. ſ̃. de præben.
6 cum ſecundum, ſ'm Hoſtien. Ideo † autem in electionibus reprobatur ſors, quia per illam poſſet indignior
præfici, & eſt quoddam Deum tentare. ad hoc ĩ. de
pur. vul. c. fi. Tractauerat hic Hoſt. quid ſi vnus ex tractatoribus, vel electoribus excommunicatus erat?
quod perſequere, vt dixi ſ̃. de elec. illa. ¶ Prima gl. alle. concor. ponit opi. quam reprobat per locum a diuiſione & per ſimile & per decr. Cumana. & reſpondet rationi contrariæ. ¶ Vlt. gl. no. a contrario & illud
coadiuuat. ſecundo obijcit & ſol. ¶ In 1. gl. ibi (prætor)
vide in dec. cum in iure. ſuper 1. gl. & ibi (ex ſententia)
7 tutor † non erit, qui ſe in teſtô pupilli tutorem ſcripſit.
8 & ibi, §. (tempeſtiuum) prætor † inſtitutus hæres ſe non
cogit adire, nec cogi poteſt per alium prætorem. ¶ In
vlt. gl. ibi. (cũ prætor) vide ſ̃. titu. 2. c. penu. ſuper 1. gl.
& ibi ex eo. canonizata, vbi ſtatim al. de crimine melius dicere ex eo. & ibi (ſed cũ ambo) vide de prob. ex
9 literis. in gl. 2. & ibi (ſi quæ ſunt) ſorte † dirimitur apud
quem ex hæredibus æquali portione maneant cautiones hæreditariæ, ſi ex inæquali apud illum, qui plus
10 hẽt in hæreditate. & ibi [ſi duobus] plures † legatarij
vel hæredes vnius, quibus competit optio, ſi diſcordant, ſorte dirimitur, quis optet. ¶ In gl. 1. ibi [quidã]
qui ſint iſti, vide in decr. cum in iure. quod ibi dixi in
prin. 1. gl. ibi [ſecundũ traditam] ſed ad id reſpondet
Hoſtien. ſupplendo nedum ſecundum ius commune,
vel ſecundum eum hoc non refertur ad id, quod dictum eſt d. tertio, ſed ad id, quod dixit, ꝙ duo poſſét
eligere, ꝙ alias non potuiſſent, cum eſſent tres, vt in
præ. dec. cauſam. de offi. dele. vel licet dicas hoc reſpicere, quod dicit de tertio, factum narrat. nec dicitur,
ꝙ aliter non liceat. Item nec per aliquid factum in hac
electione eius conſtituitur, cum fuit vitioſa. ¶ In gloſ.
11 vlti. ibi [quæſt. 2. ſors.] ibi † eſt diffinitio Augu. illam
Hiero. vide ſuper parabo. ca. 18. ibi [Mathias] actuũ.
1. G. & ibi (Ionas.) 1. c. & ibi (eligendus) nec electus cõ-
12 firmandus, † vt ſi duo diſcorditer ſint electi, in quibus
eſt vtrobique parilitas, licet quidam contra. Caſſetur igitur tunc vtraque electio, ex quo neutra facta
eſt a maiori & ſa. per c. & de hoc ſ̃. de elect. eccleſia.
in fine vlti. gloſſæ, vide quod dicam, de eo qui mit. in
poſ. capitulo. fina. lib. 6. ſuper vltima gl. & ibi. (prædi-
13 ctæ leges) cum † quæritur de iudicio ſortis, dicunt legiſtæ, quod ſi plures ad aliquem actum volentes admitti diſcordant, aut ſuper facto, aut ſuper iure. Primo caſu dicenti incumbit probatio. ff. de probatio.
ei qui dicit. Secundo caſu refert, an contrarietas reſpiciat alienum præiudicium tantum, an diſcordantium tantum. Primo caſu iudex ad requiſitionem
partis, cui præiudicat, cogit illos concordare. ff. de le.
l. huius. §. fina. ff. de legatis ſecundo. cum filius. §. varijs, & de reg. iuris. nemo. §. quoties. ſic poteſt intelligi. Inſtitut. de ſatiſdatione tutorum. §. ſi autem. licet quidam dicant ibi ſpeciale. Si vero reſpicit tantum præiudicium diſcordantium, aut neuter illorum vult facere fortunam iudicem diſcordiæ, &
tunc inuicem ſe impediunt. ff. quibus modis vſufruct.
l. ſecunda. §. finali. & ff. de vſufru. quot. Aut alter
vult fortunæ iudicium, & tunc iudex ad ipſius inquiſitionem alterum compellet, ſic loquatur lex ſi
duobus. C. communia de legatis. & l. ſed cum ambo. ff. de iudicijs, hæc vera, ſi actus recipiat tale iudicium, alias ſecus vt hic, & ſupra proxime dixi. Accurſius. C. vti poſſeſ. l. prima. in gloſſa. ſed qualiter. in
fine, dicit, quando factum eſt incertum, non eſſe locum iudicio ſortis, ſed tunc quando factum eſt certum, ſed ius incertum, ſed etenim in terminis, de quibus loquitur nota. contrarium, ſupra de probatio. licet. in gloſſa, bene tamen. ver. item ſi conſtat. quod
placet Hoſt. vt ibi dixi.

¶ De colluſione. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Colluſionis materia vbi alibi tractetur.*

1 ¶ Quia † is qui colludit in falſitate conſiſtit, quia
aliud agit, & aliud ſimulat, ideo &c. inquantum col-
2 ludens præuaricatur, de † hoc ſecunda quæſtione tertia. §. finali. facit de procuratoribus. capitulo ſecundo. in fine. libro ſexto. & clemen. de elect. conſtitutionem. §. ſane ſi quis.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſator ſi ab accuſatione deſiſtat debet iudex inquirere, an per colluſionem hoc fecerit.*
2 *Subtilitas commendatur.*
3 *Suffragium & additio glo. 4. 5. 7.*
6 *Eleemoſinam qui dat ad pompam, damnatur.*
7 *Cauſa in populari non licet deſiſtere per tranſactionem.*

C A P V T I.

1 Scripta. C. Si † accuſator ab accuſatione deſiſtit, debet iudex inquirrere an per colluſionem hoc fecerit. Primo narrat relatam amicitiam. Secundo dicit inquiſitionem
neceſſariam, & concor. de elect. quamuis & c. prouida. li. 6. (Diſſimulari) cum eſſet infamatus, alias

non

non inquireretur, de accuſa. qualiter, vel quia lit. con
teſt. non licet ab accuſa. deſiſtere, ideo mandat inqui-
ri de colluſione, vt illos puniat, 2. q. 3. ſi quem, Inno. &
2 vide in Spe. de abolitio. §. 1. ver. quid ſi accuſat'[a] [Sub-
2 tilius] commendatur † ſubtilitas, de hoc dixi ſupra de
iudi. dilecti [Charitate] puta, qa ſe correxit epiſcopus,
& tunc non eſt cōdemnabile, de pe. di. 2. charitas. Ho-
ſti. [Premio] corruptionis, quod eſt reprehenſibile, in-
fra per totum, Hoſti, [Cōparata] i. empta, iuxta vulga
5 re. concor. de vſuris, in ciuitate. ¶ † Secunda gloſ. not.
modum, & perſequitur præponderandum facto. ¶ Pe.
gloſ. diſtinguit duplicem modū recedendi à lite in tri
4 plici genere cauſarum. ¶ † In gloſ. pe. ibi, inchoatā] ēt
ſi iam nunciauit, uel libellum principi porrexit, vt in
lege ſeq. [Et ibi, C. eo.] ſ. ad Turpil. [& ibi, indulgen-
tia] canonizata. 2. q. 3. ad fi. [& ibi. l. 2.] remiſſio accu-
ſationis, q̄ facit princeps, non extenditur ad crimen,
5 de quo nondum fuerat accuſatio inſtituta. ¶ † In 1. gl.
ibi, accuſatores] ceſſat arg. ſi dicis cū Hoſti, q̄ iſti erāt
denunciatores per uer. 1. nūciati, & q̄ ſequitur, Accu-
ſatores, & accuſatum, exponit. i. denunciatores, & de-
nunciatū [& ibi, in primis) vbi de hoc, & ī. de pur. can.
quod hic forte unus accuſabat, & alter ſubmittebat. &
vterq; incidit in Turpil. ff. ad Turpil. l. 1. §. incidit. La.
& ſic pōt intelligi 2. q. 4. Euphemiū, & de do. & contu.
b cum dilecti, in prin. ſm Goff.[b] [& ibi, inſuper] qđ dic,
vt de procur. ſi duo, lib. 6. ¶ In gl. 2. ibi, non bene fece-
6 runt] 23. q. 5. relegentes [& in fi.] unde † demeretur, qui
dat eleemoſynam, vel ſuſtinet martyrium ad pompā.
1. q. 1. vide quātum: quod dic, vt ibi. ¶ In gl. arg. quod
7 ibi, † famoſa] ſuper hoc vide quod no. 3. q. 7. §. tria, ad
fin. in gl. fama [& ibi, per gratiam] q. d. non per tranſa
ctionem. de hoc remittam in fin. gl. [& ibi, quæſitum]
& ſupra de accuſa. licet [& ibi, priuatum] de publicis, &
priuatis uide ī Spe. de accuſatione. §. 2. in prin. [& ibi,
mixta] in cauſa verò populari non licet deſiſtere per
trāſactionem, niſi vt ' 2itur ff. de pact. iure, §. vlti. ff. de
iure iur. eum qui. §. in popularibus. Inno. [& in fi.] de
hoc per Io. 2. q. 3. §. vlti. in gloſ. ſcias. vbi etiam no. in
quibus criminibus liceat tranſigere, & quibus non,
quod no. Innocen. infra c. proxi.

ADDITIONES.

a ¶ Accuſatus. Ibi vide Ioan. And. ſupra de accu. licet, in gl. pen. & ſuper illa.

b ¶ Goff. Vide Bar. in l. a. §. fin. & l. ſe. ff. de adulte. & in l. ſi plures, alleg. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore ceſſante iudex inquirit.*
Prætereundum non eſt, quòd à ſuperiore non præteritur.
2 *Additio gloſſarum.*
Crimina punienda, ſi ad ipſa punienda ſit actum, in fi.

CAPVT II.

1 Crimina Breue eſt. & vt dicebat † Hoſtien.
duplex poteſt eſſe ſenſus cap. pri-
mus, quòd ex quo probata ſunt cri-
mina, non debent remanere impunita. & ſecundum
hoc vbi dicit, Audita, ſup. & probata. & vbi dicit, Indi
ſcuſſa, expone, ideſt impunita. ſecundus, qui magis cō
gruit literæ, quòd poſt delationem criminis, ſi delator
reconciliatur delato, nihilominus iudex inquirit [In-
diſcuſſa] quin de illis inquireret; & loquitur de infama
to, de accuſa. c. pen. Hoſt. [Præteribat] ergo nec nos
præteream9, ſupra de re iudi. cauſis. hic autem Inno.
poſuit gloſſam, quæ eſt, ſupra cap. proxi. & 2. q. 3. §.
2 vlt. ¶ † In gloſ. 1. ibi, tertius forte] vel octauus ſecun-
dum Hoſti. quod eſt falſum; quia tunc ſequens dec.
præcederet, quę fuit Alex. III. & hoc patet ſupra de iu.
& ho. cle. quoniā, de probat. propoſuiſti [& in fi.] Ala.
ſimile. 1. q. 3. res eccleſiæ. ¶ In gloſ. 2. ibi, punienda)
dummodo ad ipſa punienda ſit actum, ne ſit contra,
ſupra de or. cog. cum dilectus, & ibi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Per colluſionem ſi quis beneficium conſtituit cenſuale, priuatur eo.*
2 *De ea quomodo legitime conſte, & quod per eam ſit, non tenet in fine.*
Spoliare, ideſt priuare.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Abſente parte quod ſit, non tenet.
Dolus impunitus remanere non debet, & ex eo beneficium non habere, ſed amittere.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 Audiuimus. Caſus. † Beneficio ſuo priua-
tur, qui per colluſionem illud
conſtituit cenſuale. primò re-
fert colluſionem. ſecundò facientes puniri mandat.
2. ibi, vnde [clerici] ſimulati rei [Tranſactionis) imagi-
nariæ & ſimulatæ. ſicut enim non eſt uera vexatio, ſic
nec vera tranſactio. Goff. [Alijs) actoribus ſimulatis
(Ius) tituli, vt dicam in gloſ. vel ius inſtituendi, vel ius
præſentandi (Valeant) illi actores & ſimulati. Goffre.
2 (legitimè) debent † ergo vocari, & ad rationem poni,
& conuinci de accuſa. ſi conſtiterit. 2. quæſtio. 1. nos
in quemquam (differas) ex officio tuo, etiam nemine
contra illos agente, ſupra de pact. accepimus, de offi.
ordi. ca. 1. Hoſtien. (Spoliare) in bonam partem, ideſt
priuare. concor. de hoc poſui de reſtit. ſpol. conque-
rente (Iacturā) & nihilominus quod per colluſionem
3 factum fuit, non tenet. ff. eo. l. 3. Innocen. ¶ † Vlt. gloſ.
4 recitetur per quæſtionis rationem. ¶ In † gl. vlt. ibi, de
unoquoq;) ibi dicitur, quòd de omni negocio iudicari
debet præſentibus, quos cauſa contingit: aliàs ſolum
inter præſentes tenebit ſententia [& ibi, cum nō iuſto)
ſi ſuper ingenuitate pronunciatur per colluſionē, vel
cum non iuſto contradictore, ſcilicet non domino,
vel patrono, non valet (Et ibi, ne ex dolo) ſequitur, ſuo
lucrētur (Et ibi, releuare) loquitur de illo, qui conueni
tur, quantum facere poteſt, ſed dolo fecit, quo minus
poſſet (Et ibi, nō fraudātur, in fi.] ibi, nemo ex ſuo deli-
cto cōditionem ſuam meliorem facere poteſt [Et ibi.
l. 3. §. 1.) vide de dona. inter uir. & vxor. cap. fi. in 1. gl.
(& ibi, §. ſed nemo) ſequitur, de improbitate ſua con-
ſequitur actionem. nam ſoli bonæfidei poſſeſſori, non
malæfidei furti actio datur (& ibi, Seruius) clam facit,
qui debet exiſtimare quæſtionem ſibi futuram, licet
5 non exiſtimet, ne ſtultus &c. ¶ In glo. 2. in fi.) & de cē
ſib. cum clerici. ¶ In gl. 3. ibi, eccleſiæ ſuæ) nā poſſeſſor
recognoſcebat forte petitorem ius habere in benefi-
cio, & pro bono pacis conueniebat, quòd poſſeſſor
ad vitam ſuam teneret, & in ſignum iuris petitoris ſol-
ueret ei penſionem, vt ſic etiam mortuo poſſeſſore,
ſua auctoritate poſſet poſſeſſionem intrare, de reſtit.
ſpo. cum ueniſſet, ſecundum Hoſtien. (& in fi.) & infra c
de præben. eum qui, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc de eodem facto ſtatuit, quod alia decretalis.*
2 *De criminibus pluribus ſimul inquiritur.*
Actiones duæ pœnales cui competant.
3 *Corruptis teſtibus non creditur.*
Veniæ facultas tribuit incentiuum delinquendi.

4 *Publicatio teſtium non obſtat, ſi iudex ex officio procedat,*
uel ſi obijciens ſit colluſor.
Alioquin, dictionis ſignificatio.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Calumnioſis, & prauaricatoribus, quæ iniungatur pœna.
7 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 **In tantum.** De † eodem facto ſupra de teſti. cum clamor. & h. d. Iterum
cõtra illum inquiritur, qui per
colluſionem prius fuerat abſolutus. primò ponit commiſſam inquiſitionem, relatam colluſionem, & ipſius
exitum, ſecũdò ibi, Diſcretioni, ponit commiſſionem
bimembrem. ſecundum ibi, Alioquin (Quorundam
2 exceſſuum) ergo † de pluribus criminibus ſimul inquiritur. Quid notauerit hic Innocent. de illo, cui
competunt duæ actiones pœnales, vel prouenientes
ex uno delicto, uel diuerſis, dixi ſupra de reli. do. cum
dilectus, ſuper vl. gl. in fin. [Inquiſitoribus) palpantibus criminoſum, & vulnera eius ſeruantibus incurata. 50. diſt. ſi quis diaconus Goff. [Corruptis] quibus
3 † non creditur, de proba. licet (Inquiſitoribus) quod
eis periculoſum eſt, de re iudi. cum æterni, lib. ſexto
(Incorrecti) quod fuit malum (Expauit) quod fuit peius, & patet hic, quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, ſupra de ui. & honeſt. cleri. ut clericorum, de elec. cum in cunctis, cum concord. Hoſtien.
4 (Premiſsis) antiquis ſupra, nec † poterit obijcere teſtes
publicatos: tum quia iudex procedit ex officio, vt dixi ſupra de teſti. cum clamor: tum quia propter colluſionem ſe fecit indignum, ut non debeat audiri. ad
hoc ſupra capit. proxi. de elec. bonæ. ſecundum Hoſt.
(Alioquin) ideſt ſi corruptio, uel colluſio non proba-
5 tur. ¶ † Pen. gloſſ. tract. de pœna colluſoris, dicens,
6 quod ſicut calumnioſi extra ordinem &c. ¶ † In gloſ.
pen. ibi, & in priuatis) ſequitur, & extraordinarijs criminibus omnes calumnioſi & cæt. vt præcedit (& ibi,
l. 2.) ſciendum eſt, quod hodie his, qui præuaricati
ſunt, pœna iniungitur extraordinaria (& ibi, ff. eo.) ſcilicet. de præuari. ¶ In gloſ. vlt. ibi, licet, in fine) vide in
7 dec. proxi. alle. ſuper prima gloſſ. ¶ In † glo. 3. in fine)
de accuſa. c. ſi. uel erat periculũ accumulationis peccatorum, vt infra ſequitur, ſecundum Hoſtienſ. ¶ In glo.
vlt. ibi, de his) ar. contra. 2. q. 5. Mennam. C. de pœna
iu. qui ma. indi. auc. ſed nouo. ff. de iureiuran. ſi duo patroni. §. vlt. Innoc. ¶ In eadem glo. in fine] alias eſt
ver. ſub. lege, prohibentur.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De puerorum delictis ſtatuentia iura demonſtrat.
2 *Puer quibus modis accipiatur.*
Eius appellatione etiam puella quandoque continetur.

De delictis puerorum. Rub.

1 ¶ † Viſo de quibuſdã criminibus, quia dubitari poſſet, an pueri his criminibus inuoluantur, ideo &c. sm
Go. de hoc 15. q. 1. & facit. 3. q. 3. in prin. & 22. q. 5. pa-
2 ruuli, cum duobus c. ſeq. & † non ſumitur hic puer pro
ſeruiente. vt 21. q. 7. cum paſto. cum ſuis concord. ſed
pro eo, qui eſt minor annis, vt patet in nigro. Et vide
quod no. 57. di. in ueteri, in princ. & in Hiero. ſuper Titum, poſt prin. ubi ſic dicitur, Puer ſecundum Græcos
famulum ſignificare poteſt, & filium. Ex his not. dici
multis modis puerũ. ſ. ætate, vt dixi. & facit ſ. de tẽp.
o. uel non eſt, Cõpoſ. de ſpon. tuæ, & hæc pueritia finitur regulariter finito 12. vel 14. anno ſecundũ varietatem ſexuum, vt no. in proœ. 6. in gloſ. de numero ſenario, in prin. fallit in caſu ff. de poſtul. l. 1. §. pueritiam,
vbi dicitur pueritia vſque ad fi. 17. anni, & in caſu ff.
de ali. & ci. le. l. Mela, vbi ſi pueris vſque ad pubertatẽ
legata ſunt alimenta, debentur vſque ad fi. 14. anni in
puella, & 18. in puero. Item filiatione. Item ſeruitio.
de his dixi poſt Hiero. & patet 22. q. 2. §. Abraã, & habetur Gen. 22. vbi Abraham dixit ad pueros. i. ſeruos,
vel ſeruientes, Expectate, donec ego, & puer. filiatione
ſ. ætate. de primo & tertio patet ff. de verbo. ſigni. l.
pueri appellatio. vbi. & eo. titu. l. illa verba. 2. §. pueri,
patet quandoque per pueros comprehendi puellas.
ad idem ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis, ver. ſed pueris, ſed
dicitur etiam puer natiuitate, Iere. 20. in fi. qui nũciauit patri, puer natus eſt tibi. fidei puritate. Iere. cap. 1.
puer ego ſum. 8. quæſtio. 1. in ſcripturis. ſimplicitate,
ſap. 12. ad fin. tanquam pueris inſenſatis iudicium in
deciſum dediſti, & Apo. ad Cor. 14. nolite pueri effici
ſenſibus ſed morum prauitate, Eſai. pe. & habetur 2.
quæſtio 7. Paulus dicit.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes delinquere poſſunt & in quibus, & quomodo puniantur, & nu. 3. 4.*
De mendacij multiplici genere, remiſſ.
Ab eo periurium differt.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Pueri in quibus delinquant, & puniantur, & nu. 4.
4 *Doli non capaces incurrunt irregularitatem, & ratio.*
In promotionis lege factum attenditur, non voluntas.
Homicidium quod a. gnum diſpenſatione.

CAP. I.

1 **Pueris** C. † Impuberes [ ] ter vitium carnis delinquere poſſunt: puniuntur tamen minus quàm adulti. ponit primo dictum,
quod ſecundò reprobat, ibi, quod merito [Quatuordecim] in mare: in fœmina 12. [Quod] ſcilicet non attribuendum peccatum impuberi [Genitalibus] vnde nec
minor 14. accuſatur. l. Iulia, de adult. ff. de adul. ſi minor [Mendacia] de multiplici genere mendacij. 22.
quæſtio. 1. primum [Periuria] differt mendacium à periurio. ad idem ſupra de præſumptio. literas [Non ita)
ideſt non in tantum, vel non ita acriter. & hoc verum
2 in quocunque foro iudiciali, & præſentiali. ¶ † Pen. gl.
ſignat contrarium, de l. qui iuraſſe, & ſoluit. item de eo. eos, & duabus legibus, & ſoluit. ¶ Vlt. glo. ſignat con-
3 trarium, de c. proxi. & ibi remiſ. ¶ In † gloſ. penul. ibi,
l. ult.] daturutiis actio in id, quod impubes iurauit
[& ibi, impuberem] ſequitur, furtum facere poſſe, ſi
iam doli capax ſit, Iulianus ſcribit (& ibi, qui iuraſſe]
ibi pupillus non videtur periurare, quia ſciens fallere
non videtur [& ibi, l. 1.) vide de ſimo. Matth. in gloſ. 2.
[& ibi, impunitas] ſequitur, delicti propter ætatem nõ
datur, ſi modo in ætate quis ſit, in qua crimen, quod attenditur, cadere poſſit (& ibi. l. 1.] ignorat illa ætas,
quid videat. & loquitur de non doli capace, in cuius
domo cuditur falſa moneta (& ibi, §. excipitur] ibi Põponius ait, neque impuberem, neque furioſum capitalẽ cauſam admiſiſſe. ¶ In gl. vlt. ibi, §. 1.] ibi, miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perducit (&
ibi, ſi ex cauſa iudicati, §. 2.] ubi non ſubuenitur minori in delictis: tamen ſi negando, vel aliter tenetur ad
duplum, ſibi ſubuenitur [& ibi, impubes] ibi impubes non viripotens non tenetur, ergo & cætera [&
ibi, excipiuntur] etiam impubes, qui rei intellectum
4 capere poteſt tenetur. ¶ In † gloſſa prima, in fine]
legitur

Digitized by Google

Legitur in dialogo de puero 5. annorum, qui iurans & det.ſtis, & blaſphemans a diabolo raptus fuit, Hoſti. ¶ In gl. 2. ibi, præſumitur]ſed hæc præſumptio quãdoque per factum tollitur. vnde & legitur in dialogo, de puero 9. annorum, qui grauidauit nutricem, vt not. 20. q. 1. in ſum. & vide ſupra de eo, qui co. con. c. vlt. ſuper 1. gloſ. ſed quia rarò contingit, non eſt curandum, ff. de legi. nam ad ea, ſecundum Hoſtiẽ. ¶ In gl. 3. ibi, capax]de hoc 4. q. 3. c. 1. [& ibi, ſed hoc]quod dicitur in contrarijs (& in fine]dicit hic Hoſt. ꝙ puer non doli capax poteſt irregularitatem contrahere, vt ſi ludẽdo proijciat lapidem, vel cultellum, & aliquem occidat. eſt enim ex hoc irregularis, etiam ſi non habuerit animum occidendi: quia non voluntas, ſed factum in lege promotionis attenditur. Dicit tamen tale homicidium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi caſuale, nec diſtinguitur, an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam, ex quo non diſcernit. de doli capace notatur infra c. proxi. de infante, terminatum eſt contra Hoſtien. in clem. de homi. ſi furioſus, & ib not. in 3. gloſſ.

S V M M A R I V M.

1 *Pater ex delicto filij impuberis non tenetur, num. 4.*
In pueris relinquitur inultum, quod in adultis grauiter punietur.
In eos quando detur actio, num. 3.
Eis licet ludere cum coetaneis.
Sagittare odibile & periculoſum.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. n. 3.*
Dominus ex delicto ſerui tenetur, & quatenus.
Pater pro filio etiam inuito reſtituitur in integrum.
In eius bonis non fit executio condemnato filiofam. etiã adulto, num. 4.
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Pœna pecuniaria criminum a conſuetudine, vel ſtatuto irrogatæ ratione carent.*
Statutum itaque huiuſmodi, vel conſuetudo non ſeruanda.
Pœna eccleſiæ pecuniaria potius eſſe debet, quàm corporalis, in fine.

C A P V T II.

Referente. Caſus. † Pater ex delicto filij impuberis non tenetur, vel in puero inultum relinquetur, quod in adulto grauiter puniretur. primò ponit partis vel appellantis querelam. ſecundò dat iudicem. 2. ibi, vnde (Sagittaret) hoc eſt odibile, & periculoſum, ſupra de ſagitta. c. vno. Licebat tamen alias pueris cũ coetaneis ludere, ſupra de homici. lator, & c. exhibita (Fortuito caſu) quaſi non ex animo [Cẽtum] aliquando tñ minorem pœnam exigere poteſt. Inn. & Abb. ¶ Gloſſ.
2 † 2. reſpon. per ob. duplicem. ſ. ad textum, & ad caſum. prima ſoluitur per exceptionem literæ: ſecunda dupliciter. ¶ Vlt. glo. arguit, ſignat contrarium, & remittit.
3 ¶ In † gloſſ. 2. ibi, §. 2.]vide hanc, & ſequentes ſupra c. proxi. [& ibi, ſi pupillus]ibi ſi pupillus prohibuit iri in poſſeſ. damni infecti, datur cõtra ipſum in factũ actio [& ibi, ſilio]ſiue ſit ſui iuris, ſiue ſit in poteſtate, vt in l. ſe. [& ibi, licet] alias incipit, ſi ſeruus, & ibi dicitur, ꝙ ex furto facto per ſeruum contra dominum agitur, inquantum factus eſt locupletior[& ibi. ff. de mino. l. pater pro filio]ibi reſtituitur pater, pro filio etiã inuito.
4 ¶ In † gl. 1. in fi.]vt patet in an. ¶ In gl. 2. ib, conueniẽdus) vnde condemnato filiofam. etiam adulto, non fit executio in bonis patris etiam quò ad legitimam, vel alimẽta filio debita. de hoc ſatis in Spe. de ſen. execu. §. ſequitur, ver. quid ſi filius effectus fuit. de nõ doli capace dixi ſupra c. proxi. vbi Hoſt. videtur tenere contrarium eius, quod de infante terminatum eſt per clẽ. de homic. ſi furioſus. ¶ In gl. vlt. ibi, exigere) Hoſt. ſup. maximè, per locũ a diuiſione, de quo ſup. in gloſſ. proxi. (& ibi, §. debet, lib. 6.) de hoc etiam ſupra de ma. &
5 obed. ſolitæ) & ibi, ex conſuetudine) dicit † Hoſt. ꝙ cõſuetudo, vel ſtatutum, per quod committẽtes furtum, vel homicidium, vel ſimile crimen in pecunia puniuntur, ſunt irrationabilia, quia id nihil eſt aliud, quã homines venali exponere precio, & incitare ad committẽda peccata. Talis enim non timet pœnam pecuniæ, qui ſuſpendium, vel pœnam mortis timeret, illa ergo non ſunt ſeruanda. ad hoc ff. de pact. ſi vnus, §. pacta, in auſten. de man. prin. §. oportet, col. 3. inſtit. vi bonorum rap. §. ſed nedum, ff. de pœnis, in ſ. ruorum, & l. aut facta, §. fin. ſup. de conſuetu. ex parte, & de hoc de of. or. irrefragabili, §. fi. & c. dilectus. nec ob. arg. a cõtrario, per quod hic ſumitur, ꝙ ſi eſſet maior 14. annis, a patrefamil. poſſet exigi iſta pœna. illud enim putat verũ ex poſt facto per iudicis officium, non ex vi conſuetudinis, vt not. in præ. dec. irrefragabili. voluit ergo per argum. a contrario hic oſtendere, quòd eccleſia non debet pœnam grauem inferre, ſcilicet corporalẽ, ſed potius pecuniariam, ſupra de rapto. in archiepiſcopatu. item nec hic dicitur expreſsè, quòd talis conſuetudo valeat, & vide quod dixi ſupra de conſuet. cap. fin. in princ.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De clerico venatore iura alia canonica, quam hæc, quæ loquantur.

De clerico venatore, Rub.

1 ¶ Tractato † ſupra communiter de delictis clericorum, & laicorũ, ſubmittit de ſpiritualibus delictis clericorum, ideo &c. ſecundum Goſt. de hac 86. diſt. qui venatoribus, cum 5. capitulis ſequen. facit 6. di. §. vlt. 34. diſt. c. 1. in prin. conuenit, de cenſibus, cum apoſtolus, ne cler. vel mona. cap. 1. ad fin. & clemen. de ſtatu mo. ne in agro, §. porro, de cenſi. ad noſtrum, ver. & dum. de cele. miſ. c. 1. poſt princ.

S V M M A R I V M.

1 *Pro paleis habentur hæc capitula.*
Venatoribus immunitas conceſſa, nullo iure probari poteſt.
Venatores clerici vt puniantur, num. 5.
Venatio quotuplex, quæ prohibita, & quib. num. 2. & 4.
2 *Epilogus. ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 3 & 4.*
Adulatorib. fauere naturale eſt, eiſq; etiam inuiti fauemus.
Adulari neſciens aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.
Humilitas nulla tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.
Recreationis gratia ſolatia honeſta cedunt in remedium.
5 *Pœna maioris, maior eſſe debet, vt hic.*

C A P V T I.

1 Epiſcopum. Hæc † capitula habẽtur pro paleis. 34. diſtinct. & hic. in 1. prohibitio. in 2. pœna ibi, Quòd ſi quis (Diaconum) idem de ſubdiacono, vt dicit gloſſ. (Venandum) dicit lex venatoribus immunitas ob hanc profeſſionem ſolam conceſſa, nullo iure probari poteſt, C. de excuſa. mu. venatoribus, libr. 10. (Sæpius) ſic ſup. de vi. & honeſt. cler. monaſteria (Duobus) ab omni officio, quod eſt infra (Suſpendantur) conſtituti in minoribus ex quo certa pœna non ſtatuitur, punientur arbitrariè, ſecundum Hoſtien. alleg. de Io. And. ſuper 5. Decre.

offic. de leg. de cauſis: ita tamen, ꝙ monitio præcedat
2 vindictam. 12. q. 2. indigne. ¶ †Gl. 2. arguit a contra-
rio, & illud concedit, ſi tria concurrant. demum diſtin
guit quadruplicem venationẽ, & quartam ſcilicet quæ
fit ad aues, vel beſtias, ſubdiuidit in clamoſam, & quie
3 tã. ¶ Vlt. gl. obijcit, & ſoluit. ¶ In † gl. vlt. ibi. §. atrox]
4 vide de calum. c. 1. ſuper gl. 2. ¶ In † gl. 1. ibi, an puta-
tis] & c. Eſau, & ibi no. quare magis prohibetur cleri-
cis venatio, quã piſcatio. ¶ In gl. 2. ibi, excepto epiſco-
po] dicit Hoſt. quòd hic innuitur contrarium remittit
autem ad ſummam. eod. tit. §. quæ, & quibus, verſicu.
itẽ cauſa vtilitatis, & præcedentibus [& ibi. §. his ita]
niſi fiat in bello iuſto, vt ibi, & ſupra de hære. excom-
municamus. §. ſi verò, & dixi de hoc ſupra de iureiur.
ſicut, & infra [& ibi, per verba] hanc faciunt hiſtriones
[& ibi, illicita] inducens interdum peccatum morta-
le, interdum veniale. quod dic vt no. 25. di. §. nũc au-
tem, in gloſ. pe. naturale tamen eſt adulatoribus faue-
re. Seneca. Velimus, nolimus, adulatoribus noſtris fa-
uemus. Ouidius de arte aman. Delectant etiam caſtas
præconia formæ. Hiero. ad Euſtachium de virginita-
te. B. Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris
libẽter fauemus. vide ibi plenius. & Valerius li. 8. c. fi.
alias pe. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcidine glo-
riæ non tangatur. dicit Hiero. ad Celantiam, ꝙ hodie
hoc vitium regnat in tantum, quòd adulari neſciens
aut inuidus, aut ſuperbus reputetur [Et ibi, qui venato
ribus] vbi de hoc [& ibi in arena] hoc laicis permitti-
tur. ſed ſi prouide recipiunt pecuniam, infames ſunt. ſi
cã virtutis probandæ id faciunt, non, vt ibi, ſaluis tor-
neamentis, quæ prohibẽtur, ſupra de torneam. c. 1. cle
ricis omnino interdicta, de cler. pug. in duel. c. 1. 2. He
ſtiẽ. [& ibi clamoſa] quæ fit cũ canibus, Abb. vel armis
[& ibi, laicis] de vi publica. l. 1. Inſti. de rerum diui.
§. feræ. ff. de acqui. re. do. l. naturalem, & l. Pomponius.
& hoc verum in diebus communibus, ſed in quadrage
ſimalibus, & præcipuarum feſtiuitatum, quibus conue
nire debent homines ad eccleſias, & orare, etiam lai-
cis eſt interdicta, vt in præ. c. qui venatoribus, & ca. an
putatis, de con. diſt. 3. in religioſum, & diſt. 5. Ieiunia
[& ibi, quieta] quæ fit pedes cum retibus. Abb. vel la-
queis [& ibi, neceſſitatis cauſa] ergo voluptatis, vel ni-
mis frequenter non licet, vt hic. & poteſt dici neceſſi-
tas, cum fit ad excitandum calorem naturalem, vel ap
petitum, de homi. dilectus, de iureiur. & ſi Chriſtus, ad
fi. de conſe. di. 5. ſint tibi [& ibi, recreationis] recreetur
virtus. vnde Valerius. 8. moralium. c. de ocio. Hominẽ
quippe rerum natura continui laboris patientem eſſe
non paritur. Sene. epiſto. 28. In remedium cedunt ho-
neſta ſolaria, etiã quicquid animũ erexerit: etiam cor-
pori prodeſt. vnde non erubuit Socrates deriſus ab Al
cibiade pro eo, ꝙ arundinem cruribus interponens
cum filiolis ludebat, vt dicit Valerius vbi ſupra. Idem
dicit Hoſt. cum fieret ad victum acquirendum [& ibi,
prohibetur] forte per hunc finem intendat recedere a
proximo dicto Tan. & antiquorum, qui dicebant etiã
ſacerdoti licere quietam, etiam cum canibus: tamen
5 cum modeſtia, & ex cauſa. ¶ In † gl. vlt. ibi, reputatur]
hæc ſolutio non eſt ſufficiens, ſecundum quam minori
tempore puniri deberet epiſcopus, quam presbyter, &
hic fit contrarium, vnde dixit Hoſt. quod plus punitur
maior, & hic veritate inſpecta, minor eſt pœna diaco-
ni, quia ſibi tempus non adijcitur. vnde poſt aliquos
dies cum eo poterit diſpenſari. non ſic in epiſcopo, &
presbytero, quibus tempus adijcitur ſecundum eum,
trigeſimaquarta diſtinct. vbi iſtud capitulum eſt pro
palea. ſic iacet litera, qđ ſi quis ta. per. in hac vo. ſe. de.
fu. tribus mẽſibus a cõmunione ſuſpẽdatur: diaconus
verò ab omni officio, & communione ſuſpendatur. Tu
dic, quod per hoc nõ ceſſat contrarium aliter, ſcilicet
quòd epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus a commu
nione: presbyter verò duobus ab omni officio, & dia-
2 conus ſimpliciter. & ſecundum hoc manet ſolutio ª gl.
Et vide quod dixi ſupra de ſta. re. ea quæ. ſuper tertia
gloſſ.

ADDITIO.

a ¶ Solutio. Et de materia gloſſ. vide Bar. in l. quod dicitur, ff. de
pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Venatores clerici quando eſſe poſſint.*
Ex venatione vbi eis reditus conſiſtat.
Venationis eſt duplex prohibitio, in fine.
2 *Additio gloſſarum.*
Serui Dei etiam laici dicuntur.
Homo cur factus.

CAPVT II.

1 Omnibus. [Vagationes] per hoc dixit † Ho-
ſtien. quod ſi reditus clericorum
etiam religioſorum cõſiſtunt in
venatione, puta cirogrillorum, vel cuniculorum, vt in
Prouincia, vel ferarum incluſarum, vt in Francia, & in
Anglia, licebit illis, maximè ſi familia deficiat, in pro-
prijs perſonis venationem ſuam capere, & vendere,
dummodò id faciant tempore competenti. id enim
non eſt vagari, ſed ſuæ neceſſitati, & vtilitati eccleſiæ
ſubuenire, ad quod clerici tenentur. ſeptima, quæſtio-
ne prima, præſentium, & capit. placuit, vt nemini, &
decimaſexta queſtione prima, qui verè, & capitulo vos
autem. ibi, & ſi qua opera &c. Et ibi, nec veſtrum otiũ
& c. ſed hodie ſecus in religioſis; quod dic vt in clemẽ.
de ſta. re. ne in agro, §. porro, & §. ſequen. [Falcones]
ſup. habere, vt ſupra capitulo proximo, ſecundũ Abb.
qui dicit, quod duplex eſt huius tituli prohibitio: vna
2 inhibendo, ſcilicet, alia intuendo. ¶ In † gl. 1. in fine]
alias etiam laici dicuntur ſerui Dei, vnde eccleſiaſti-
ci vltim. Deum time, & mandata eius obſerua. hoc eſt
enim omnis homo, ideſt ad hoc factus eſt omnis ho-
mo. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De clerico percuſſore loca canonum tractantia quæ.

De clerico percuſſore. Rub.

1 ¶ Ex † continuatione rubricæ proximę patet iſtius
rubricæ continuatio. & habetur materia, quadrageſi-
maquinta diſtinct. & facit, prima quæſtione ſeptima,
ſi quis omnem, in fi. & 86. diſt. §. ſimiliter, & c. ſeq. &
§. penult. & c. non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Clericum non eſſe percuſſorem decet, & maximè in ſacris*
conſtitutum, num. 1.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
Sententias non debet epiſcopus fulminare ſtatim.

CAP. I.

1 Si quis. [Sacro] Maximè quia nec † decet aliquẽ
eſſe clericũ percuſſorẽ. ſed maxime ca-
ueat conſtitutus in ſacris, maximè epi-
ſcopus, per concor. quas alleg. gloſſ. ſuper quo Hoſtiẽ.
hic remittit ad ſummam de tẽp. or. §. & cui, ſub §. de-
ci-

2 cima regula. ¶ Secunda † gl. arguit à contrario ſpecia
3 liter, & generaliter. ſecundo declarat textũ. ¶ In † gl.
1. in fi.]ibi, ſed neque proprijs manibus, licet epiſcopo
aliquem percutere, hoc enim extraneum eſt à ſacerdo
tio. ¶ In gl. 2. ibi. c. 1.]& vt ibi not. hæc iura probant,
quod non ſtatim debet epiſcopus ſententias fulmina-
re. Idem no. de iudę. ſicut, in vlt. gl. [& ibi, in vſu] vnde
ponebat Abb. exemplum de illo, qui ſtatim percutie-
bat illum, qui aliquid ſibi dicebat contra placitum [&
in fine]idem, ſi in duello percuſſiſſet, de clerico pugn.
in duell. c. 1. Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Fuſtigari ſi epiſcopus aliquem crudeliter facit, ſuſpenditur et à quo.*
Coniugem quatenus liceat caſtigare.
Sæuire in quenquam non licet, num. 3.
Reſpectus pro reuerenda conſideratione.
A pontificalibus ſuſpenſus intelligitur epiſcopus à miſſarum adminiſtratione ſuſpenſus, in fine.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Vulneratus non mortiferè ſi per negligentiam moriatur, de vulnerato eſt actio, non de occiſo.
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T II.

1 **Præterea.** Caſus. † Duobus menſibus à miſ-
ſarum adminiſtratione ſuſpendi-
tur epiſcopus, qui facit aliquem
crudeliter fuſtigari. primò ponit epiſcopi ſæuitiam. ſe
cunda ibi, quam licet, excuſat illum à morte. tertiò il-
lum punit ibi, Quia [Mulierem]forte coniugem, quam
clericus, moderate tamen, verberare, & ligatam cuſto
a dire poteſt. de hoc 33. quæſtio. 1. placuit 2.[a] vel aliam
forte in eccleſia delinquentem, de ſentent. excommu.
veniens: vel pediſequam, vel introductam, de qua 32.
diſtin. interdixit, ſed quęcunque fuerit mulier, tenetur
inſæuiens. Gloſſ. [Quam] ſcilicet mulierem [Exinde]
minimè &c. vt ſequitur [Defunctam]ſup. tamen ſecun
dum Hoſtien. [Reſpectum]ideſt reuerendam conſide-
rationem, Hoſtienſ. [Miſſarum] & ſic per conſequens
& à pôtificalibus, de exceſ. prælat. ex literis. ¶ Secunda
2 † glo. not. ex tempore prolixo, uel breui & c. arguit ſe-
3 cundò contra Ba. ¶ In † glo. 1. ibi, præceptoris]ſequi-
tur, nimia ſæuitia culpę aſſignatur. ¶ In glo. 2. in fine]
ſi ſeruus vulneratus non mortiferè per negligentiam
moritur, de vulnerato eſt actio, non de occiſo. ¶ In
4 † gloſſ. 1. in fine]remit. Hoſtien. de crim. fal. ad audiẽ-
tiam, de raptori. in archiepiſcopatu, de homicid. ad
audientiam. ¶ In gloſſ. 2. ibi, ſi qua fœmina]& ſupra
b de homicid. presbyterum [b] [& ibi, de cætero] dic ut
ibi.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Placuit. Quid de laico, an idem poſſit, vide per glo. 7. quæſt. 1. ſicut alterius.
b ¶ Presbyterum. Vide Barto. in l. ſi in rixa, ff. ad l. Cor. de ſica.

S V M M A R I V M.

1 *Presbyter qui in conflictu lapides proiecit, licet nullum percuſſerit, quo caſu, & quomodo puniatur, & cur, numero 5.*
Cap. hoc in promoto locum habet.
2 *Inter conflictum, & bellum quæ diſcrepantia.*
In his an pugnare liceat clerico, num. 3.
3 *Iniuriam ſocij in propria perſona non licet propulſare clerico.*
4 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 5.*
Infamiæ, & ſcandali cauſa punitur clericus.

C A P V T III.

1 **Pręſentium.** Caſus. Duobus † annis à miſ-
ſarum celebratione ſuſpendi
tur presbyter, qui in confli-
ctu, vbi aliqui mortui ſunt, lapides proiecit, licet nul-
lum percuſſerit. Et prima factum narrat. ſecunda ibi,
Quem nos, temporaliter punit. tertiò poſt tempus ad-
mittit, ibi, Man. [Lator]presbyter erat, vt patet infra,
2 per † quod collige iſtud c. loqui in promoto: ſequens
autem in promouendo, ſecundum Abb. [Conflictu]
Iaco. volens diſtinguere inter conflictum, & bellum
iuſtum, dicebat, quod in conflictu nullatenus ſe miſce
re debẽt, vt hic; ſecus de bello iuſto, & ſic ſoluitur con-
trarium, ſupra de homici. petitio. vel ſecundum eum,
ibi pugnauit defendendo rempublicam, quod licuit,
argumen. ff. de iuſti. & iur. vt vim, hic priuatam, quod
3 non licuit. & per hoc † videtur, quod non liceat cleri-
co iniuriam ſocij in propria perſona propulſare. & ſic
etiam ſoluatur contrarium de decre. dilecto, de ſen-
ten. excom. lib. 6. vt quod ibi dicitur poſſe iniuriam
ſocij propulſare, loquatur de layco, nõ de clerico, ſed
Hoſtien. dicit hoc falſum, inf. c. 1. & ſecundum eũ hic
ad cautelam tantum imponitur hæc pœna, vt dicam
in gl. fi. [Admittas]quod eſt de iure communi, cum
in nullo reperiatur culpabilis, ſecundũ Hoſt. ¶ Secun-
4 da † gl. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In glo. 2. ibi, duo
ſunt]vide hanc & ſe. de offi. dele. quoniã, in 3. gl. ¶ In
5 † glo. 2. ibi, contraria]facit, quod no. 51. di. ſi quis poſt
acceptum. ¶ In glo. vlt. ibi, euitent]hoc tenet Hoſtiẽ.
vel ſecũdum eum iſte infamatus erat, vel imminebat
ſcandalum, ſupra de homi. ex literis. Dicit autẽ quoſ-
dam dicere hunc ideo punitum, quia aliorum occidẽ-
tium fuit fautor, & adiutor, quod non placet.

S V M M A R I V M.

1 *Auxilium præſtaſſe præſumitur occiſoribus is, qui cum eis erat armatus.*
Pręſentia rei illicitæ accipitur in malam partem.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

C A P V T IIII.

Continentia. Secundum varias lecturas
diuerſimodè ſumanda eſ-
ſet, vt infra patebit. Et cõ
munis diuiſio, ſecunda ibi, Conſultationi [Tres]de pręe-
donibus [Alijs]ſocijs acolyti, quia etiam reſiſtebant
[Ad mortem]cum effectu, vt ſequitur [Conſilio]tamẽ
1 hoc † ipſo, quod armatus fuit cum occiſoribus, dicen-
dum eſt aliquod auxilium præſtaſſe pugnando cum
alijs: ſed ſi non pugnaſſet. ſed à longè ſtetiſſet, cum in-
ſta eſſet pugna, non teneretur. vel dic, quod hic in nul-
2 lo caſu dicitur irregularitatem cõtraxiſſe. Inno.[a] [Fue-
runt]& ſic nullam irregularitatem incurrit, quia nec
homicidij reus fuit. Hoſt. [Conſultationi] iſtud facit
pro Hoſt. vt reſponſio ſit ius commune, & quod infra
dicit, Poterit, intelligatur de iuris potẽtia [Trãſiuiſſe]
maximè, ſecundũ Hoſ. [Exercere]ut ſubdiaconus, ſe-
cundum gl. & Ab. Hoſt. contradicens, quod etiam vt
presbyter, vt iſte finis aliquid addat, dicens etiã hoc
eſſe de iure communi. ¶ Vlt. glo. reſpon. per quæſtio-
2 nem rationis. ¶ In † gl. vlt. ibi, & non vltra]ſecundum
Ala. qui dicebat, quod quia c. proxi. plus, & hoc minus
fuit diſpenſatum, apparet diſpenſationes eſſe arbitra
rias [& ibi, diſpenſatione]Hoſtienſ. contra, dicens hoc
fieri de iure communi, vt dixi in textu.

ADDITIO.

1 ¶ Innoc. Vide Sali. in l. licet, C. de pact. qui allegat hoc dictum, & Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugiti.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli.*
De maledicis quæ alia loca iuris tradat.

De maledicis, Rubrica.

1 ¶ † Percuſſio alia fit manu, alia verò lingua, ex quo ſupra proximè tractauit, de 1. hic ſubijcit, de ſecũda Go. dicit Hiero. ſuper Eſai. lib. 6. quod male refrænabit libidinem, qui manum, vel linguam cohibere non valet. facit ad Acheruchiam, C. Et habetur materia 14. q. 3. §. illicita, cum tribus c. ſequen. facit 25. di. §. alias ea demum in fi. & 46. di. clericus maledicus. congruit, de reg. iur. cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Maledicens Papæ puniendus eſt. & maledicere quando quis ei dicatur, & cui alij non eſt maledicendum, num. 4.*
Iniuria maior videtur facta coram multis.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
Per principem iurans calore, periurat, non punitur, ſi quis ei maledixerit, quid iuris, nu. 4. §. 1.
Vindictam epiſcopus non exercet.
4 *Additio gloſſarum.*
Detrahere quis cui non debeat.
Subditi ſui iniuriam quis punire poſſit. §. 1.

CAPVT I.

1 Innotuit. Maledicens † papæ puniendus eſt, vt deinceps alij abſtineant, & terreãtur. Et primò ponit culpã, quam ſecundò puniri mãdat ibi, Ipſum. ſubdens cauſam ibi, vt pęna [Multis] hoc aggrauat, infra c. proxi. infra de exceſ. præla. quam ſit. C. de ſum. trini. l. 3. [Officij] dicebat forte papam multa facere, de quibus poteſtatẽ non habebat, vel priuilegia eccl. Romanæ minuerat, vel dedecorauerat eccleſiam, nõ erat dignus papatu: male diſpenſabat, ſecundum Innoc. quia gratias vẽde
2 bat, ſimoniacus erat ſecundum Hoſt. ¶ † Secunda gl. obijcit, & dupliciter ſoluit, reſpondens ad contraria.
3 ¶ In † gl. 2. ibi. l. 2.] qui calore per principem iurãs peierat, non punitur [& ibi, ſi qs in hoc]. ibi ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. vnde non expectet ſæcularis iudex, quod epiſcopus ſacrilegij vindictã expoſcat.
4 ¶ † In gl. 1. ibi, ſumma] nec doctoribus, vt in c. 1. ibi, præl. quod incipit, deteriores. nec religioſi in ſuis ſermonibus prælatis eccleſiarum detrahere debẽt: alias duobus menſibus pœnis ſubiacent, quæ pro grauibus culpis eis ſolent infligi, vt in clem. de priuil. religioſi. ¶ In gl. 2. ibi, imperator] decet principem talia nõ exquirere. Quintilianus lib. 6. de ora. inſtitutione. Princeps, qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multis ignoſcere. Sene. de clementia. Rex Ięſus animum habeat in poteſtate, & pęnam, ſi tutè poteſt, donet: alias illã tẽperet [& ibi, nil glorioſius] principe impune læſo [& ibi, Leuitate] qui dicit, quod ex leuitate facit, hoc probare debet. C. de iniuri. ſi non conuitij. Goff. & Innoc. [& ib, contemnendum] ſi intelligas, ideſt pro contemptu puniendum, & quod infra dicit remittendum, vt ibi no. Accur. ſcilicet ad principem, vt eum puniat, ſi ſibi videbitur; tunc non ob. [Et ibi, eccleſiam] quod patet ex fine ſm Ala. [& ibi, ſuperiorem] alle. legiſtę ad hoc, ff. de hęre. inſti. & hoc Tiberius, de legato. vide in Spe. de leg. §. 1. verſ. ſed nunqd [Et ibi q emendat] vbi de hoc, & infra de pęnis, Romana, lib. 6. (& in fi.) vbi de hoc vltimo. & de materia huius gl. 2. q. 7. ſi quis erga, & c. ſi quis ab ẽpo. & vide quod plene dixi poſt Inn. infra de verb. ſig. ſi ex parte l. Ia. de Aret. diſputauit hic, cuius quæſtionem ponit Cy. C. ne quis in ſua cauſa le. vna, & ipſe Iac. vtendo verbis noſtris, & Innoc. diſtinguit, an ſit iniuria notoria, vel non. & ſecundo caſu an reſpiciat dignitatem, vel perſonam. ſed hic addit, ꝙ licet vltimo caſu non poſſit punire malefactorem, tamẽ poterit in cuſtodia ponere, ſucceſſori, vel principi reſeruando cognitionem, & pœnam. ff. de off. præſi. ſenatus, & de adul. l. capite, & l. ſi adulteriũ. §. fi. ſed, vt ibi refert Cy. Pe. de Bel. dicit, ꝙ licet iudex iniuriam ſuã, quæ dignitatẽ, vel rempublicam reſpicit, punire poſſit. C. de offic. eius, qui vi. alter. iudi. ob. l. 1. & 2. non tamẽ ipſe ſolus poterit ius dicere. vnde, ſi delegatus fuerit, recuſabitur: ſi ordinarius, peti poterit alius ad iungi. C. de iudi. apertiſſimi, auct. ibi poſita: quia cum ſecundariò contingat perſonam eius, meritò dici poteſt ſuſpectus, quod Cy. dicit æquum. ¶ In gl. vlt. ibi, ad liberandam] vide quod ibi dixi in fi.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemans Deum, vel aliquem ſanctorum punitur, & quando num. 2. & 3.*
Pænitere publicè non debet clericus.
Virginẽ offendendo quidam magis credit peccare, quã Deũ.
2 *Publicè blaſphemare quis dicatur.*
3 *Calor iracundiæ, & ebrietas excuſant.*
Caſus epiſcopo reſeruatus quis hic in cauſa blaſphemię poteſt alij ab epiſcopo etiam non epiſcopo committi.
Pœna pro pœnitentia ſpirituali.
Pęna duplex irrogatur ſpiritualis & tẽporalis. fit eius commutatio de pecunia in cruciatum in paupere, num. 4. & 5. & 6. vbi & pecuniaria arbitraria dicitur iuxta facultates.
Pęnam pecuniariam in dubio quis habebit, num. 6.
4 *Dies qui apti ad refectionem impoſitam pauperum adimplendam.*
5 *Sepultura quibus priuetur caſibus.*
Coactio ſimpliciter adiecta intelligitur per excommunicationem.
6 *Pęnitentia publica indicta ex cauſa commutatur in eleemoſynas, in fine.*
7 *Canones inter ſtatuta communitatum poni iubentur, & ratio, & ad id compelluntur per epiſcopum.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum. n. 9. 10.*
Moneta ſi plures ſunt in vſu dabitur minor, niſi alia ſit vſitatior.

CAPVT II.

1 Statuimus Hic ponitur † pœna blaſphemãtis Deum, vel aliquem ſanctorũ. Et primo ponit caſum eccleſiaſtici iudicis; ſecundò, pœnam ſæcularis ibi, per temporalem [Si quis] laicus. ſecũdum Hoſtien. clericus enim non debet publicè pœnitere, ſed alias ad arbitrium epiſcopi puniatur. ad hoc, ſupra de biga. cap. 1. & infra cod. cap. ver. per temporalem [Maximè] refert hic Hoſtien. de quibuſdam ſic deuotis virginis, qui magis credunt peccare ipſam Virginem offendendo, quã Deum, de quo etiam dixerat, ſupra de celebr. miſſar.
2 ca. 2. [Publicè] hoc intellige † ſiue fiat in platea, ſiue in camera, multis audientibus, & epiſcopo referentibus, ad hoc ſupra c. prox. ſupra de exceſ. præ. inter dilectos & c. quam ſit graue. ff. de ver. ſi. palam: dum tamen id confiteatur, vel ſi negauerit, conuincatur, ſupra de accuſa. ſi conſtiterit, ſecus enim, ſi non conuincatur, licet corã pluribus dixerit, puta quia illi tales ſunt, per quos conuinci non poteſt, puta furioſi, vel pupilli ſecundum Hoſtiẽ. vel ſecundum eum dicitur publicus

quan-

Digitized by Google

quando eſt vulgatiſſimus, & ex hoc peccato multos
ſcandalizat. 26.q.6.cap.fi. vt quia frequẽter hoc com-
mittit, vel eſt notorius iuris, vel facti, de quo ſupra de
3 cohab.cleri.veſtra [Præſumpſerit] non † ex calore ira-
cundiæ, vel ebrietate, ſecundum Abb. [Per epiſcopũ]
eſt ergo de pœnitantialibus caſibus epiſcopo reſerua-
tis. de his, infra de pę.& re. ſi epiſcopus, lib.6. quod eſt
verum de publico ſecundum Hoſt. occultum aũt preſ-
byter abſoluere poteſt ſecundum eum [Suum] ſuus ve-
rò epiſcopus poſſet hoc committere etiam non epiſco
po, vt præ.dec. Si epiſcopo. ad hoc 26.quęſt.6.capit.fi.
[Pœnæ] id eſt pœnitentiæ ſpirituali. ſed etiam pœna
temporalis, quæ ſequitur. quam etiam dicit Vincẽ.&
Goſt. infligendam, cum ordinariè inſtituitur accuſa-
tio contra eum [Manifeſto] facit infra de pęn.& remi.
ca.1.& ca.quæſitum [Vltimo] præcedentibus ergo die
bus ad hanc ſolennitatem, non tenetur blaſphemus
[Non habeat] in maioris humilitatis, & contritionis
4 ſignum. 50.di. pęnitentes [Dierum] dominicorum † nõ
ſextanim feriarum, ſecũdum Hoſt. cum in dominicis
melius refici poſſint, & aptiores ſint dies ad reficien-
dum, cum nec tunc ſit ieiunandum, de con.diſt.3. ne
quis, & c. ieiunia [Nec ad hoc] ſcilicet ad vnum reficiẽ
dum [Commutetur] cruciabitur, vel alias punietur 14.
q.6.c.1. (Interdicatur) no. ꝙ eſt canon ferendæ ſenten
5 tię & non latę. Hoſt. [Sepultura] no. caſum † quo quis
priuatur ſepultura. Alij no. ſupra de ſepul. ex parte. Si
autem iſte in extremis vult pęnitere, dicit Vincen. ꝙ ſi
per epiſcopum lata eſt ſententia hæc contra eum, non
ſepelietur: alias ſic. Abb. [Coactione] excõmunicatio-
nis ſcilicet (Si neceſſe) vt quia blaſphemus non vult ſol
uere, nec poteſtas pœnam leuare (Quinque ſolidorũ)
non minus, vt ſequitur. inter 40. ergo & 5. conſideratis
facultatibus arbitraria erit pęna, & ſic ſupra de deci-
mis. c.1. quid ſi nec 5. ſoli. poteſt ſoluere, id in pœnam
aliam commutetur, ſup. prox. reſpõ. ff. de in ius vo.l.ſi.
ſecundum Vinc. Goſt.& Hoſt. vel ſecundum Abb. quæ-
rat illos oſtiatim, vel tantum ſeruiat iudici, ꝙ quanti-
6 tati ſatisfaciat, vt no. de Iudæ. c.1. Sed quis † habebit
hanc pecuniariam pœnam? quidam dicunt, ꝙ ſecula-
ris iudex a clerico, & laico per id, quod ſequitur, inter
alia communitatum ſtatuta. Alij econtra, quod iudex
eccleſiaſticus ab vtroque, cum ſit crimen eccleſiaſti-
cum. Dicit Goſt.& Abba. quod iudex laicus habebit
a pœnam [a] laici. Eccleſiaſticus pœnam clerici (In hoc)
ſcilicet in pęna 5. ſoli. & in pęna ſpirituali, de qua prę
miſit, & eſt ſpeciale ſecundum Phi. in odium criminis,
quod imponitur duplex pœna, ſpiritualis, & tempora-
lis. concor. 16.q.1. ſtatuimus. Regulariter contra, de
iudi. at ſi clerici. dicit tamẽ Hoſtien. quòd in hac poſ-
ſet haberi miſericordia, ex magna cauſa, vt ſi honora-
bilis ſit perſona, quam non deceat publicè pœnitere,
& vult illam redimere magnis eleemoſynis; ad hoc de
ſenten. excom. mulieris. & Daniel. 4. B. conſilium meũ
placeat tibi; peccata tua eleemoſynis redime (Statu-
7 ta) ne poſſit allegari ignorãtia, & † vt includatur in iu-
ramento poteſtatis, de iureiuran. venientes, & cap.
2. libr. 6. ſi communitas non vult ponere, compelle-
tur per epiſcopum, ſupra proxi. ſecundum Hoſtienſ.
qui etiam pro commento huius dec. remittit ad ſum.
8 eod. tit. §. fin. ¶ † Gloſſ. 1. aggrauat blaſphemiam per
textum can.& per rationem, ſubdens pœnam legis, &
9 canonis. ¶ † In gloſſ. vlt. ibi. §. ſi numerus] hanc l.& ſe-
quen. vide de cenſi. ex parte, ſuper 3. gloſſ. (& in fi.) vi-
10 de de verb. ſign. propterea, in gloſ. 2. ¶ † In gl. argum.
quòd, in fi.) 23. quæſtio. 5. prodeſt. ¶ In gl. vlt. ibi, nu-
mis) per hanc l. dicit hic Goffred.& gloſ. de iniur. cap.
olim, in gl. fi. quod ſi plures ſunt vſuales monetæ, dabi
tur minor. Hoſt. dicit, quòd ſi altera eſt vſitatior, illa
dabitur.

ADDITIO.

a ¶ Pęnam. Vide Io. And. in ca. irrefragabili, & c. dilectus, ſupra de offic. or.& in Spec. de dolo, & contu. §. 2. circa princ.& Bart. in l. agraria, ff. de ter. mo.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De clerico excommunicato, interdicto, vel depoſito miniſtrã-te, quibus in locis alijs canonicis quam hic ſit ſcriptum.*

4 [Probatione] cum † igitur ſimoniaci, & notorij fornicatores ſuſpenſi ſint ab officio, etiam quo ad alios, & propter crimen, licet a canone. 32. diſtin. §. verum, reſtat ſecundum Hoſtienſ. quod ſi celebrant, incurrunt irregularitatem, & etiam poſt pœnitentiam non debent celebrare, donec cum illis per ſe. apo. diſpenſetur. ſupra. de bigamis. c. quia circa, & de hoc ſupra de ſimo. tanta. Alij dicunt contra, ſecundum Innocen. quod ſcilicet fornicator notorius principaliter ſuſpenſus eſt a Deo, licet per canones aliquid ſit additum in odium criminis quo ad ipſorum euitationem. ſupra de cohabi. cleric. veſtra, cum ſimilibus, & dicunt, quod quam cito pœnitet, eſt audiendum ipſius officium, nec ob. de cleri. coniu. ſane, quod intelligit de occulto, vel vt ibi dixi. Suſpenſi vero quo ad Deum tantum propter peccatum, & ſi peccent celebrando, non fiunt irregulares, niſi ſecundum Hoſtien. in his caſibus, quibus executio poſt pœnitentiam impeditur, qui nota. de renunc. niſi. §. propter conſcientiam. illi vero, quos canon ſuſpendit non propter crimen, ſed propter defectum, vt illegitimi, & corpore vitiati, non incurrunt irregularitatem celebrando, quod patet per ſtilum curiæ, quia quando ſuper defectu diſpenſat cum talibus, de irregularitate mentionem non facit. 56. diſt. apoſtolica, & c. Cenomacenſem. ſupra de fili. presby. veniens, & cap. peruenit, & quaſi per totum. Idem in ſuſpenſis a canone propter infamiam, ſicut hi, quorum crimina ſunt notoria, qui propter ſcandalum, & per infamiam etiam poſt pœnitentiam prohibentur celebrare, de cohabita. cle. c. fin. ſecundum Innoc. & melius ſecundum Hoſt. facit de homic. ex literis. iſti enim non incurrunt irregularitatem, ſicut nec ſuſpenſi a confeſſoribus, de qua ſuſpenſione 26. quæſ. 5. & 6. per totum. non enim debemus quem iudicare irregularem, niſi vbi ius exprimit ſecundum, Innocen. & Hoſtien. & eſt expreſſum inf. de ſen. ex. is qui. in ti. li. 6. hanc autem gl. & ipſius materiam vide in Spe. de leg. in tract. diſpenſationis. §. iuxta propoſitiones. ver. item no. ꝙ ſuſpenſus, cum ſequentibus. [Grauiter.] i. enormiter. ſecundum Goff. ſecundum quem nedum excommunicatio, ſed etiam ea quæ ſunt digna excommunicatione, ſeparant a ſacramentis, de conſ. diſtin. 2. ſi non ſunt, ſed communicare excommunicato dignum eſt excommunicatione. ſ. eo. c. 11. Idem Abb. ea ratione, quia venialia dicuntur leuia. 25. di. §. criminis. rationem Goſ. reprobat hic Pe. quia non verum, ꝙ propter cōionem excommunicetur maiori, ſed propter contumaciam, quia ſcilicet monitus non deſiſtit [nullum] ratio patet j. de ſen. ex. is qui. in ſi. 1. tit. li. 6. & eſt hoc ꝯ Pe. qui dicebat eum minorem irregularitatem incurrere propter peccatum. fatetur tamen, quod illa irregularitas per pœnitētiam aboletur. [Notam] idē verbū ſ. de fortil. c. fi. [Irregularitatis] de iſtius verbi diffinitione remiſi ad Spe. ſ. c. 11. [Incurrit] ſ. de homic. petitio not. [nec eligere] per hoc infert Innocen. & Hoſtien. quod non ſint ſuſpenſi a iure, vt ceſſent contraria, quæ ſignat G. de hoc dixi ſ. [Iuriſdictionis] vnde ēt abſoluit aliū excommunicatum minori. j. de ſen. excom. duobus, licet quidam contra. Vinc. [Sibi competunt] not. ſecundum eos qui dicunt communicare excommunicato eſſe mortale, quod conſtitutus in mortali retinet, & exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis. de hoc 3. q. 7. per totum, maxime in §. ex his, ſecundum Abb. Quærebat autem Vinc. hoc quare crimenoſus toleratus non repellitur a iudicio, ſed repellitur a teſtimonio, & dicebat, quod eſt ratio, quia indignitas, peccatum, mendacium, & transgreſſio ſunt contraria veritati, nec præſumitur verum dicere, qui peccat in Deum, ſecunda quæſtione ſeptima. non poteſt, vel verius, quia

maius

maius periculum eſt in teſte, cuius grauamen non rele
uatur per appellationẽ, ſicut grauamẽ iudicis. ff. apud
eum, a quo appell. l. 1. remiſſiones de hoc dedi, ſupra
5 de teſtibus. teſtimonium. [Irritanda.] inımo † irrita
nuncianda, ex quo perſona indigna ſecundum Hoſti.
dicit Innoc. quod quidam dicunt irritandam, niſi pœ-
nituerit ſaltem tempore, quo petitur caſſatio, vel me-
lius ante electionem, quia ſi poſt, præſumitur pœniten
tia ficta, ſupra de electionibus, dudum, ſecũdo ſibi pla
cet, quod licet pœnituerit, non poſſit eligi, niſi prius ab
ſoluatur. ỹ. de ſent. excom. nuper, propter ſententiam
iuris, quia priuatus eſt communione. abſolutio vero fit
ſine iuramento, vt in præce. dec. nuper. & ſufficit ſecun
dum Pet. quòd ſacerdos curatus illius intra, vel extra
eccleſiam dicat, Ego te abſoluo, vel reſtituo te ad ſa-
cramentorum perceptionem, vel do tibi licentiam, vt
poſſis audire diuina, & percipere ſacramenta, vel com
municare ſacramentis, ſecũdum Pet. in criminoſis no.
ſecundum Innoc. qui non a iure poſitiuo, ſed a Deo pri
uati ſunt ſacramentis, locum habeat, quòd acta pœni-
tentia poſſint eligi ſine alia abſolutione. & idem ſecũ-
dum quoſdam pœnitentia non acta, quo ad hoc, vt po
ſtea illa peracta licite teneãt dignitatem, quod negat
hic Pe. etiam ſi peccatum fuerit occultum, cum princi
pium fuerit vitioſum, eſt ergo neceſſaria diſpenſatio,
ſupra capitulo poſtulaſti. Putat autem epiſcopum di-
ſpenſare poſſe; alleg. de iudi. at ſi clerici. de ſententia
excommunicationis, nuper. infra de eo, qui furtiue or
dines re. cap. 1. vlt. dicit Innoc. plus ſibi placere iſtos a
iure non ſuſpenſos. dixit Inno. in addi. alios dicere, &
videtur melius, quod ſiue ſit bonus, ſiue malus, etiam
hæreticus, vel excommunicatus ab eccleſia toleratur
per electionem, & confirmationem, etiam ſi fiat a pec
catoribus, vel hereticis, vel excommunicatis toleratis
bene contrahitur inter hos matrimonium ſpirituale,
donec ſeparentur paleæ a granis, ad hoc de conſecra-
tio. diſt. 4. cum baptizat, iſte tamen nõ eſt ſponſus niſi
miniſterio. verus enim ſponſus, & vniuerſalis eccleſię,
& ſpecialium eccleſiarũ, & cuiuslibet animæ eſt ſolus
Chriſtus, vnde apoſtolus, deſpondi vos vni viro virgi-
nẽ exhibere Chriſto. 26. diſt. acutius. & in pſalmo, tan-
quam ſponſus procedens de thalamo ſuo. & in euan-
gelio, Qui ſponſam habet, amicus ſponſi eſt, &c. Item
iſte miniſterialis ſpõſus nõ generat filios, niſi in mini-
ſterio. vnde apoſtolus. Ego plantaui &c. de conſecrat.
diſt. 4. aliud. in fi. 1. quæſt. 1. ſi fuerit, & capitulo multi.
Item baptizat ſeruus &c. & non horreat columba mi-
niſterium malorum, de conſecratione diſtin. 4. baptiſ-
mus. 32. diſt. §. verum. nec eſt contra, quod no. de elect.
conſiderantes, & capitulo auditis, ſcilicet quod nul-
la eſt electio facta ſciẽter de indigno. illud enim eſt de
iure poſitiuo, vt ſcilicet tali electione non obſtante te-
neat electio facta per alios. dicit tamẽ Innoc. ꝙ tenet
de iure naturali, & ſi per ſuperiorem confirmetur, erit
verus prælatus in miniſterio & tenebunt, quæ fecerit
a in ſpiritualibus, vel temporalibus.[a] dicit tamen etiam
poſt talem confirmationem tenere electionem factam
per alios, qui non peccauerunt, & ad quos erat deuo-
luta poteſtas, vt dicam poſt eum, de exceſſibus præla-
torum, inter. Si tamen ſuperior confirmet hanc electio
nem, non vocato confirmato, cuius electio non tene-
bat, non valebit confirmatio, quæ licet ſine cauſæ co-
gnitione fieri poſſit, vbi nullus eſt contradictor, vel
poſſeſſor, vel confirmatus, vbi tamen aliquod iſtorum
interuenit, ſecus; de electionib. tranſmiſſam, & capitu
lo dudum, ſecundo. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fin.
Item forſan, ſi alius ſolummodo eſt electus, dic vt de
b electionibus, capitulo vltimo,[b] li. 6. ſalua citatione iu
ris, de qua, eodem titulo, cap. 1. Ratio autem diuerſi-
tatis, quare licet electoribus, quod cõfirmatori nõ li-
cet, eſt, quia primi cenſentur iure priuato, ſecundi pu-
blico, ſcilicet vice iudicis. facit quod dicam infra de
ſententia excommunicationis, ſi vere. in gl. hic patet,
in fi. [Peccat.] quia non recepit [grauiter.] putant Gl.
& Ab. & Petrus eum leuiter, & venialiter peccare pro-
pter rationem, quæ ſequitur. [Virtutis.] ideſt gratię, &
executionis. habebit ordinatus ab illo executionem ſe
6 cundum Inno. & Hoſt. Dicit † autem hic Abb. per hoc
ſoluit quæſtionem, an excommunicatus minori cele-
brare poſſit pro defunctis, ita, ꝙ eis proſit oblatio. &
mouet dubium, quia cum is, qui diſplicet &c. 3. quæſt.
7. iudicet. 49. diſt. §. primo, ſed verum eſt, quòd pro-
deſt, vt hic. & cõtrarium loquitur de intercedente pro
illo, qui diſplicet, ideſt qui damnatus eſt. (Collatio-
nem) cõtra, ex quo ſuſpenſus eſt a participatione, ergo
& a collatione, cum ſibi non liceat ſacra contingere,
81. diſt. eos. & capitulo miniſter, & capitulo oportet,
& maxime hoc in collatione ordinum, quę fieri nõ dẽt
ſine miſſa. 75. diſt. cap. primo, tertio, & quarto. Solu. di
cunt quidam, quòd licet peccet in eo, quod miſſam ce
lebrat, non peccat in eo, quod ſacramentum confert.
Dicit Innoc. quod peccat conferendo ſacramenta, vt
hic prima quæſt. prima, omnia. 95. diſt. illud, exceptis
expreſſis a iure, vt eſt baptiſmus. de hoc infra titulo
primo, capitulo primo, ſed ſubditi non prohibentur il
la ab ipſo recipere, & ſic non prohibetur a collatione
quo ad ſubditos, ſed participando, & percipiendo ſe
commaculat. Hoſt. dicit, quòd conferens non partici-
pat, quia non confert principaliter ad ſuã, ſed ad alio-
rum vtilitatem. Qui vero ad ſui vtilitatem illa recipit,
proprie participat, ideſt partem capit. prohibetur er-
go a perceptione, quæ ſuam vtilitatem reſpicit, non a
colatione, quæ vtilitatem reſpicit aliorum, argumẽto
ff. de dolo. lege prima, de collu. cap. 1. de his quæ fiunt
a maiori parte capituli, quæſiuit. [Anathemate.] ideſt
maiori excommunicatione, vide quòd dixi de iudic.
cum non ab homine, ſuper verſic. anathematis. (Feriẽ
7 dus,) per ſcientiam. Inno. ¶ † Gl. tertia ſignat contra-
rium, ſoluit ex ſolutione, infert quæſtionem rationis,
cui reſpondet, cui reſponſioni opponit, & ſoluit. ¶ Gl.
ſed quid, quærit, & ſoluit, ſecundo quærit, & arguit.
¶ Penultima gloſſ. ponit tres lecturas illius verſiculi,
8 dummodo. ¶ In gl. † hæc eſt. (ibi, qui teſtamentum.)
ſi teſtator ei, qui vltra certã quantitatem capere nõ po
terat, licitam quantitatem legat, & vltra, dicẽs ſe ma-
iorem ſummam ſibi debere, illam reddi iubet, præſu-
metur dictum in fraudem, nec debebitur, niſi probet
illam debitam. Idem in eo, qui rogauit palam, & taci-
te vel tacite tantum, vt in lege ſequenti. ¶ In gloſſa
9 † ſecunda. (ibi, maior) licet enim excõmunicatus ma-
iori, & minori ſint excluſi a celebrando: tamen cele-
brando non peccant æqualiter. & idem in ſuſpenſo, ex
communicato minori ſecundum Goffr. ¶ In gloſſa ter
tia. (ibi, mortali.) forte putat gl. Innoc. Hoſtien. ponẽ-
do hæc verba in ſuis primis gloſſ. communicantem
excommunicato peccare mortaliter. de hoc dixi, quod
metus cauſa, ſacris, in vltima quæſtione. ¶ In gloſſa
minor. (ibi, iuriſdictione.) idem videtur ſecundum
Hoſtien. ſi ſit ſuſpenſus ab officio tantum, vel benefi-
cio tantum, quando iuriſdictio ſpiritualis, vel tempo-
c ralis eſſet ſequela illius, a quo[c] ſuſpenſus eſt. dicebat
hic Vincen. quot ſunt res, vel cauſæ, tot poſſunt eſſe ſu-
ſpenſiones, vt ab ingreſſu eccleſiæ, ab officio, a iuriſdi
ctione, a beneficio, & ſimilibus. vide ſatis de hoc in
clementina de pœnis, cupientes, in gloſſ. nota. nouam.
¶ In gloſſa, ſed quid. (ibi, non credo.) idem Hoſtiẽ. &
10 Abb. ¶ In glo. hæc eſt. (ibi, non poteſt.) vnde nec † ad
dignitatem, nec ad ſimplicem clericatũ eligi poterit
ſecundum Innocen. Sit ergo cautus eligendus, vt pri-
mo confiteatur, & abſolutionem obtineat ſecundum

Petrum, dicit tamen quòd cum promoto ante abſolutionem diſpenſabit epiſcopus, ex quo eſt occultum, immo nec propter occultum poſſet & eum remouere, de temporibus ordinandis, ex tenore, & capitulo fina, ¶ In gloſſa penultima. [ibi, quidam] Innocen, ſcilicet poſt cuius apparatum fuit hæc gloſſa. [Et ibi, ſuſpendendo.] iſtud tamen non liceret hodie inferioribus a papa, niſi ſeruata forma decret. de ſententia excommunicationis, & capitulo conſtitutionem. lib. 6. vt eodem lib. & eodem tit. ſtatutum.

ADDITIONES.

a ¶ Temporalibus. Vide Ioannem Andr. in capitulo, quod ſicut de ele. poſt gloſſ.

b ¶ Capitulo vltimo. Vbi vide plenius Ioannem Andr. & eodē titulo, auaritiæ.

c ¶ Quo. Vide de hoc plenius in capitulo cum dilectus de conſuetu. per gl. Ioan. And.

¶ De non ordinato miniſtrante. Rubrica.

¶ Viſo de ordinatis, qui poſt interdictum celebrant, videndum eſt de non ordinatis, qui celebrant, vel officium ordinis, quem non habent, exercent.

SVMMARIVM.

1 *Non ordinatus miniſtrans quo caſu pœnæ ſubiaceat huius decretalis.*

2 *Falſi tenetur qui ſe ingerit pro ea perſona, quam non habet, & quo caſu.*

Inſignijs alienis vtens leg. Cornel. de falſis tenetur.

De eccleſia abijci quis qualiter intelligatur.

3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 Si quis. Clericus. Hoſt. † [Ordinatus.] vt ſi acolytus vſurpet officium ſubdiaconi, ſubdiaconus diaconi, & ſic de ſingulis, non tamen habet hoc locum, quando acolytus vel alius nou in ſolenni apparatu dicit epiſtolam, ſicut fit tota die ſecundum Hoſtien. & de hoc ſupra de vita, & honeſtate clericorum, vt quiſque. [Temeritatem.] quinimmo

2 & falſitatem nam ſi quis † ſe ingerit pro milite, cum non ſit, & vtitur illius inſignijs, tenetur lege Cornelia, de falſis, & eſt pro commiſſi qualitate grauiſſime puniendus, ff. ad legem Corneliam de falſis. l. eos qui. §. fina. ſecundum quem non excuſat conſuetudo contraria, ſupra de cōſuetudine, quanto. [Abijciatur.] per excommunicationem, niſi ſe correxerit, vel per beneficij priuationem, ſeu depoſitionem, argumen. ſupra, titulo primo, capitulo tertio, & capitulo illud, in fine, & capitulo fraternitati, niſi papa diſpenſet, quod dic,

3 vt infra capitulo primo, ſecundum Hoſtien. ¶ In † gl. prima. [ibi, licitum.] ita, ꝙ ex eo meretur, non demeretur ſecundum Tan.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus miſſam celebrans quid pœna patiatur.*

In nō ordinati miniſtrantis diſpenſatione qua clauſula ex ſtylo curiæ ponatur, cum eo quis diſpenſet, num. 6.

Pœnitentiæ pars peracta ſufficit ad conſecutionem eius, qđ peracta pœnitentia conceditur, vel concedi mandatur.

2 *Ad curam diligentem medicus ſpiritualis tenetur, & carnalis.*

3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*

Furem quis nouit tenetur indicare, ſi celat, tenetur.

5 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 Ex literis. Caſus. † Diaconus miſsā celebrās ad ſacerdotium non promouetur, ad tempus a diaconatu ſuſpenditur, ſed in beneficio cum eo poterit diſpenſari. Communis diuiſ. ſecunda ibi, Conſultationis. [Triennio.] habet communis ſtylus curiæ hāc clauſulam, cum eo ad tempus iuxta arbitrium tuum ſuſpenſo diſpenſes. per quod dicit Hoſtien. quòd plus, vel minus temporis poterit epiſcopus arbitrari, quo tempore lapſo, & acta pœnitentia, vel ipſius parte, diſpenſabit, de temporibus ordinan. ex tenore, infra titulo ſecundo, capitulo fina. [Suſpenſus] ſic ſupra titulo primo, latores. (Beneficio) quod obtinet, vt innuunt ſequentia, vt dicit Hoſtien.

2 (Curam.) no. Hoſtien. quòd † medicus ſpiritualis tenetur ad curam, & ad diligentem, nec mirum, quia tenetur etiam carnalis, de homic. tua nos. de ætate & qualitate, ad aures. (Regularem,) infra titulo ſecundo, per totum. ¶ Secunda gl. reſpon. per quæſtionem, an conf

3 ceret. ¶ Penultima gl. quærit, & ſoluit. ¶ In † glo. tertia. (in fine.) qui furem nouit, iudicet vel non, non te-

4 netur, ſed ſi celat tenetur. ¶ In † gl. ſecunda. (ibi, quod autem.) & de conſecratio. diſtinctio. prima, capitulo primo, ad finem. Lau. & quid dixit hic Goffr. ibi, vide ſuper 1. gloſ. ¶ In gl. fine. ibi, diſpenſatione.) papali, vt dicam in gl. penul. ¶ In gloſ. ſic. 50. diſtinctio. (in fine.) T. ſupra de cler. pugnan. in duello, Henricus. per quæ iura dixit hic Innocen. quod quaſi ſemper in beneficijs diſpenſare licet epiſcopis. ¶ In gloſſ. penultima.

5 (ibi, non † credo.) idem Hoſtien. & Goffre. in Spec. de lega. §. nunc de epiſcoporum, verſic. 18. quia ſi cum ordinato, qui ſuſpenſus celebrat, ipſe ſolus diſpenſat, ergo & cum non ordinato, qui magis peccare vr̄. & hoc in ſuſcipiendo, in ſuſcepto, & beneficio ſecus, vt hic. Innocen. in decre. dilectus, de temp. ordin. ſimpliciter dixit epiſcopum diſpenſare poſſe cum non ordinato miniſtrante per hæc capitula,

¶ De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*

De promoto per ſaltum quæ iura alia, quam hæc canonica loquantur.

1 ¶ † Miniſtrat interdum non ordinatus, interdum præpoſtere, vel per ſaltū ordinatus, ideo &c. habetur materia, 52. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinatur ignoranter per ſaltum de ſubdiacono presbyter, quid iuris, in princ. & in fine, cum eo quis diſpenſare poſſit, num. 6. & 7.*

Ordines quomodo conferendi ſi dubitet de alia priori eorum collatione, numero 3. quo tempore conferendi, num. 4. ſi ante 14. annum conferantur, an obligentur ad continentiam, numero 5.

Ordines minores an eſſent in eccleſia primitiua, nu. 7.

Confeſſionem propalare quando quis poſſit.

Credendum bonis viris.

Pœnitentia impoſita pars peracta conceditur.

2 *In baptiſmo conferendo, ſi hæſitetur, an quis ſit alias baptizatus, qua cautela vtendum.*

3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*

5 *Profeſſus ante 14. annum an ſit monachus.*

Digitized by Google

C A P V T I.

Duæ literæ. Caſus. † Qui ignoranter per ſaltum de ſubdiacono ſit presbyter poſt pęnitentiam in diaconū ordinatur, & demum ſecum poterit diſpenſari in ſacerdotio. Cōis diuiſ. 2. ibi in andamus. [Fecit.] ignorāter. [Secreto.] vt iudici, non vt confeſſori, ne ſit cōtra. de pęn. & re. omnis. niſi forſan ipſe procurator ſe publicaret, & confeſſorem in teſtem induceret, de ſimonia. nemo. de adulterijs. ſignificaſti. ſecundum Hoſt. [Boni viri.] talibus credēdum eſt, ſupra de procuratorib. in noſtra. Hoſt. [Conuerſatus.] ſic ſupra de electionib. poſtquam. [Inferiores.] ſacerdotio, alias parū iuuaret excuſatio, ſi poſtea in prouecta ętate ſuſcepiſſet ſubdia
2 conatum. [Peracta] vel eius parte [Procures] poterit † epſ ratione dubij præmittere illa verba, ſi non es ordinatus &c. & gerere in animo, & in hoc inſtruere ordinandum, quòd ſi ille fuit aſt ordinatus per orationes, vel vnctiones nil dare, vel recipere intendant. & eſt ſimilis cautela de baptiſmo. capitulo ſecūdo. ſecundum
3 Hoſt. ¶ Gl. † ſecunda ponit differentiam matrimonij carnalis ad ordinem. ſecundo quærit an impubes ordinatus &c. argumen. quod non. ſoluit contrarium vacilando. ¶ Vltima gl. quærit, ponit opinio. Hug. demū opinio. Vin. quam approbat. ſecundo quærit, & ſoluit.
4 ¶ † In gl. prima, in fi.] qualis illius, qui proprium nomen ignorat. C. de hęredi. inſtituen. l. fi. Goffr. ¶ In gl. ſecunda ibi, non debeant.] niſi in ætate hodie terminata per conſtitut. clemen. de æta & qualita. generalē. [Et ibi, carnali.] ſup. quòd a tali contractum nullū eſt, niſi &c. [Et ibi matrimonium.] de hoc ſatis dixi ſupra de ſponſa. tuæ. [Et ibi, annexum.] de hoc de cler. côiu-
5 ga. cum olim. [Et ibi ante † 14. annum.] hoc tenet hic Innoc. ſupra de temp. ord. vel non eſt compos. vbi tenebat, quod ſatis eſt ordinatum infra pubertatem, contradicere ante pubertatē, & perſeuerare vſque ad finē pubertatis in contradictionem, vel contradicere ſtatim in fine 14. anni, & illud ſtatim, intelligit ibi Hoſ. de triduo per decre. ad noſtram. de regulari. Inducebat autem Innoc. rationem, quia cum expreſſe per votum continentiæ ſe non poſſit aſtringere ante pubertatem. 20. quæſt. 1. cap. 1. multominus tacite per ſuſceptionem ordinis, nec putat, quod finita pubertate ſit neceſſe illum interrogari, ſicut dicitur de ingreſſo, & no. de regularib. cap. primo. Diuerſitatis ratio, quia ordinatus, quamuis minor, habet characterem. de facili ergo tacite inducitur votum ordini annexum. Sed profeſſus ante 14. annum non eſt monachus, & ideo requiritur expreſſus conſenſus, vel ratificatio æquipollens, ſed Hoſt. non placet ibi hæc diuerſitas, cum vtrunque & expreſſe & tacite ratificetur, vt patet de reg. cap. 1. lib. 6. [Et in fi.] adde, quod ibi dixi. & de hoc 1. quæſt.
6 1. pueri. ¶ In gloſſ. vlt. ibi, Poteſt.] quando hoc † facit ignoranter. Secus ſi doloſe, & ſcienter, quia tunc ſecundum Hoſtien. non diſpenſaret niſi papa, nam & mentem capituli ſupra proximi, & infra proximi oſtendit ſecundum eum, cum ſit idem non eſſe ordinatum, & eſſe nō debito modo. ad hoc ſupra de translatio. inter corporalia. [Et ibi habuerit.] erat tamen baptizatus, al. tene quod habes de presbytero non baptizato, capitulo primo & vlt. [Et ibi, ſicut.] vbi de hoc, & 52. diſtinctio. ſollicitudo. Et ibi, vnum] tex. ita iacet, vnum faciunt presbyterū. & electio, & confirmatio vnum faciunt epiſcopum. [Et ibi Vinc.] Petrus Hiſ. & Goff. [Et ibi, & ſi nullum.] Inno. hoc ſic probat, ſupra de presby.
7 non bapt. capit. 1. Tempore † apoſtolorum in primitiua eccleſia non erant minores ordines, eccleſia enim ipſos primo conſtituit. 22. diſt. §. primo, & tamen ipſi apoſtoli fuerunt ſacerdotes, eadem diſtinct. in nouo. & licet id teneat, dicit tamen reſponderi poſſe eccleſiam conſtituiſſe minores ordines ante, quàm aliquis apoſtolus ordinaretur, quod etiam illa litera ſonare videtur. [Et ibi, ſacerdos] Bar. Bri. contra. 52. diſt. ſollicitudo, nec contradicit dec. ex literis, quia non loquitur de ordine, ſed de executione, & hoc placet.

¶ De eo, qui furtiue ordines ſuſcepit. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De ordines furtiue ſuſcipientibus tractetur alibi, quam hic.

1 ¶ Ordinatur quis quandoque per ſaltum, & hoc vidimus, quandoque furtiue. & de hoc ſubijcijt. facit ad materiam 63. diſt. Salonitanæ. & nona quæſt. ſecunda. Lugdunen.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinem ſi quis furtiue recepit, quid iuris.*
Cum eo quis diſpenſare poſſit, & nu. 2. in fi. & 4.
2 *Ad fidem quis non cogitur.*
Ad religionem pari modo.
Volūtatis quę ſunt a principio, ex poſt facto ſunt neceſſitatis.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*

C A P V T I.

1 Veniens Caſus. † Qui furtiue recepit ordinē, ſi contra hoc facientes excommunicatio lata erat, ſine diſpēſatione papæ in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere non poterit, ſed ſi excommunicatio lata nō erat, epiſcopus, & abbas poterunt diſpenſare. hoc dicit rubrica. & huius decret. pars prima narrat factum. In ſecunda ibi, vnde ponitur reſpōſio diſtinguens, & ſubdiſtinguens ſecundum membrum diſtinctionis ibi, ſi vero. cuius ſecundi ſubdiſtinctio ibi, alioquin. [Suſcepiſſe.] nunc volebat promoueri in presbyterū, quærebatur, an hoc fieri poſſet ſaltē ex diſpenſatione epi. [Ab aliquo.] forte plures erant in eccleſia. de hoc ſupra de officio deleg. quoniam. [Sacerdotale.] de quo quære-
2 batur. vt dixi ſupr. [Moneas.] ſicut † enim quis ad fidē non cogitur, 45. diſt. qui ſincera, ſic nec ad religionē, vel ad ſacros. Hæc enim res non eſt præcepti, ſed voti.
a 32. quæſtione prima, integras. [a] hæc autem omnia, ex quo ſuſcepta ſunt, ſeruanda ſunt. 23. quæſt. 5. ad fidē. ſupra de regula. capit. fin. de cler. coniuga. capit. 1. & 2. ſic in arbitrijs, & in contractibus. ff. de arbitris. l. 3. §. 1. C. de act. & obligatio. ſicut. ſecundum Hoſt. [Conuerſatus] ſup. Hoſtien. & pœnitentiam ſibi impoſitam peregit, vel partem ipſius. puto, quòd textus caute hoc omiſerit per id, quod habes, de pœn. diſtinctio. prima. §. his auctoritatibus. & ſupra, de voto ſcripturę. vbi de hoc. Pro Hoſtien. tamen facit, infra capitulo fin. [Promoueri.] quaſi innuat ſecundum Hoſtien. quòd in ſuſceptis poſſet epiſcopus diſpenſare. idem Abb. quod puto verum de alijs prioribus, nō de furtiue ſuſcepto.
3 ¶ † Glo. 3. arguit, & id approbat, & remittit, & ponit lect. in vno. ¶ Gl. quarta arguit & reprobat. ¶ Vltima
4 gl. exponit, arguit, & remittit. ¶ In † gl. tertia. [ibi, lata fuit.] dicit Hoſt. quòd cum furtiue ordinato, etiam ſi excommunicatio lata non fuerit, Rom. eccl. de facili non diſpenſat niſi religionem ingrediatur. ¶ In glo. vlt. [ibi, ſequitur.] Idem Hoſt.

A D D I T I O.

a ¶ Integritas. Imo propter delictū videtur religionis ingreſſum qs cogi. vide de cōuer. cōiu. gaudemus. in gl. 24. d. fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem furtim qualiter quis recipiat, & conferenti ignorãter non imputatur, alias puniendus.*
Cum furante ordines quis diſpenſet, nu. 4.
Ordines plures vna die recipere non licet.
3 *Diſpenſatio abbatibus, & minoribus epiſcopo prælatis eſt probibita, an capitulo etiam, remiſ.*
Prælati minores epiſcopo tenentur referre grauiora.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

Cum H. Summaui ſup.cap. proximo.& pars prima narrat factum, ſecũda diſtinguendo reſpondet. ſecundum membrum ibi, ſi vero.[Ordinationis cauſa]vt ordinaretur a ſe.[Recipit.]ſimul cum illis, & eadem die. receptis
1 † enim minoribus furtiue immiſcuit ſe inter acolytos,
qui debebant ad ſubdiaconatum promoueri.& ſecundum hoc epiſcopo ignoranti non imputatur, alias, ſi ſciuiſſet, ipſe tanquam maior eſſe grauius puniendus, de tempori. ordi.dilectus, de translatio. capitulo ſe-
2 cundo, ad finem.[In hoc facto.]quod vna die † recipit
ſubdiaconatum cũ quatuor minoribus, minores enim tãtum, vel ſubdiaconatum tantum recipere licuiſſet. Quid ſi ſolum acolytatũ recepiſſet cũ ſubdiaconatu, ſecundum Hoſt. Eodem modo excederet, licet non intantum. Receptio enim plurium ordinum ſimul intelligitur prohibita, niſi ſit permiſſa, arg. hic, & infra capitulo proximo. ſupra de temp.ord.dilectus. ad hoc de transla.capit.2. ver. ſed neq;[Abb.]proprie, ſecundũ T.& Vinc. licet Ala. dixerit epiſcopum eſſe abbatem. ſupra de iudic.cauſam. vel habebat iſte abbas priuilegium ordinandi monachos ſuos, vel requiritur in diſpenſatione epiſcopi conſenſus abbatis ſecundũ eum,
3 & Goſtr. Dicit hic Innoc. & placet Hoſt. quod † abba-
tibus, & minoribus prælatis ab epiſcopis omni caſu diſpenſatio eſt prohibita, vbi nõ apparet manifeſte permiſſa, nam grauiora tenetur referre, de officio archi. capitulo primo, & capitulo ad hęc, de off. archipresby. cap.fin.ad hæc, infra tit.primo, accedentibus. & de iu-
a dic.at ſi clerici. [a] & idem dixi de poſtu.prælа.cap.vlt.
ad ſi-mag.gl. & per hoc ſit reſponſum ad omnia iura, quæ illos diſpenſare permittunt. & de hoc in Spe. titu. 2.§.ſunt quoque. in ſi.& §.videndum. verſ.quid ſi collatio, dicit Innoc. quoſdam dicere, quod capitulũ diſpenſat, arg. de præb. cum nõ ignores. de ſimo. ex inſinuatione. 16. q.1. eccleſia, vbi de hoc. ſed dicit ſe non videre, quõ illa capitula pro eis faciãt. ¶ In gl.prima.
4 † ibi, capitulo tertio.]& ibi de hoc.& ibi videas. dixe-
runt hic T.& Vinc. hoc maxime verum in diebus deputatis ad ordinationes, in alijs ſufficiat duos cõcedere per præ.decre. ¶ In gl.2.ibi, tenorem.]Innoc. in decr. dilectus. de temp.ord. ſimpliciter tenet, epiſcopum diſpenſare poſſe ſecundũ diſtinctionem decr.proxi. poſſet dici ſecundum Hoſt. ꝙ quantum ad minores etiam furtiue receptos diſpenſent epiſcopi. ad hoc, quod legitur, & notatur, ſupra de biga. capitulo ſecundo. In ſacris vero ita eſt interdicta, ꝙ nec papa diſpenſat de facili, ſecundum quod dixi ſupra cap.proximo. ſuper tertia gl.[Et ibi, excommunicatio.] T.& Vinc. ſic dicũt, vt ſcilicet ſi non fuit prohibitum ſub excommunicatione, ne quis furtiue ordinaretur, epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo in ſæculo remanente, alias non. & per hoc videtur innuere, quòd cum recipiente minores, & ſubdiaconatum eadem die poſſit epiſcopus diſpenſare, de recipiente duos ſacros eſt opinio, & vide in Spe. tit. ſecundo. §.nunc oſtendendum. verſic.52. & 53. & §.nunc de epiſcoporum. verſ. prohibentur.

ADDITIO.

a ¶ Clerici. Facit quod no. de off.or. quanto. per Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus a non ſuo epiſcopo eſt ſuſpenſus.*
Cum ordinato furtiue quis diſpenſet, num. 6.
2 *Pro ordinato rite quid ſi longo tempore babitus nũc dicatur ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel alias minus canonicè.*
Reputatio ꝙ quis ſit ordinatus quid operetur, & nu. 3.
Pro tali ſe gerere quid, ibid.
3 *Electionem factam eſſe a poteſtatem habentibus, quando electus debeat probare.*
Quod iudex quis non fuit, cui incumbat probatio.
4 *Solennitates an præſumantur.*
Excommunicatus ordinẽ an ſuſcipiat, matrimoniũ contrahit.
Ordines qui clam ſuſcipiunt ad tẽpus ſuſpendũtur, vide n. 5.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT III.

Innotuit. Summatum eſt ſupra, capit. 1. Cõis diuiſ.2.ibi, Conſultationi, quæ diſtinguit. & ſm ibi, Veruntamẽ. [Acceſſerunt.] forte de tua licentia ſecundum Hoſt. & ſic
1 ceſſet dictum Inn. qui † dicit hic probari ordinatum à
non ſuo epiſcopo eſſe ſuſpenſum, iſta.n. pęna hic imponitur propter excõicationem, contra quam recepit ordinem, vel quia ꝯ iura, & furtiue. de hoc autem vide quod dixi ſupra de temporib.ord. quod translationẽ.
2 Quid † ſi illi, qui longo tpe habitus eſt pro rite ordina
to, nunc obijcitur, ꝙ fuit ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel extra tempora, vel alias minus canonicè. Dicũt quidam, quod niſi aliud probetur, rite ordinatus præſumitur. ad hoc de presby. non bap. capit.ſi. in fine. & quod ibi dixi, & ſupra de præſump. cap.fin. de iudi. cũ deputati, de cle.peregri. inter quatuor. Hęc.n. ſunt probabilia argumenta, de quibus ibi loquitur. ſufficit pręterea, ꝙ ſic agit & contrahit, & ꝙ ab epiſcopo & vicinis talis eſt & fuit reputatus, ff. ad Maced. l.3. 1. reſponſo. ĩ. de ſent. excommunicatio. in præſentia. & de hoc dixi de accuſa. ſuper his. in gl. ad excipiendum, verſi. ſi autem. aliqui dicunt, ꝙ ſi epiſcopus proprius exinde referat quæſtionem, neceſſe habet ipſum certificare. ad hoc ſupra tit. primo, capitulo vno. & quod no. de re iudi. in prima regula, lib.6. alias interdicet ſibi executionẽ in poſterũ, licet quoad præteritũ poſſit ſub diſſimulatione tranſire, argumẽ. ſupra de conſe.eccl. vel alt. aqua. Dicit Hoſt. in facto recenti ſtandum ſecundæ opinioni. In antiquo vero ſtandũ eſt primæ, & hoc de ęquitate. & facit quod dixit ſ. de cler.ex.mi. propo
3 ſuit, ſuper vlt.gl. In † electione autem, vbi facta eſt per
eos, ad quos de iure cõi non pertinet, oportet electum probare poteſtatẽ datã fuiſſe electoribus, ſiue hoc apponatur ante confirmationẽ, ſiue poſt, ſupra de appellatio. conſtitutis, & capitulo conſtitutus. Idẽ eſt, qñ dicitur, ꝙ is, qui tulit ſententiam, iudex non fuit, ſecundum Innoc. Hoſt. in hoc vlt. remit. ad no. de off. deleg. cũ in iure, & ibi ſuper prima gl. poſt prin. poſui ad lite
a rã. quod hic no. Innoc. [a] de hoc. Item quod hic de † ſo-
4 lennitatibus. an præſumantur, poſui de re iudi. ſicut. ſu-
per 3. gloſ.[Sententia.]non dicit pœna, quaſi notet ſecundum Hoſtien. quod erat contrafaciens ipſo iure excommunicatus. [In ſuſceptis.]ſi ordo in excommunicatione ſuſcipitur, fortius matrimonium tunc contrahi poteſt, patet ſupra, de eo qui duxit in matrimonium, ſignificaſti.[Pęnitẽtia.]vel eius parte, de furtis. capitulo fin. [Proceſſu temporis.] ſemper enim ad tẽpus tales ſuſpenduntur, ſupra titu.2. capit.3. [Licentia.]generali, ſecũdum Pin. tu dic contra, vt ſupra capitulo

6 pitulo primo. ¶ Vlt.gl.ſoluit † quæſtionem, & arguit.
¶ In gl.2.ibi,excommunicationis] & ſic ſoluitur ſecũ-
dum Abb.contrarium,ſupra de temp.ord.literas, vbi
ſuſpenditur ſic ordinatus ſolum ab executione ſecũdi
ordinis,quem ſuſcipere non debuit. Ad idem ſupra c.
proxi.ibi enim ſuſcepit ordines nõ excommunicatus.
hic vero excommunicatus. ¶ In glo.vlt.ibi,ſuſceptis]
6 & intelligit † hic Hoſtié.de ſuſceptis in hoc or.nam in
prius ſuſceptis poſſet epiſcopus diſpenſare ſuo iure,ad
hoc ſupra tit.2.cap.2. vel ſecundum eum hic excom-
municatus promotus fuit, vnde irregularis, & ſic ſolus
papa diſpenſat.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De exceſſibus prælatorum loca alia iuris præter hęc dicentia.*

De exceſſibus prælatorum, vel ſub-
ditorum. Rub.

1 ¶ † Supra in pluribus rubricis oſtenſum eſt de deli-
ctis ſubditorum, quæ interdum committuntur in præ-
latos,interdum alias iura oſtendẽdo, ne prælatis exin-
de aliqua elatio proueniat, ſubmittit, & de ipſorum
exceſſib. ſecundum Goff. vel ſecundum Hoſt. viſo de
ſpecialibus delictis prælatorum & ſubiectorum, nunc
2 de ijs generalem rubricam ſubmittit. non † habetur
hęc materia in decretis. reperitur autem in 6.& in cle.
Congruit,de vi.& ho.cle. vt clericorum. §.prælati.

SVMMARIVM.

1 *Prælati monẽtur abſtinere à grauaminibus ſubditorum, & comminatur vltionem contrafacientibus, & nu.2.3.& 4.*
Moderatum petere poſſunt auxilium, & nu.1.
Defendere ſubditos tenentur, nu.1.
Taliæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi conceſſæ probentur.
2 *Canonici, & epiſcopus faciunt vnum corpus, et quando vnus ſine reliquo nihil poſſit, & nu.5.*
In caſu diſcordiæ quando diffinitioni epiſcopi ſtetur, quando capituli.
Epiſcopus quòd habeat vocem in capitulo vt prælatus, vel vt canonicus quid interſit.
3 *Capituli ſanior pars ſemper dicitur maior, quæ ſine eo neque ut epiſcopus, nu.5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
Subditi ſuperindictis, & immoderata æſtimatione damni infecti grauandi.
Exactores fiſcalium cauſarum ne executionem nõ ſuſcipiãt.
5 *Additio gloſſarum.*
Suſpendere clericos perpetuo, vel ad longum tempus interdicere perpetuò eccleſias quis poſſit.
6 *In ſuſpenſionis ſententia non eſt admonitio neceſſaria, excipitur.*
Ex, & interdictum eſt pœna, in quibus ſimiles ſibi, & excommunicationi.
Pœna quæ ſine monitione etiam pœnitenti & correcto imponantur.

CAPVT I.

1 **Peruenit.** Caſus. † Monet prælatos abſtine-
ra à grauaminibus ſubditorum &
comminatur pęnam contrafaciẽ-
tibus. ſecunda ibi, Sciturі [Fratres] epiſcopi ergo ſub-
ditos fratres vocant, & filios, vt hic patet, de hoc de
crimine fal. quàm graui [Talias] iſtæ ſemper intelligũ
tur illicitæ, niſi a iure, conſue. vel ſtatuto facto ab illo,
qui hoc poſſit, probentur eſſe conceſſę. 10.q.3. quia.9.
quæſt.3.conquæſtus, ſm Inno.& Hoſt.facit de iure pa.
præterea.2.moderatum tamen auxilium cum charita
te petere poſſunt, de cenſi.cum apoſtolus. Innoc. [De
cætero] quod tamen nec olim facere debuerunt. Hoſt.
2 [Grauetis] cum eos † defendere teneantur, de reſtitu.
ſpol.conquerente, de na.ex li.ven.cap.vno [Capituli]
dicebat hic Hoſt.no.ꝙ epiſcopus, & canonici faciunt
vnum corpus, cuius corporis epiſcopus caput eſt, cano
nici membra, vnde in ijs, in quibus epiſcopus vocem
habet vt prælatus, requiritur conſenſus tam epiſcopi,
quam capituli ita, ꝙ vnus ſine reliquo nihil poteſt: &
ſi diſcordent, epiſcopi eſt diffinitio, cui ſtabitur, niſi
aliud rationabile obſiſtat. probantur hæc ſecundum
eum 12.di.non decet, & c.his, ſupra de præſcript.cum
non liceat.de his, quæ fi.à præla.nouit, & c.quanto. de
his quæ fi.à ma.par.capit.capitulo ſecundo, & ſin. de
magiſ.quia nonnullis. vbi vero vocem habet vt cano-
nicus, non epiſcopi, ſed capituli eſt diffinitio, & ſtabi-
tur maiori & ſaniori parti, niſi aliqd rationabile obij-
ciatur, & probetur, de his quæ fi.à maiori par. capi.ca-
pitulo primo, de elec. coram. Secunda differentia ha-
betur de conceſ.præb.poſtulaſtis. Tertia differentia
colligitur de app.à collatione, li.6. Quarta, quia ſecũ-
do caſu conſideratur vox ſua vt canonici ſingularis:
ſed in primo vt prægnãs eſt & auctorizabilis, vnde nil
poteſt capitulum ſine ipſius conſenſu, nec è contrario.
& pręlati eſt diffinitio, de tempor. ord. ſi archiepiſco-
pus, & ca.ſe.& quod dico capitulum non poſſe ſine ꝑ-
lato, intelligo ſede inſtituta: ſecus enim illa vacante,
de maio.& obedien.cum olim, & capitulo his quæ, de
3 hæreticis, ad abolendam. Dicit † etiam hic Hoſtien.
quòd ſemper ſanior pars capituli dicitur maior, nec
vnquam minus ſana dicetur maior, remittens ad not.
de his, quæ fi.a maio.par.capit. capitulo primo, & de
hoc de electio.eccleſia.2. [Ordine iudiciario] non di-
cit ſine iudicio capituli ſecundum Hoſtien. [Præſu.na-
tis] contra multa grauamina, quæ pręlati inferunt ſub
ditis, maxime exemptis, prouidit conci.Vien.eod.tit.
frequens [Peruenerit] & nobis ex inde fides facta fue-
rit, ne ſit contra, de ſimo.licet.86.diſtin.ſiquid de quo
4 cunque, ſecundum Hoſt. ¶ In gl.3.ibi.l.vna] ſuperin-
dicta ſine imperiali iudicio, etiam ad præfectorum li-
teras non debentur [Et ibi, ex damni] ex ſtipulatione
infecti non fit immoderata æſtimatio, ſed ſeruetur mo
dus honeſtus, non cuiuſque immoderata luxuria
[Et ibi.§.hoc quoque] exactores fiſcalium priuatarum
cauſarum executionem non ſuſcipiant, ne publicarum
functionum occaſione ſubiecti lædantur. ¶ In glo.pe-
nult.ibi.§.omnibus autem] iniuſtè priuans ſubditum
5 communione priuabitur. ¶ In gl.4.ibi, excõicationis]
hoc non probat litera, vt dixi in tex. [Et ibi, ſuſpenſio-
nis] dixit Innoc. hoc intelligi poſſe de ſuſpenſione per
petua clericorum, vel perpetuo interdicto eccleſiarũ,
vel ad multum longum tempus. hoc enim non fieret
ſine conſenſu c.de his, quæ fi.à ma.par.c. quæſiuit, vi-
de quod dixi de offi.archi.ad hæc, in glo.qualia ſunt,
de his, quæ fi.à præla.nouit, in fine, & hoc maxime cũ
procedit ex officio forte contra abſentem, de accuſa.
qualiter.§.debet.ſed ſi in iudicio ſit contumax, ſolus
epiſcopus, vel quilibet alius iudex prædicta facere poſ
ſet, ſupra de off.deleg. ſanè, & excommunicare, eod.
tit.ex literis, vbi etiam ſubdelegatus excommunicat,
vel poſſet intelligi ſecundum Hoſt. quando agitur de
correctione canonicorum, vel clericorum iuriſdictio-
ni capituli ſubiacentium, ſecundum formam decr. ir-
refragabili.§.exceſſus, & ſupra de fo.compe. cum con
tingat: vel quando prælatus, & capitulum habent om
nia communia, & communiter inſtituunt, & deſti-
tuunt, de his, quæ fi.a præla.capitulo noſcitur, de offi.
archi.ad hęc.§. fina.de rector.edoceri: vel quando cle-

Suſpenſus an ſi priuatim celebret officia diuina irregularis fiat, iuncta glo. §.1.

C A P V T V

Illud dominus. C. † Qui excõmunicatus celebrat, deponitur, niſi pęna illa miſe
ricorditer remittatur. Et primò ponit Hildeſmen. e-
piſcopi tranſitum 2. ibi, vnde, mandatum circa id fa-
ctum delegato, & executionem ipſius. 3. ibi, Ipſe com-
paritionem epiſcopi, recognitionem miſericordiæ,
& petitionem & excuſationem. 4. ibi, licet, excuſa-
tionis impugnationem. 5. ibi, Cum eo. pęnæ remiſſio-
nem[Poſtulata] hoc dicit, vt aggrauet contemptum
vt dixi ſupra de conſue. cum vene, non quia ſatis fuiſ-
ſet poſtulaſſe, ſupra de reg. licet, ver. illa, vbi etiam di-
xi, quod hic dixerat Hoſtie. de inferioribus prælatis e-
xemptis[Partibus illis]in quibus fuerat hęc tranſgreſ-
2 ſio[Notorium]nota † in notorijs ferri ſententiam, li-
cet dies non ſit aſſignata. de hoc ſupra de coha. cleri.
veſtra[20. dies] ſibi aſſignatos a papa, vt ab admini-
ſtratione ceſſaret, vt ſequitur. quod ſi non faceret, mã-
dauit illum excommunicatum nunciari, vt ſequitur. &
dicit Hoſ. q̃ mandauerat eum prius excommunicari;
& poſtea nunciari per id, quod ſequitur in ver. ipſe; qđ
nõ credo per ver. Illud autem. & dicit Ab. iſtos 20. dies
currere poſt præſentationem literarũ: alias eſſet indi-
ſcreta ſententia, ad id de ap. ſuper eo. 2.[Adimplere]
ipſo Hildeſen. obedire nolente[Exceſſum)de tranſla-
tione, & celebratione poſt excommunicationem. Inn.
vel forte non fatetur primum, ſuper quo ſe per quandã
indulgentiam excuſabat, ſupra de tranſac. c. fi.[Miſeri
3 cordiã]quæ † videbatur deberi. 23. q. 1. noli, in fi. Goff.
[Ordinarius]ſiue ſit ordinarius, ſiue deleg. excommu
nicare non debet, niſi monitione præmiſſa, alias pęnã
habet, de qua infra de ſen. ex. ſacro: lata tamẽ tenet ſe
cundum. Inn. ſecundum quem hoc forſan dixit: quia
in lata per delegatum ille, qui neſcit illum delegatũ,
habet iuſtam excuſationẽ. facit de offi. dele. cum in iu-
re, licet ſecundũ eum tutius ſit parere. vel ſecũdũ Ho.
hoc dixit pro eo, quia ſi delegatus ſententiam excõica
tionis ferret monitione non præmiſſa, niſi id haberet
ex forma literæ, vt hic, nulla eſſet ſententia quaſi lata
cõtra intentionem delegãtis, ar. de præb. c. fi. de reſcr.
ſuper literis, ad fi. & facit quod dicam de con. præ. qa
cunctis, in gl. dicit hic Hoſ. ad fi.[Promulgare]nõ pro
mulgauit, ſed denũciauit, vt dixi ſupra[Ante factum]
i. ſententiam, vel ipſius denunciationem(Monitorias)
receperat tamen mandatũ Papæ continens etiam de
commiſſione Madeburgen. & ideo nõ videbatur om
nino excuſabilis, ſecũdum Hoſ. (Pertractare] ſonat in
vitium, ſecũdum Ho. (A nobis) per hoc patet, q̃ Made
burg. non tulit ſniam, ſed tñ denũciauit, niſi exponas
cũ Hoſt. (A nobis) ideſt auctoritate noſtra. aliter verò
dicit, q̃ poſtea excõicatus fuerit a Papa (Celebrari) not.
4 contra † opi. quę habet, clericũ nõ eſſe irregularem, ni-
ſi quando ſolenniter gerit officium ſui ordinis. ad idẽ
infra c. prox. hoc idem probat finis huius decret. & ibi
remittam (Pęnitentiæ) Hieronym. ad Saluinam E. No
bis nõ blãdiatur pœnitentiæ ſubſidia, quæ ſunt infe-
licium remedia (Deliquiſſe) Seneca, & ſi ſcirem Deos
ignoſcituros, homines autem ignoraturos, tamen de
dignarer peccare, vt no. 15. q. 1. merito, & ad Luci. 43.
Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant. Si turpia, quid
refert neminem ſcire, cum tu ſcias, & in mortalibus,
Nullum peccatorũ tuorum cõſcium magis timueris,
quàm teipſum. alium enim fugere poteris, ſed te nun-
quam. Et Tullius 3. de offic. Certe ſi deos, homines-
quę celare poſſemus; nil tamen auare, iniuſte, libidi-
5 noſè faciendum eſt (Periculoſum) euidenter † diffini-
tur hic excommunicatũ teneri alios vitare, alias peri-
culoſe peccat. contemnit enim claues eccleſiæ, & ſen-
tentiam violat, infra de exceſs. præla. c. fi. cum vnus il-
lius effectus ſit, quod excommunicatus cum Chriſtia-
nis cõmunionem nõ habeat. Tenetur ergo excommu-
nicatus vitare non excommunicatos: alias ſe aggra-
uat ex contemptu, ſicut qui contemnens perſeueret in
illa per annũ ſe reddit de hæreſi ſuſpectum; quod dic,
6 vt de hæreti. excommunicamus, 1. §. 1. Quærit † Hoſt.
an excommunicatus teneatur vitare excommunica-
tum, arg. q̃ non. 32. q. 6. nihil iniquius, C. de inoffic. te-
ſta. in arena, de adul. c. pe. & vlt. dic contra ſecundum
eum, arg. de excep. dilecti, & eo. tit. pia, lib. 6. cũ enim
priuilegiati ſe ab hoc excuſare non poſſint prætextu
priuilegij, de ſent. exc. nulli, multo minus ratione deli
cti. ad hoc ſupra de dona. inter vi. & vxo. & ſi neceſſe,
de præben. cum qui, lib. 6. alias hoc eſſet contra eccle-
ſiam approbare excommunicatorum collegium. con-
tra id C. de ſacro. ecc. qui ſub prætextu, de hæret. excõ-
municamus. 1. §. quia verò, & §. ſeq. imo, ſi moniti non
abſtineant, ex hac cauſa excommunicari poſſunt, ſi-
cut alij, infra eo. ſi celebrat. §. fi. quod fieri poteſt. de
7 hoc de Iudæis, ita quorũdam (Poterit) hoc † dicit ſm
Hoſtien. quia ſi communicatur ſibi per vim abſolutã
ſibi illatam, in nullo peccat. Si verò per conditionalẽ;
peccat, quod no. cauſa, ſacris. fortius, ſi eſſet voluntas
ſimulata, vel etiam turbata, de qua ſupra de ſim. Mat-
thæus (Canõ) ſup. imponit, vel imponi iubet (Celebra-
8 tioni) diſtinguit † inter hæc duo, ſ. celebrare, & ſe cele-
brationi ingerere, quod non eſt perfunctorie tranſeun-
dũ, ſm Hoſt. cum probetur per hoc non ſolum illũ irre-
gularẽ, qui celebrat, ſed etiam illum, qui ſe diuinorum
celebrationi ingerit. de hoc dicam infra de exceſ. præ
la. c. fi. vbi vide ſuper ver. violauit, in prin. & Pe. hoc te
net etiam, de audiente in eccleſia. & Boati. ſupra c. pro-
xi. dicebat talem irregularẽ, ſed diſpenſabilẽ per epi-
ſcopum, vel abbatem, ſi eſt monacus; quod non poſ-
ſent, ſi in ſuo officio celebraſſet. Ab. dicit, q̃ magiſter
ſuus dicebat cõtrarium. ſ. tales intereſſentes irregulares
nõ eſſe, cum ad excõicationẽ nil addat intereſſe cele-
brationi diuinorum, niſi minorem excommunicatio-
nẽ per orationem, & locutionem, de ſen. ex. nuper, ſed
ligatus minori celebrans nõ eſt irregularis, infra c. fi.
& quod hic dicit, ingeſſerit, exponit vt prius, dicens q̃
hic eſt potius verborum inculcatio, q̃ repetitio caſuũ,
puto q̃ bene ſit diuerſitas caſuum, ſed talis, qualis in
principaliter celebrante, & cõcelebrante; nec puto pę-
nam habere locum in ſimpliciter audiẽte, Goff. hic di-
cit, q̃ licet excommunicatus non poſſit miſſam canta-
re, vel ſacramenta tractare; poteſt tamẽ priuatim offi
cium dicere cum alijs, in choro cantando, quod ſecun
dum eum probat canon dicens, q̃ non licet in officio
ſuo vt prius agere 11. q. 3. ſi quis epiſcopus (Inffligen-
9 dam) exponit † Hoſt. inflictam declarandam, & execu-
tioni mandandam: ſed ipſam ſibi diximus remitten-
dam, ad quem ſolum ſpectat, de hoc ſupra eo. clerici.
Ego lego literam propriè, & dico, vt dixi in decre. cle-
rici, in fine, quòd licet irregularitas contrahatur ip-
ſo facto, & iure: tamen depoſitio non ineſt per vim
ſententiæ canonis: imò eſt infligenda per iudicem, vt
hic, & c. ſequentibus. ſed qualis fuit iſta gratia, cum ta-
men priuauerit illum vtroque epiſcopatu habito, &
ambito? vt patet ſupra de tranſla. cap. pen. dic quod
illud nõ fecit ex pœna irregularitatis, ſed ſolum ex pę-
na temerariæ trãſlationis, de qua ibi loquitur. vel dic,
quòd hic loquitur de pœna depoſitionis ab ordine,
quam propter irregularitatem pati debebat, ſupra c.
proxi. & hanc remittit hic; & ſic iſte remanet epiſco-
pus, licet nullius eccleſiæ; quod eſſe poteſt, de transla.

cap.

c.cap. 2. de eo,qui renunciauit epiſcopa. capit. 1. præ-
terea, & niſi hanc pœnam remiſiſſet, fuiſſet ineligibi-
lis actiuè, & paſſiuè, vt infra de ſent.excô.is qui, lib.6.
10 ¶ † Secunda gl.reſpondet per modum obiectionis,&
ſolutionis. ¶ Glo.ſ.quia,ſignat contrarium.& reſpon-
det. ¶ Antepe.gl.alle.vnam concor.& ſignat contra-
rium. ¶ In gl.ſcilicet quia,ibi.l.2.& 3.)alias 1.in fi.&
2.vide hãc & ſe.in decre.1.all.ſup fi. 1.gl.[& ibi,ſi fun
dum) Si ante emptionem nunciaui emptori fundum
meũ eſſe, nõ uendentis,ſi emit, vt malæfidei emptor,
11 re per me euicta,tenetur ad fructus perceptos. ¶ † In
gl.3.in fi.]& infra de conſuetudi.c.vlt.& de elect.c.1.
& c.cupientes.§.q ſi,lib.6. ¶ In gl.in hoc, ibi, poteſt)
Imo debet, vt no.ipſe lo.cuius fuit hęc gl.in pre. c. pſ-
byterũ.an vero id poſſit intra eccleſiam, vel debeat di
cere extra, remittit Hoſ.ad ſum.eo.ti.§.1. ¶ In gl.ſci-
licet quia in fi.)vbi de hoc in 1.gl.& 11.q.3.ſi quis lai
cus,vbi de hoc, & vide quod dicam infra de ſen.ex.in
quiſitioni, in prin. ¶ gl.ſub ſpe,in fi.)ibi ſoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus celebrans à beneficio deponitur.*
Poteſtati iudicis quod committitur, ſubycitur aliquando ne-ceſſitati, vt hic.
2 *Additio gloſſarum.*
Capituli conſilium requiritur in priuatione beneficij.

C A P V T VI.

1 Fraternitati. Caſus, † Excommunicatus celebrans a beneficio deponitur(Poteris)& debebis, ſi
accuſentur, & conuincantur: alias locum habet ff. de
iudicijs,non quicquid. ad hoc quod no.de vita & ho.
cle.quoniam.1.reſpon.ſecundum Hoſtiẽ. (Spoliare) i.
priuare, concor.dedi de hoc, de reſtitu.ſpo. conquerẽ-
2 te. ¶ In † gl.1.ibi,deponere)ſed fort. hoc omiſit,quia
numerus epiſcoporum, qui debet in illa interuenire,
non de facili poteſt haberi,de hæret.c. 1.lib. 6.qui nõ
requiritur in priuatione beneficij, licet requiratur cõ-
ſilium capituli,de exceſ.præla.c. 1. vbi de hoc.& ideo
hanc pœnam vt faciliorem expreſsit, ſicut infra cap.
proxi.in fi.ſecundum Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficij excommunicato facta non valet, & nu. 2.*
Et conferens quomodo puniatur, & quo caſu, num. 2.
In interdicto loco celebrans qua afficiatur pœna, & quas, & num 4.
Cum excommunicato contrahi non poteſt, & ab eo acquiſita retineri nequeunt. niſi diſpenſetur, & à quo, nu. 3. & 6.
4 *Officia qualia competat dicere monialibus.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Electio excommunicati an teneat, nu.6.in fin.

C A P V T VII.

1 Poſtulaſtis. Caſus. † Collatio beneficij excommunicato facta nõ valet, & ſcienter conferens à benefi
ciorum collatione ſuſpenditur. celebrans in loco in-
terdicto, ſi clericus eſt, à beneficio deponitur: ſi mo-
nacus, vel monialis, in arctiori monaſterio detrudi-
tur. & ſecunda ibi, Quæſiuiſti. Et ſubdiuiſio pateat
[Non debeat)etiam obtentu priuilegij, niſi in caſib.
expreſſis à iure; quod dic, vt infra de ſent.exc.nulli, &
c.cum deſideres [Conferri] cum id ſine communione
2 fieri non poſſit, & argue † cum excommunicato non
poſſe contrahi, nec ipſum licitè tenere poſſe ex con-
tractu quæſita.de hoc dixi de dolo,& contum.verita-
a tis [a] [Canonice]no.pro regula prima de reg. iur.lib.6.
[Scienter] ſi ignoranter, licet nõ teneat collatio, con-
ferens tamen pœnam euadit:quia probabilis ignoran
tia debet eſſe excuſata.ƒ.c.2.[Suſpendendi]in prouin
3 ciali concilio,ſupra de præben.grauc.& † diſpenſatio,
de qua ſequitur,fiet per Papam, vel proprium patriar-
cham, vt ibi ſecundum Hoſt. non credo locum hic eſ-
ſe illi decre. cuius pœna locum habet poſt binam mo-
nitionem. Tene ergo q dicit G.(in locis)dic hodie, vt
4 de ſen.ex.c.vlt.lib. 6. (Diuina † officia) qualia officia
competat dicere monialibus, dixi de cele. miſſ. c.1.
ſuper verſ.compleantur(Innodati) quia moniti nõ de
ſiſtebant,ſupra c.2.ſed, vt dicit Inno.idem,ſi non fuiſ-
ſent excõicati,ex quo celebrãt in loco interdicto(Spo-
liandi)repete,quod dixi ſupra ca.prox.in tex. & gloſ.
5 ¶ † Glo.3.reſpon.per quæſtionem, quis diſpenſet. ſol-
uit & remittit. ¶ In gl.pe.in fi.) cuius verba habes ƒ.
6 de no.oper.nun.cap.2. ¶ In † glo.3.ibi,epiſcopis) idẽ
Io.Goff.Inno.hic,& ſup.de temp.or.dilectus,& Guil.
in Spe.de le.§.nũc de epiſcoporum, ver.16. Io.de De.
contra, quod fatetur Vin.in eo, qui propter contẽptũ
apo.ſe.excõmunicatus eſſet.& ſic intelligitur de grat.
& qual.cum bonæ,Hoſt.hic diſtinguit, an ſit talis ex-
cõmunicatio, a qua abſoluere poſſit epiſcopus; & tũc
per eum poterit diſpenſari, an talis, a qua ſolus Papa
abſoluat;& tunc ipſe ſolus diſpenſabit,argu. de offic.
ord.paſtoralis,§.præterea,infra de ſent.exc.à nobis 2.
& ca.cum illorum. ſed Compo.in dec.q ſicut, de elec.
vt ibi ſcripſi in vlt.glo.poſt omnes apoſtillas ante me-
di.tenet,q excommunicatus electus cedere non tene-
tur,quod hæc de.non patitur; & vide quod dicam de
ſen.ex.ſi vere,in gl.hic patet,circa fi.verſ.executionẽ.
¶ In gl.propter q,ibi, irregulares) quod dic, vt infra
de ſent.exc.is qui,lib.6.in fi.

A D D I T I O.

a ¶ Veritatis, Facit, quod no.de Iudæis, cum ſit. & idem not. Io. And.eo.tit.ad liberandum, ſuper 3.glo.

S V M M A R I V M.

1 *Conferri beneficium poteſt excommunicato poſt abſolutionẽ.*
Ciuitatem ſuam dicere, modus loquendi ciuibus Italiæ.
Legatus de latere ordinare poteſt in eccleſia canonicos.
2 *Preces an ſimoniam inducant.*
Canonici decem, vel duodecim ſimul in quibus eccleſiis fiãt.
Doctorum Bononienſium mos.
Collationis ius non deuoluitur ex lapſu temporis certo numero non exiſtente canonicorum, in fi.
3 *Numerum eorum eſſe vnde innuatur.*
Petitio iuſta exaudienda.
Deliberatoria datur, etiam vbi non offertur libellus, et ratio.
4 *Excommunicationis ſententia generalis licet omnes liget: tamen ſi quis ex incluſis lateat, non imputatur communio, niſi in caſu, nudo verbo ligat, & ſoluit, num.6.*
5 *Fautor quo caſu ligetur eadem ſententia excommunicationis.*
Aduocatus ſi quem defendat excommunicatum, non ligatur excommunicatione, excipitur caſus.
6 *Excõicati qui vitandi non ſint, & n.4. excommunicatum eſſe quem an ſufficiat probare, niſi probetur etiam tempore electionis, vel collationis excommunicatus. nu. 8.9. & 10.*
Probare ſe aſtringenti, quod alias non tenebatur, imputandum, ſi non probarit, in fi.
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, num 8.*
9 *Hæres qui ſemel fuit, adhuc hæres eſſe præſumitur.*
10 *Negligentia cuique propria generaliter imputatur, in fi.*

C A P V T VIII.

1 Propoſuit. C. † Excommunicato poſt abſolutionem beneficium conferri poteſt. Et prima pars factum
narrat, & probationes partium. 2. diſtinguit ibi, Quia
vero

Google

vero[Illis]Gallicanis, ſcilicet [Eorum]eſt modus
loquendi ciuium Italię, qui dicunt ciuitatem ſuam.
Erat enim eorum matrix, & caput, non eorum quò
ad prælationem, vel aliquem titulum [Ordinaret]
qđ poterat: quia erat legatus de latere, de off. leg. c.1.
2 lib.6.[P.eces]de† his, an ſimoniam inducant, not. de
eta.& qua. tuā[Illos]clericos, & magiſtrū Pe.[Vltima]
qua forte numerū ſtatuerāt, & antiquū reſtrinxerant,
ſic ſ. de conſti.c.pe. vel ſi nō erat certus numerus, erit
tñ veriſimile, ꝙ tot nūc poſſent ſubſtētari, quot ſubſtē-
tabātur tempore ordinationis vltimę forte factę ſm
conſuet. Vico.& Lugdunen. eccleſiarum, vbi ſimul fa-
ciunt 10. vel 12. canonicos, poſtea forte per 10. annos
ſtant, qood nullū recipiunt; & tunc iterū ordinationē
faciunt geoeralē. ſic ēt facere conſueuerunt doctores
iuris ciuilis Bono. vnde 5. vel 4. mortuis, & ſi ad ſupe-
riorem non deuoluatur ius conferendi, de con. præ. ex
parte, tamen æquū erat in locū illorum alios ſubroga-
re, de inſti. c.1. de vi.& bo. cleri. qm̄, ſm Hoſt. (Vacaſ-
3 ſent)per † hoc innuit ibi fuiſſe numerū, de conceſ. præ-
ben. ex parte.& facit ad ea quæ dixi ſ. de præb. c. pen.
ad idem cle. eo. tit. ſi de beneficio(Et cōceſſas)not. iu-
ſtā petitionem exaudiendā, de ſimo. ex diligenti. item
ꝙ datur deliberatoria, ēt vbi non offertur libellus: nā
nec reſponſio eſt præcipitanda. 6. q.1. quæro, ſm Hoſt.
(Præbenda)i. præbēdis, vel quemlibet ſingulariter de
voa præbeoda, ne ſit contra, de præben. maioribus, &
c. tuę(Inueſtiuit) de quo dic vt ſup. de his quę fi. a ma.
par. c. ex ore.(& infra]hic intellige, ꝙ capitulū oppo-
nebat illi magiſtro Petr. excōmunicationem, & ſuper
hoc dati ſunt iudices, qui teſtes vtriuſq; partis recepe-
runt, & remiſſionem fecerunt ſm Abb.& Hoſt. (Pœni-
tentiarius)procurator capituli[Iudicij]cōtenti ſub de
ciſa, vt dixi(Intelleximus) ſ. eſſe probatū(Inueſtitus]
per hoc volens probare, ꝙ inueſtituræ tempore excom
4 municatus erat(Nominatim)licet†generalis ſentētia
omnes liget: tamē ſiquis ex incluſis lateat, non impu-
tatur cōio, niſi conuincatur, vel publicetur, de off. ord.
ſi ſacerdos, de ſent. exc. cum non ab homine, & cap. a
nobis. forſan ēt iſte magiſter Pet. erat de Caſtro (Fau-
5 torē)ſi in † crimine, ligabatur eadē ſententia, de ſent.
ex. nuper. hoc verū extra iudicium, Sed quid ſi in iudi-
cio ſit aliquis pro talib. aduocatus? Dicit Hoſt. ſi exe-
quitur officium ſuum, vt debet, vel defendendo ipſos,
oſtendendo, ꝙ iniuſtę ſunt ligati, ſicut verū eſt, vel ſal-
tem verū putat, non ligatur, cum excōicato ſeruetur
legitima defenſio. ſ. de excep. cum inter. & iuſtum eſt
officiū aduocati, & ad defenſionē concedit. ff. de po-
ſtu. l.1. §. ait prætor. ſ. vt lit. non cōt. ca. t. pōt ergo ad-
uocatus in ſpectantib. ad officium ſuū, & ſine quibus
non pōt expediri, dūmodo alias nō excedat, excōica-
tis, quorū aduocatus eſt, cōicare, ar. ſ. de iudi. intelle-
ximus. 11. q.3. non licet, de ſen. ex. cum voluntate, & c.
inter alia eſt ſi. quod dixi de præb. pro illorū, ſuper gl.
2. in fi. Si verò contra iuſtitiā, & contra conſcientiam
fouet illū in crimine dānato, nulli dubiū eſt, quin ea-
dem ſententia inuoluatur. plus dicit Hoſt. per l. C. de
iudi. rē non nouam. §. patroni, ꝙ ſi ab initio credebat
aduocatus, ꝙ iuſtam cauſam haberet excōmunicatus,
& poſtea reperit contrarium in proceſſu, tenetur illū
dimittere, & conſcientiam ſequi, de ſimon. per tuas 2.
etiam ſi ſit erronea, vt ibi; ad id de præſcriptio. capitu
lo fin.& tunc maxime ſe retrahere debet, cum tale pa-
trociniū in alterius vertitur læſionem. quo caſu etiam
ad reſtitutionem tenetur, argu. infra de re iudi. cap.1.
lib.6. de homi. ſicut dignum, §. illi, & ca. fi. de iniur. c.
fina. Ex præſcriptis collige, ꝙ male faciunt aduocati,
qui contra proceſſus executorum factorum ſuper cer-
tis beneficijs, vel præbendis fulminantes pœnam con-
tra impedientes, & dantes ad id conſilium, vel fauorē
patrocinātur contra iuſticiam, & contra conſcientiam
illis, qui impediunt illos, pro quibus facti ſunt proceſ-
ſus[Eos tū] ſcilicet clericos & Burgē. Caſtrien. ¶ Et
6 nota, † ꝙ ſicut ligat ſententia generalis nudo verbo,
ſic etiam ſoluit nudo verbo; quod dicit Hoſtien. ve-
rum quò ad illos qui latent, qui nec uitandi ſunt, niſi
nominentur, vt ſupra dixi, quò ad denunciatos, & no-
minatos putat formam neceſſariam, & de hoc, infra
de ſen. ex. cū deſideres[Inueſtitus) & ſic nō apparet il-
lum excommunicatum tempore inueſtituræ [Poſtea)
ideſt poſt abſolutionem, ſed ante inueſtiturā [Obtule-
rat]imputet ergo ſibi, qui ad id ſe aſtrinxit, de prob. li-
cet. Sed in hoc caſu non eſt uis, ex quo de abſolutione
conſtabat[Factum eſt]& ſic adiudicatur ei præbenda,
7 de qua per legatum fuerat inueſtitus. ¶ †Gl.1. no. tem
pus inueſtituræ &c. inducit duo ſimilia. ¶ Gl.2. not. à
contrario, & dat conſilium. ¶ Gloſ. 3. reſpondet per
quæſtio. an communio probet abſolutionem. ſoluit;
8 alle. contrarium. ¶ † In gl.1. ibi, vtrum]tunc ergo nō
ſufficit probare quem fuiſſe excommunicatum, niſi
probetur eum tempore collationis, uel electionis ex-
communicatum; ſed ideò hoc fuit hic; quia ſic datus
fuit articulus, & ſe aſtrinxit ad probandum. ſuper hoc
autem non depoſuerunt teſtes, ſed ſuper eo tantum,
quod fuerat excommuaicatus, & ideo non valuerunt
depoſitiones tanquam non iuratorū, ſupra de teſti. c.
de teſtibus, ſecundum Inno. dicit Hoſti. ꝙ melior eſt
ratio, quod licet deponant iurati, non probant totum
articulum, ſed partem. cum enim duo vellent proba-
re excommunicationem & tempus, depoſuerunt de
primo, non de ſecundo. poſt illud dictum dicebat In
no. melius eſſe dicere, ꝙ hic excommunicatio non fuit
probata, cum non fuerit probatum iſtum fautorem,
vel nominatim excommunicatum: nec confeſſio ſua
ſibi nocuit: quia nec hoc confeſſus fuit. & dicit ſatis eſ-
ſe excipienti de excommunicatione probare aduerſa-
rium aliquando fuiſſe excommunicatum, niſi probet
ille ſe abſolutum, & hoc verum in ſententia pura, vel
de qua conſtat, ꝙ ligauit. hoc dicit, quia ſi quis probet
excommunicationem latam in aduerſarium, niſi in-
tra certum tempus ſolueret 10. lib. uel ſub alia condi-
tione, non ſufficit probare ſententiam. niſi etiam pro-
bet, ꝙ non ſoluerit, vel quod euenerit conditio. & ſit
ratio; quia primo caſu conſtat illum excommunica-
tum fuiſſe per ſententiam purè latam. Sed in ſecundo.
non conſtat illum ligatum, niſi probetur ſententia, &
conditio.& de hoc ſupra de accuſa. ſuper his, ſecundū
a Inno. in gl. ad excipiendum,[a] ver. quid ſi[& ibi. §. ſex-
ta]verum dicit hæc glo. licet quidam eam habeāt pro
cancellata, communiter. G. in additionibus tenuit cō
9 trariū per decr. pia. ¶ In gl.2. ibi, adhuc]ſicut†ſufficit
probare quem ſemel fuiſſe hæredem, vt adhuc habea-
tur pro hærede, ff. de mino. ait prætor, alias, & ſi ſine §.
reſtitutus, & §. ſequē. in fi. idem in dominio. C. de pro-
ba. ſiue[& ibi, abſolutionis]ſup. de ſimo. ex diligēti in
fin.& facit quod no. de offic. dele. cum in iure, & eſt ex
preſſum, infra de ſent. ex. ſicut. ¶ In gl. vlti. ibi, præſen-
tia]de hoc eo. tit. ſi aliquando. Et expeditur per cle.
10 eo. ti. ſi ſūmus pontifex[& in fi.]dixit† Inno. quoſdā,
dicere, quod ex quo quis communiter habetur pro
abſoluto maxime ab excommunicatore, ſine aliqua
probatione hoc ſufficit, & licitè cum tali communi-
cetur, licet conſtet illum fuiſſe aliquando excommu-
nicatum, niſi probetur adhuc excommunicatus eſſe.
Dicit Hoſt. quod non occurrit ſibi aliqua ſpecies pro-
bandi excommunicationem continuam. ſufficiat er-
go probare illum excommunicatum fuiſſe, vt in ſupe-
rioribus dictum eſt, verum quia homines negligētes
ſunt in literis abſolutionis petendis, & quia etiam ha-
bitæ quandoq; facilè perduntur, de æquitate dici poſ-

ſet

d ſet illa opinio [d] vera in facto antiquo. In recenti vero locum habeat contraria. ad hoc infra de conceſſio. præbēdæ, quia cunctis. §. 1. in fi. & quod dixi ſ. de præſum. illud. ad fi. vel dicam illam opin. & ſui rationem veram quo ad hoc, vt excuſet participantes. ad hoc ff. de offi. præ. Barbarius. ff. ad Mace. l. 3. 1. tñ. ipſum tñ excommunicatum non excuſabit, ſi aliquid petat, vel lucrari intendat. immo omnino ſibi obſtabit exceptio, niſi aliud probet, licet ſit factum antiquum. & imputet ſibi, ſi literas, vel inſtrumentum abſolutionis nō habuit, vel habuit, ſed illas amiſit. faciat quod alle. 1. glo. nam generaliter cuique imputatur propria negligentia, de homici. c. fi. de commo. c. vno. & dicit Hoſtien. quod hoc vltimum rigidius & iuſtius, tamen proximum benignius & æquius, & ideò bonus iudex poſſet illud in arbitratu ſuo præferre. ad hoc de tranſact. c. fi. & dicit addendum, quod no. infra. de eo, qui fur. ordi. recepit. c. fin.

ADDITIONES.

a ¶ Exaudiendam. Vnde & illud. iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus. l. iuſtum. C. de eden. & ibi no.

b ¶ Et iuſtum eſt. Immo cauſa petendi aduocatū licitum eſt petere dilationem, & ſi aduocatus ſe abſentat donec redierit. l. ait prætor. & ibi. ff. ex qui. ca. ma. Ang. Alb.

c ¶ Non ſufficit. Ad iſta facit quod no. Bar. & ibi omnes. in l. nō ſolum. §. ſed vt probari. ff. de ope. no. nun.

d ¶ Poſſet illa opinio. Adde in hoc caſu Abba. in ca. ſupra. de eo, qui fur. ord. ſuſce.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis non eſt celebrando, qui probabiliter ignorat ſe ſuſpenſum.*
2 *Scientiam qui allegat, illam probat.*
3 *Ignorantia, error & titubatio differunt.*
4 *Poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri.*
5 *Ignorantiæ probabilis effectus duo.*
6 *Obligatio non diſſoluitur per pactum de non petendo.*
7 *Soluens ignorans quando liberatur.*
8 *Poſſidere quando quis deſinit.*
9 *Ignorans, quando non incurrit pœnam.*
10 *Occultus omnino & non occultus omnino differunt.*
11 *Errare probabiliter, vt quis dicatur, quod requiratur.*

CAPVT IX.

1 Apoſtolicæ. Caſus. † Qui probabiliter ignorat ſe ſuſpenſum celebrādo, irregularis non eſt. [Suſpenſionis] ab officio. Innocen. [Ignari] vt dicitis, &
2 † qui ſcientiam allegat illam probet. ff. de proba. verius. Nec ob. de ele. innotuit. dic enim vt ibi Hoſtien. & infra de reg. iu. præſumitur. lib. 6. & dic ignari ignorantia facti ſecundum Innoc. [Supina] dicit hic Vin.
3 & Gof. q † differunt [a] ignorantia, error & titubatio.
a Quia ignorantia eſt neſcire, quod ſciri debet. 37. di. §. vlti. Errare eſt aliud pro alio putare. 38. diſtin. quāuis, & q hic ſint diuerſa, patet ex eo, quod dicit lex, ſi
4 † poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri, ergo & erranti. ff. de acquiren. poſ. ſi me. Titubari eſt, cum quis inter duo eſt, & neſcit ad quid declinet. & vide in hoc ſimile, quod dixi, de teſti. cog. præterea. [Indulgemus] hoc fecit Papa, ne impediretur ordinatio Prag. eccleſiæ, propter quam venerat, vt in decre. apoſtoli-
5 cæ. quæ pars eſt huius, vt dicit 1. gl. ¶ Secunda gl. † præmittit duos effectus probabilis ignorantiæ, & remit.
ſecundo tractat, an abſens & ignorans excommunicari poſſit, & ſuſpendi. & quid de his quæ interim agit, alleg. pro & contra. ſoluit, demum format tres quæſtiones, & illas ſoluit, & tertiam diſtinguendo.
6 ¶ in gl. 2. ibi. [§. pterea] ſi† creditor debitori fecit pactum, q ab illo non petet, obligatio per hoc non diſſoluitur, tamen contra creditorem agentem ſe defendet per exceptionem pacti conuenti. Et ibi (ignarus] loquitur de ſeruo abſente præpoſito calendario, qui teſtamento domini manumiſſus & hæres ex parte inſtitutus hoc ignorans pecunias domini exegit,
7 aut credidit, † ſoluēs enim liberatur, in creditis diſtinguitur. & ibi [ſi mandaſſet] ſi mandaui per te fundum emi, poſtea ſcripſi ne emeres, & tu antequam ſcires
b vetitum emiſti, teneor mandati. [b] & ibi [per literas] an ſtatim velit eum eſſe liberum, an cum literas rece-
8 pit. hęc l. qui abſenti. cum l. ſeq. dicit, quod † poſſidere deſinit, qui ea mente poſſeſſionem tradit, vt ſibi poſtea reſtituatur. & ibi [l. vlti.] loquitur de conſtitutio-
9 ne municipij † cuius pœnam non incurrit ignorans. ¶ In gloſſa. 2. ibi (apoſtolus) 1. ad Thymo. 1. c. & ibi (c. 1.) quod etiam facit contra. dic vt in vltima gloſſa. & ibi (de manifeſta) vbi etiā no. an abſens poſſit abſolui.
10 & ibi (vel ſuſpenſum) dicit Hoſtiē. diſtingui † inter omnino occultum, & inter omnino non occultum. omnino occultus, qui nec conuinci poteſt, nec remordet illum conſcientia, nec alia, quia de ſententia nil eſt auditum, excuſatus eſt in iudicio & extra quantum ad illa, quæ de ipſo fiunt, vel quæ ipſe facit per prima iura. idem ſi poſſit conuinci. tamen non eſt publice lata ſententia, nec ipſe denunciatus, niſi talis ſit actus, quod nullo modo cadat in excommunicatū, vel ſuſpenſum, ſicut eligere, eligi, ſacramēta conferre, vel recipere, vel ſpiritualia tractare. infra c. 1. quandoque tamen conceduntur extraiudicialia & iudicialia denegantur, de ſententia excommu. ſolet. libro. 6. ſi non eſt omnino occultus, quia poteſt conuinci, tamen non eſt lata ſententia, vel publice nunciatus, tunc poteſt allegari probabilis ignorantia, ſi tamen ipſe hoc ſcit, reus eſt quo ad Deum, vt patet in eo, quod legitur & no. de cohabitatione clerico. c. fi. de ſenten. excom. a nobis. 2. & ibi (poſt mortem) dummodo ſigna contritionis apparuerint in illo de peccato, pro quo fuit excommunicatus, nec aliter debuit excommunicari, 11. q. 3. nemo. & ibi (quod ſic) infra de ſenten. excom. cum non ab homine. & dic vt ibi. & ibi (§. 1.) ad hoc ſ. de conceſ. præben. c. 1. §. ex parte. lib 6. & ibi. l. vlt. de conſtitutio. c. 2. lib. 6. & ibi (executionem) quo ad illos, quos reddit probabilis ignorantia excuſatos, ſed quantum in ſe eſt bene quando eſt pura. ſ. ne poſſit appellari, & ſic loquitur contrarium, & in fi. de hoc 2. q.
11 5. quāto. dicebat Phi. q † vt probabiliter quis dicatur
c errare, non requirit, q nimis ſit diligens [c] & curioſus in inquirendo, ſed q in inquirendo non ſit nimis diſſolutus & negligens. ff. de iu. & fac. igno. l. nec ſupina.

ADDITIONES.

a ¶ Quod differunt. Bonā gl. vide in rubrica ff. de iu. & fac. igno. & ibi no. & ſimilem in l. de ſtatu. ff. de teſta. & Bart. in l. admonendi. in 4. col. ff. de iureiu.

b. ¶ Teneor mandati. Hoc fallit in procuratore cōſtituto ad matrimonium, qui ignoranter reuocaretur. c. fi. de procu. in 6.

c. ¶ Quod nimis ſit diligens. De errore, de caſu, ignorantia & culpis vide Io. de Blanoſco. inſtit. de act. in 2. carta. in rubrica de culpis. de qua facit mentionem Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. facit quod dicit Ab. in c. 1. in primo no. infra ti. 2. vbi aſſertio bonorum virorum facit probabile dubium.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor contrahitur ex participio excommunicati in crimine.*
2 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
Irregularitatem incurrunt celebrando a iure ſuſpenſi.
3 *Excommunicatum maiori a iudice, vel canone irregularem ſi celebrat.*
4 *Simoniaci & notorij fornicatores an ſuſpenſi ſint ab officio.*

Suſpenſi

Digitized by Google

Suſpenſi quo ad Deum tamen propter peccatum non fiunt irregulares celebrando.
Irregularem iudicare non debemus, niſi vbi ius id exprimit.
Separatio a ſacramentis quomodo iudicatur.
Peccata venialia dicuntur leuia.
Irregularitatem minorem quem incurrere propter peccatũ.
Communicare excommunicato eſt mortale.
Veritati ſunt contraria indignitas, peccatum, mendacium et transgreſſio.
5 *Irrita quæ nuncianda.*
Sponſum qui habet amicus eſt ſponſi.
6 *Excommunicatus minori an poſſit celebrare pro defunctis.*
Gl. ſuffragium, additio.
Excommunicatus minori & maiori celebrando æqualiter non peccat.
10 *Eligi qui non poſſit ad dignitatem, vel ſimplicem clericatum.*

C A P V T X.

Si celebrat. Gregoriana eſt, & ſe ſummar, habens 5. dicta, ſecundum ibi, nec eligere. 3. ibi, vel ea. 4. ibi, ſi tamen, cuius dicti rationem ſubmittit ibi, pro eo. 5. ibi, peccat. cuius dicti ſubmittit rationem ibi, cum non, & determinationem ibi, dummodo. [Minori]
1 quæ † contrahitur ex participio excommunicati, non in crimine, de ſenten. excom. nuper. Goff. Vin. nec in diuinis ſecundum Phi. per dec. ſignificauit, de ſenten. excom. dic, vt ibi dicam. [Legatus] idem videtur de notorio fornicatore, & ſimoniaco, & omnibus alijs a iure ſuſpenſis, cum iſti communicantes excommunicato ſint a iure ſuſpenſi 11. q. 3. cum excommunicato. & c. ſequen. & vbi eadem ratio, ſit idem ius. ſup. de conſangui. tua. Secus in ſuſpenſis ab homine. illi enim celebrando ſunt irregulares. 11. q. 3. ſi quis presbyter, & c. ſeq. ſecundum Innoc. Hoſtien. ſup. ca. 2. & c. latores. & c. poſtulaſtis, & poteſt eſſe ratio huius diuerſitatis, quia plus contemnere videtur, qui facit contra legem animatam, quam qui facit contra inanimatam. veniendo enim contra iudicis præceptum, legem & iudicem offendit. contra præceptum legis, legem ſolam. & † ex hoc dicitur mitius agi cum l. &c. ff. de arb. l. Celſus. ff. de compen. ſi cum militi, & quod viua vox &c. in Auꝗten. de inſtrumen. cau. §. ſi vero tale. colla. 6. & de conſuli. in fine. colum. 3. Alij dicunt communicantes excommunicatis promotos per ſaltum, de quibus infr. ti. 2. & his ſimiles non eſſe ſuſpenſos a iure, ſed ſuſpendendos, & quod principaliter a Deo prohibentur vti ſuo officio, & ab eo tantum ſunt ſuſpenſi, & quoad ſe propter peccatum, & non a canone, niſi per approbationem, quod patet, quia quando pœnitere volunt, abſoluuntur a ſacerdote proprio tamen, & poſſunt poſtea celebrare, j. de ſen. excommu. nuper. quod placet Innoc. & Hoſtien. quia ſi a iure ſuſpenſi eſſent, irregularitatem incurrerent celebrando. j. de re iudi. c. 1. lib. 6. & vide quod ibi dicam ſuper ver. inuoluet. & de ſenten. excommuni. cap. 1. lib. 6. remittit etiam Innoc. ad no. de co. cle. ſicut. & breuiter dicen-
3 dum videtur, omnem † excommunicatum maiori a iudice, vel canone irregularem, ſi celebrat. In ſuſpenſis ad tempus dicunt quidam eos irregulares non fieri, ſi celebrant. Alij contra, quod videtur verius ſecundum Inno. arg. 2. q. 5. presbyter. de reſcrip. dilectus. inf. de excep. apoſtolicæ. & hoc intelligas in ſuſpenſis propter crimen aliquod, ſecus ſi propter defectum, vel infamiam, vt dicam infra. item de ſuſpenſis ab officio a iudice, vel canone quo ad ſe, & alios, ſecus de ſuſpenſis a beneficio. ſ. de elect. cum in cunctis. §. clerici, de conceſ. præbend. quia diuerſitatem. vide quod dixi de cleri. peregrin. c. 1. in gloſſa.

4 [Probatione] cum † igitur ſimoniaci, & notorij fornicatores ſuſpenſi ſint ab officio, etiam quo ad alios, & propter crimen, licet a canone. 32. diſtin. §. verum, reſtat ſecundum Hoſtienſ. quòd ſi celebrant, incurrunt irregularitatem, & etiam poſt pœnitentiam non debent celebrare, donec cum illis per ſe. apo. diſpenſetur. ſupra. de bigamis. c. quia circa, & de hoc ſupra de ſimo. tanta. Alij dicunt contra, ſecundum Innocen. quòd ſcilicet fornicator notorius principaliter ſuſpenſus eſt a Deo, licet per canones aliquid ſit additum in odium criminis quo ad ipſorum euitationem. ſupra de cohabi. cleric. veſtra, cum ſimilibus, & dicunt, quod quam cito pœnitet, eſt audiendum ipſius officium, nec ob. de cleri. coniu. ſane, quod intelligit de occulto, vel vt ibi dixi. Suſpenſi vero quo ad Deum tantum propter peccatum, & ſi peccent celebrando, non fiunt irregulares, niſi ſecundum Hoſtien. in his caſibus, quibus executio poſt pœnitentiam impeditur, qui nota. de renunc. niſi. §. propter conſcientiam. illi vero, quos canon ſuſpendit non propter crimen, ſed propter defectum, vt illegitimi, & corpore vitiati, non incurrunt irregularitatem celebrando, quod patet per ſtilum curiæ, quia quando ſuper defectu diſpenſat cum talibus, de irregularitate mentionem non facit. 56. diſt. apoſtolica, & c. Cænomacenſem. ſupra de fili. presby. veniens, & cap. peruenit, & quaſi per totum. Idem in ſuſpenſis a canone propter infamiam, ſicut hi, quorum crimina ſunt notoria, qui propter ſcandalum, & per infamiam etiam poſt pœnitentiam prohibentur celebrare, de cohabita. cle. c. fin. ſecundum Innoc. & melius ſecundum Hoſt. facit de homic. ex literis. iſti enim non incurrunt irregularitatem, ſicut nec ſuſpenſi a confeſſoribus, de qua ſuſpenſione 26. quæſ. 5. & 6. per totum. non enim debemus quem iudicare irregularem, niſi vbi ius exprimit ſecundum Innocen. & Hoſtien. & eſt expreſſum inf. de ſen. ex. is qui. in fi. li. 6. hanc autem gl. & ipſius materiam vide in Spe. de leg. in tract. diſpenſationis. §. iuxta propoſitiones. ver. item no. ꝙ ſuſpenſus, cum ſequentibus. [Grauiter.] i. enormiter. ſecundum Goſt. ſecundum quem nedum excommunicatio, ſed etiam ea quæ ſunt digna excommunicatione, ſeparant a ſacramentis, de conſ. diſtin. 2. ſi non ſunt, ſed communicare excommunicato dignum eſt excommunicatione. ſ. eo. c. 11. Idem Abb. ea ratione, quia venialia dicuntur leuia. 25. di. §. criminis. rationem Goſ. reprobat hic Pe. quia non verum, ꝙ propter cõionem excommunicetur maiori, ſed propter contumaciam, quia ſcilicet monitus non deſiſtit [nullum] ratio patet j. de ſen. ex. is qui. in fi. 1. rñ. li. 6. & eſt hoc ꝯ Pe. qui dicebat eum minorem irregularitatem incurrere propter peccatum. fatetur tamen, quod illa irregularitas per pœnitẽtiam aboletur. [Notam] idẽ verbũ ſ. de ſortil. c. fi. [Irregularitatis] de iſtius verbi diffinitione remiſi ad Spe. ſ. c. 11. [Incurrit] ſ. de homic. petitio not. [nec eligere] per hoc infert Innocen. & Hoſtien. quòd non ſint ſuſpenſi a iure, vt ceſſent contraria, quę ſignat G. de hoc dixi ſ. [Iuriſdictionis] vnde ẽt abſoluit aliũ excommunicatum minori. j. de ſen. excom. duobus, licet quidam contra. Vinc. [Sibi competunt] not. ſecundum eos qui dicunt communicare excommunicato eſſe mortale, quòd conſtitutus in mortali retinet, & exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis. de hoc 3. q. 7. per totum, maxime in §. ex his, ſecundum Abb. Quærebat autem Vinc. hoc quare criminoſus toleratus non repellitur a iudicio, ſed repellitur a teſtimonio, & dicebat, quòd eſt ratio, quia indignitas, peccatum, mendacium, & transgreſſio ſunt contraria veritati, nec præſumitur verum dicere, qui peccat in Deum, ſecunda quæſtione ſeptima. non poteſt, vel verius, quia

maius

maius periculum eſt in teſte, cuius grauamen non rele natur per appellationẽ, ſicut grauamẽ iudicis. ff. apud eum, a quo appell. l. 1. remiſſiones de hoc dedi, ſupra
5 de teſtibus. teſtimonium. [Irritanda.] immo † irrita nuncianda, ex quo perſona indigna ſecundum Hoſti. dicit Innoc. quod quidam dicunt irritandam, niſi pœnituerit ſaltem tempore, quo petitur caſſatio, vel melius ante electionem, quia ſi poſt, præſumitur pœnitentia ficta, ſupra de electionibus, dudum, ſecũdo ſibi placet, quod licet pœnituerit, non poſſit eligi, niſi prius abſoluatur. j. de ſent. excom. nuper, propter ſententiam iuris, quia priuatus eſt communione. abſolutio vero fit ſine iuramento, vt in præce. dec. nuper. & ſufficit ſecundum Pet. quòd ſacerdos curatus illius intra, vel extra eccleſiam dicat, Ego te abſoluo, vel reſtituo te ad ſacramentorum perceptionem, vel do tibi licentiam, vt poſſis audire diuina, & percipere ſacramenta, vel communicare ſacramentis, ſecũdum Pet. in criminoſis non. ſecundum Innoc. qui non a iure poſitiuo, ſed a Deo priuati ſunt ſacramentis, locum habeat, quòd acta pœnitentia poſſint eligi ſine alia abſolutione. & idem ſecũdum quoſdam pœnitentia non acta, quo ad hoc, vt poſtea illa peracta licite teneāt dignitatem, quod negat hic Pe. etiam ſi peccatum fuerit occultum, cum principium fuerit vitioſum, eſt ergo neceſſaria diſpenſatio, ſupra capitulo poſtulaſti. Putat autem epiſcopum diſpenſare poſſe; alleg. de iudi. at ſi clerici. de ſententia excommunicationis, nuper. infra de eo, qui furtiue ordines re. cap. 1. vlt. dicit Innoc. plus ſibi placere iſtos a iure non ſuſpenſos. dixit Inno. in addi. alios dicere, & videtur melius, quod ſiue ſit bonus, ſiue malus, etiam hæreticus, vel excommunicatus ab eccleſia toleratur per electionem, & confirmationem, etiam ſi fiat a peccatoribus, vel hereticis, vel excommunicatis toleratis bene contrahitur inter hos matrimonium ſpirituale, donec ſeparentur paleæ a granis, ad hoc de conſecratio. diſt. 4. cum baptizat, iſte tamen nõ eſt ſponſus niſi miniſterio. verus enim ſponſus, & vniuerſalis eccleſię, & ſpecialium eccleſiarũ, & cuiuslibet animæ eſt ſolus Chriſtus, vnde apoſtolus, deſpondi vos vni viro virginẽ exhibere Chriſto. 26. diſt. acutius. & in pſalmo, tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. & in euangelio, Qui ſponſam habet, amicus ſponſi eſt, &c. Item iſte miniſterialis ſpõſus nõ generat filios, niſi in miniſterio. vnde apoſtolus. Ego plantaui &c. de conſecrat. diſt. 4. aliud. in fi. 1. quæſt. 1. ſi fuerit, & capitulo multi. Item baptizat ſeruus &c. & non horreat columba miniſterium malorum, de conſecratione diſtin. 4. baptiſmus. 32. diſt. §. nerui. nec eſt contra, quod no. de elect. conſiderauimus, & capitulo audiris, ſcilicet quod nulla eſt electio facta ſciẽter de indigno. illud enim eſt de iure poſitiuo, vt ſcilicet tali electione non obſtante teneat electio facta per alios. dicit tamẽ Innoc. ꝙ tenet de iure naturali, & ſi per ſuperiorem confirmetur, erit verus prælatus in miniſterio & tenebunt, quæ fecerit
a in ſpiritualibus, vel temporalibus.[a] dicit tamen etiam poſt talem confirmationem tenere electionem factam per alios, qui non peccauerunt, & ad quos erat deuoluta poteſtas, vt dicam poſt eum, de exceſſibus prælatorum, inter. Si tamen ſuperior confirmet hanc electionem, non vocato confirmato, cuius electio non tenebat, non valebit confirmatio, quæ licet ſine cauſæ cognitione fieri poſſit, vbi nullus eſt contradictor, vel poſſeſſor, vel confirmatus, vbi tamen aliquod iſtorum interuenit, ſecus; de electionib. tranſmiſſam, & capitulo dudum, ſecundo. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fin. Item forſan, ſi alius ſolummodo eſt electus, dic vt de
b electionibus, capitulo vltimo,[b] li. 6. ſalua citatione iuris, de qua, eodem titulo, cap. 1. Ratio autem diuerſitatis, quare licet electoribus, quod cõfirmatori nõ licet, eſt, quia primi cenſentur iure priuato, ſecundi publico, ſcilicet vice iudicis. facit quod dicam infra de ſententia excommunicationis, ſi vere. in gl. hic patet, in fi. [Peccat.] quia non recepit [grauiter.] putant Gl. & Ab. & Petrus eum leuiter, & venialiter peccare propter rationem, quæ ſequitur. [Virtutis.] id eſt gratię, & executionis. habebit ordinatus ab illo executionem ſe
6 cundum Inno. & Hoſt. Dicit † autem hic Abb. per hoc ſoluit quæſtionem, an excommunicatus minori celebrare poſſit pro defunctis, ita, ꝙ eis proſit oblatio. & mouet dubium, quia cum is, qui diſplicet &c. 3. quæſt. 7. indicet. 49. diſt. §. primo, ſed verum eſt, quòd prodeſt, vt hic. & cõtrarium loquitur de intercedente pro illo, qui diſplicet, id eſt qui damnatus eſt. (Collationem) cõtra, ex quo ſuſpenſus eſt a participatione, ergo & a collatione, cum ſibi non liceat ſacra contingere, 81. diſt. eos. & capitulo miniſter, & capitulo oportet, & maxime hoc in collatione ordinum, quę fieri nõ dēt ſine miſſa. 75. diſt. cap. primo, tertio, & quarto. Solu. dicunt quidam, quòd licet peccet in eo, quod miſſam celebrat, non peccat in eo, quòd ſacramentum confert. Dicit Innoc. quod peccat conferendo ſacramenta, vt hic prima quæſt. prima, omnia. 95. diſt. illud, exceptis expreſſis a iure, vt eſt baptiſmus. de hoc infra titulo primo, capitulo primo, ſed ſubditi non prohibentur illa ab ipſo recipere, & ſic non prohibetur a collatione quo ad ſubditos, ſed participando, & percipiendo ſe commaculat. Hoſt. dicit, quòd conferens non participat, quia non confert principaliter ad ſuā, ſed ad aliorum vtilitatem. Qui vero ad ſui vtilitatem illa recipit, proprie participat, id eſt partem capit. prohibetur ergo a perceptione, quæ ſuam vtilitatem reſpicit, non a colatione, quæ vtilitatem reſpicit aliorum, argumẽto ff. de dolo. lege prima, de collu. cap. 1. de his quæ fiunt a maiori parte capituli, quæſiuit. [Anathemate.] id eſt maiori excommunicatione, vide quòd dixi de iudic. cum non ab homine, ſuper verſic. anathematis. (Feriẽ
7 dus,) per ſcientiam. Inno. ¶ † Gl. tertia ſignat contrarium, ſoluit ex ſolutione, infert quæſtionem rationis, cui reſpondet, cui reſponſioni opponit, & ſoluit. ¶ Gl. ſed quid, quærit, & ſoluit, ſecundo quærit, & arguit. ¶ Penultima gloſſ. ponit tres lecturas illius verſiculi,
8 dummodo. ¶ In gl. † hæc eſt. (ibi, qui teſtamentum.) ſi teſtator ei, qui vltra certā quantitatem capere nõ poterat, licitam quantitatem legat, & vltra, dicẽs ſe maiorem ſummam ſibi debere, illam reddi iubet, præſumetur dictum in fraudem, nec debebitur, niſi probet illam debitam. Idem in eo, qui rogauit palam, & tacite vel tacite tantum, vt in lege ſequenti. ¶ In gloſſa
9 † ſecunda. (ibi, maior) licet enim excõmunicatus maiori, & minori ſint excluſi a celebrando: tamen celebrando non peccant æqualiter. & idem id ſuſpenſo, excommunicato minori ſecundum Goffr. ¶ In gloſſa tertia. (ibi, mortali.) forte putat gl. Innoc. Hoſtien. ponẽdo hæc verba in ſuis primis gloſſ. communicantem excommunicato peccare mortaliter. de hoc dixi, quod metus cauſa, ſacris, in vltima quæſtione. ¶ In gloſſa minor. (ibi, iuriſdictione.) Idem videtur ſecundum Hoſtien. ſi ſit ſuſpenſus ab officio tantum, vel beneficio tantum, quando iuriſdictio ſpiritualis, vel tempo
c ralis eſſet ſequela illius, a quo[c] ſuſpenſus eſt. dicebat hic Vincen. quot ſunt res, vel cauſæ, tot poſſunt eſſe ſuſpenſiones, vt ab ingreſſu eccleſiæ, ab officio, a iuriſdictione, a beneficio, & ſimilibus. vide ſatis de hoc in clementina de pęnis, cupientes, in gloſſ. nota. nouam. ¶ In gloſſa, ſed quid. (ibi, non credo.) idem Hoſtiẽ. &
10 Abb. ¶ In glo. hæc eſt. (ibi, non poteſt.) vnde nec † ad dignitatem, nec ad ſimplicem clericatũ eligi poterit ſecundum Innocen. Sit ergo cautus eligendus, vt primo confiteatur, & abſolutionem obtineat ſecundum

Petrum, dixit tamen quòd cum promoto ante abſolu-
tionem diſpenſabit epiſcopus, ex quo eſt occultum, im
mo nec propter occultum poſſet & cum remouere, de
temporibus ordinandis, ex tenore, & capitulo fina,
¶ In gloſſa penultima. [ibi, quidam] Innocen, ſcilicet
poſt cuius apparatum fuit hæc gloſſa. [Et ibi, ſuſpen-
dendo.] iſtud tamen non liceret hodie inferioribus a
papa, niſi ſeruata forma decret. de ſententia excom-
municationis, & capitulo conſtitutionem. lib. 6. vt eo-
dem lib. & eodem tit. ſtatutum.

ADDITIONES.

a ¶ Temporalibus. Vide Ioannem Andr. in capitulo, quod ſicut de ele. poſt gloſſ.

b ¶ Capitulo vltimo. Vbi vide plenius Ioannem Andr. & eodē titulo, auaritiæ.

c ¶ Quo. Vide de hoc plenius in capitulo cum dilectus. de conſuetu. per gl. Ioan. And.

¶ De non ordinato miniſtrante. Rubrica.

¶ Viſo de ordinatis, qui poſt interdictum celebrant,
videndum eſt de non ordinatis, qui celebrant, vel offi
cium ordinis, quem non habent, exercent.

SVMMARIVM.

1 *Non ordinatus miniſtrans quo caſu pœnæ ſubiaceat huius decretalis.*

2 *Falſi tenetur qui ſe ingerit pro ea perſona, quam non habet, & quo caſu.*

Inſignijs alienis vtens leg. Cornel. de falſis tenetur.

De eccleſia abijci quis qualiter intelligatur.

3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 Si quis. Clericus. Hoſt. † [Ordinatus.] vt ſi acoly-
tus vſurpet officium ſubdiaconi, ſubdia
conus diaconi, & ſic de ſingulis, non ta-
men habet hoc locum, quando acolytus vel alius nou
in ſolenni apparatu dicit epiſtolam, ſicut fit tota die
ſecundum Hoſtien. & de hoc ſupra de vita, & honeſta-
te clericorum, vt quiſque. [Temeritatem.] quinimmo
2 & falſitatem nam ſi quis † ſe ingerit pro milite, cum
non ſit, & vtitur illius inſignijs, tenetur lege Cornelia,
de falſis, & eſt pro commiſſi qualitate grauiſſime pu-
niendus, ff. ad legem Corneliam de falſis. l. eos qui.
§. fina. ſecundum quem non excuſat conſuetudo con-
traria, ſupra de cōſuetudine, quanto. [Abijciatur.] per
excommunicationem, niſi ſe correxerit, vel per bene-
ficij priuationem, ſeu depoſitionem, argumen. ſupra
titulo primo, capitulo tertio, & capitulo illud, in fine,
& capitulo fraternitati, niſi papa diſpenſet, quod dic,
3 vt infra capitulo primo, ſecundum Hoſtien. ¶ In † gl.
prima. [ibi, licitum.] ita, quod ex eo meretur, non demere
tur ſecundum Tan.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus miſſam celebrans quid pœnæ patiatur.*

In nō ordinati miniſtrantis diſpenſatione quæ clauſula ex ſtylo curiæ ponatur, cum eo quis diſpenſet, num. 6.

Pœnitentiæ pars peracta ſufficit ad conſecutionem eius, quod peracta pœnitentia conceditur, vel concedi mandatur.

2 *Ad curam diligentem medicus ſpiritualis tenetur, & carnalis.*

3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*

Furem quis nouit tenetur iudicare, ſi celat, tenetur.

5 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 Ex literis. Caſus. † Diaconus miſſā celebrans
ad ſacerdotium non promouetur,
ad tempus a diaconatu ſuſpendi-
tur, ſed in beneficio cum eo poterit diſpenſari. Cōmu-
nis diuiſ. ſecunda ibi, Conſultationis. [Triennio.] ha-
bet communis ſtylus curiæ hāc clauſulam, cum eo ad
tempus iuxta arbitrium tuum ſuſpenſo diſpenſes. per
quod dicit Hoſtien. quòd plus, vel minus temporis po
terit epiſcopus arbitrari, quo tempore lapſo, & acta pœ
nitentia, vel ipſius parte, diſpenſabit, de temporibus
ordinan, ex tenore, infra titulo ſecundo, capitulo fina.
[Suſpenſus] ſic ſupra titulo primo, latores. (Beneficio)
quod obtinet, vt innuunt ſequentia, vt dicit Hoſtien.
2 (Curam.) no. Hoſtien. quòd † medicus ſpiritualis tene
tur ad curam, & ad diligentem, nec mirum, quia tene-
tur etiam carnalis, de homic. tua nos. de ætate & qua-
litate, ad aures. (Regularem,) infra titulo ſecundo, per
totum. ¶ Secunda gl. reſpon. per quæſtionem, an confi
3 ceret. ¶ Penultima gl. quærit, & ſoluit. ¶ In † glo. ter-
tia. (in fine.) qui furem nouit, iudicet vel non, non te-
4 netur, ſed ſi celat tenetur. ¶ In † gl. ſecunda. (ibi, quod
autem.) & de conſecratio. diſtinctio. prima, capitulo
primo, ad finem. Lau. & quid dixit hic Goffr. ibi, vide
ſuper 1. gloſ. ¶ In gl. fine. ibi, diſpenſatione.) papali,
vt dicam in gl. penul. ¶ In gloſ. ſic. 50. diſtinctio. (in fi
ne.) T. ſupra de cler. puguan. in duello, Henricus. per
quæ iura dixit hic Innocen. quod quaſi ſemper in bene
ficijs diſpenſare licet epiſcopis. ¶ In gloſſ. penultima.
5 (ibi, non † credo.) idem Hoſtien. & Goffre. in Spec. de
lega. §. nunc de epiſcoporum, verſic. 18. quia ſi cum or
dinato, qui ſuſpenſus celebrat, ipſe ſolus diſpenſat, er-
go & cum non ordinato, qui magis peccare vr̄. & hoc
in ſuſcipiendo, in ſuſcepto, & beneficio ſecus, vt hic
Innocen. in decre. dilectus, de temp. ordin. ſimplici-
ter dixit epiſcopum diſpenſare poſſe cum non ordina-
to miniſtrante per hæc capitula,

¶ De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*

De promoto per ſaltum quæ iura alia, quam hæc canonica loquantur.

1 ¶ † Miniſtrat interdum non ordinatus, interdum præ-
poſtere, vel per ſaltū ordinatus, ideo &c. habetur ma-
teria, 52. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinatur ignoranter per ſaltum de ſubdiacono presbyter, quid iuris, in princ. & in fine, cum eo quis diſpenſare poſſit, num. 6. & 7.*

Ordines quomodo conferendi ſi dubitet de alia priori eorum collatione, numero 3. quo tempore conferendi, num. 4. ſi ante 14. annum conferantur, an obligentur ad continentiam, numero 5.

Ordines minores an eſſent in eccleſia primitiua, nu. 7.

Confeſſionem propalare quando quis poſſit.

Credendum bonis viris.

Pœnitentia impoſita pars peracta conceditur.

2 *In baptiſmo conferendo, ſi hæſitetur, an quis ſit alias baptizatus, qua cautela vtendum.*

3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*

5 *Profeſſus ante 14. annum an ſit monachus.*

CAPVT I.

Duæ literæ. Caſus. † Qui ignoranter per ſal-
tum de ſubdiacono ſit presby-
ter poſt pœnitentiam in diaco-
nũ ordinatur, & demum ſecum poterit diſpenſari in ſa-
cerdotio. Cõis diuiſ. 2. ibi mandamus. [Fecit.] ignorã-
ter. [Secreto.] vt iudici, non vt confeſſori, ne ſit cõtra.
de pœn. & re. omnis. niſi forſan ipſe procurator ſe publi
caret, & confeſſorem in teſtem induceret, de ſimonia.
nemo. de adulterijs. ſignificaſti. ſecundum Hoſt. [Bo-
ni viri.] talibus credẽdum eſt, ſupra de procuratorib.
in noſtra. Hoſt. [Conuerſatus.] ſic ſupra de electionib.
poſtquam. [Inferiores.] ſacerdotio, alias parũ iuuaret
excuſatio, ſi poſtea in prouecta ætate ſuſcepiſſet ſubdia
2 conatum. [Peracta] vel eius parte [Procures] poterit †
eps ratione dubij præmittere illa verba, ſi non es ordi
natus &c. & gerere in animo, & in hoc inſtruere ordi-
nandum, quòd ſi ille fuit alr ordinatus per orationes,
vel vnctiones nil dare, vel recipere intendãt. & eſt ſi-
milis cautela de baptiſmo. capitulo ſecũdo. ſecundum
3 Hoſt. ¶ Gl. † ſecunda ponit differentiam matrimonij
carnalis ad ordinem. ſecundo quærit an impubes ordi
natus &c. argumen. quod non. ſoluit contrarium va-
cilando. ¶ Vltima gl. quærit, ponit opinio. Hug. demũ
opinio. Vin. quam approbat. ſecundo quærit, & ſoluit.
4 ¶ † In gl. prima, in fi.] qualis illius, qui proprium no-
men ignorat. C. de hæredi. inſtituen. l. ſi. Goffr. ¶ In gl.
ſecunda ibi, non debeant.] niſi in ætate hodie termi-
nata per conſtitut. clemen. de æta & qualita. generalẽ.
[Et ibi, carnali.] ſup. quòd a tali contractum nullũ eſt,
niſi &c. (Et ibi matrimonium.] de hoc ſatis dixi ſupra
de ſponſa. tuæ. [Et ibi, annexum.] de hoc de cler. coniu-
5 ga. cum olim. [Et ibi ante † 14. annum.] hoc tenet hic
Innoc. ſupra de temp. ord. vel non eſt compos. vbi te-
nebat, ꝙ ſatis eſt ordinatum infra pubertatem, con-
tradicere ante pubertatẽ, & perſeuerare vſque ad finẽ
pubertatis in contradictionem, vel contradicere ſta-
tim in fine 14. anni, & illud ſtatim, intelligit ibi Hoſ.
de triduo per decre. ad noſtram. de regulari. Induce-
bat autem Innoc. rationem, quia cum expreſſe per vo-
tum continentiæ ſe non poſſit aſtringere ante puberta
tem. 20. quæſt. 1. cap. 1. multominus tacite per ſuſce-
ptionem ordinis, nec putat, ꝙ finita pubertate ſit ne-
ceſſe illum interrogari, ſicut dicitur de ingreſſo, & no.
de regularib. cap. primo. Diuerſitatis ratio, quia ordi-
natus, quamuis minor, habet characterem. de facili er
go tacite inducitur votum ordini annexum. Sed pro-
feſſus ante 14. annum non eſt monachus, & ideo requi
ritur expreſſus conſenſus, vel ratificatio æquipollens,
ſed Hoſt. non placet ibi hæc diuerſitas, cum vtrunque
& expreſſe & tacite ratificetur, vt patet de reg. cap. 1.
lib. 6. [Et in fi.] adde, quod ibi dixi. & de hoc 1. quæſt.
6 1. pueri. ¶ In gloſſ. vlt. ibi, Poteſt.] quando hoc † facit
ignoranter. Secus ſi doloſe, & ſcienter, quia tunc ſecun
dum Hoſtien. non diſpenſare tñ niſi papa, nam & men-
tem capituli ſupra proximi, & infra proximi oſtendit
ſecundum eum, cum ſit idem non eſſe ordinatum, &
eſſe nõ debito modo. ad hoc ſupra de translatio. inter
corporalia. [Et ibi habuerit.] erat tamen baptizatus,
al. tene quod habes de presbytero non baptizato, ca-
pitulo primo & vlt. [Et ibi, ſicut.] vbi de hoc, & 52. di-
ſtinctio. ſollicitudo. Et ibi, vnum] tex. ita iacet, vnum
faciunt presbyterũ. & electio, & confirmatio vnum fa-
ciunt epiſcopum. [Et ibi Vinc.] Petrus Hiſ. & Goff. [Et
ibi, & ſi nullum.] Inno. hoc ſic probat, ſupra de presby.
7 non bapt. capit. 1. Tempore † apoſtolorum in primiti-
ua eccleſia non erant minores ordines, eccleſia enim
ipſos primo conſtituit. 22. diſt. §. primo, & tamen ipſi
apoſtoli fuerunt ſacerdotes, eadem diſtinct. in nouo.
& licet id teneat, dicit tamen reſponderi poſſe eccle-
ſiam conſtituiſſe minores ordines ante, quàm aliquis
apoſtolus ordinaretur, quod etiam illa litera ſonare vi
detur. [Et ibi, ſacerdos] Bar. Bri. contra. 52. diſt. ſolli-
citudo, nec contradicit dec. ex literis, quia non loqui-
tur de ordine, ſed de executione, & hoc placet.

¶ De eo, qui furtiue ordines ſuſcepit. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De ordines furtiue ſuſcipientibus tractetur alibi, quam hic.

1 ¶ Ordinatur quis quandoque per ſaltum, & hoc vi
dimus, quandoque furtiue. & de hoc ſubijcijt. facit ad
materiam 63. diſt. Salonitanæ. & nona quæſt. ſecunda.
Lugdunen.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem ſi quis furtiue recepit, quid iuris.*
Cum eo quis diſpenſare poſſit, & nu. 2. in fi. & 4.
2 *Ad fidem quis non cogitur.*
Ad religionem pari modo.
Volũtatis quæ ſunt a principio, ex poſt facto ſunt neceſſitatis.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*

CAPVT I.

1 Veniens Caſus. † Qui furtiue recepit ordinẽ,
ſi contra hoc facientes excommuni
catio lata erat, ſine diſpẽſatione pa
pæ in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcen-
dere non poterit, ſed ſi excommunicatio lata nõ erat,
epiſcopus, & abbas poterunt diſpenſare. hoc dicit ru-
brica. & huius decret. pars prima narrat factum. In ſe-
cunda ibi, vnde ponitur reſpõſio diſtinguens, & ſubdi-
ſtinguens ſecundum membrum diſtinctionis ibi, ſi ve-
ro. cuius ſecundi ſubdiſtinctio ibi, alioquin. [Suſcepiſ-
ſe.] nunc volebat promoueri in presbyterũ, quærεba-
tur, an hoc fieri poſſet ſaltẽ ex diſpenſatione epi. [Ab
aliquo.] forte plures erant in eccleſia. de hoc ſupra de
officio deleg. quoniam. [Sacerdotale.] de quo quære-
2 batur. vt dixi ſupr. [Moneas.] ſicut † enim quis ad fidẽ
non cogitur, 45. diſt. qui ſincera, ſic nec ad religionẽ,
vel ad ſacros. Hæc enim res non eſt præcepti, ſed voti.
2 32. quæſtione prima, integras. [a] hæc autem omnia, ex
quo ſuſcepta ſunt, ſeruanda ſunt. 23. quæſt. 5. ad fidẽ.
ſupra de regula. capit. fin. de cler. coniuga. capit. 1. &
2. ſic in arbitrijs, & in contractibus. ff. de arbitris. l. 3.
§. 1. C. de act. & obligatio. ſicut. ſecundum Hoſt. [Con
uerſatus] ſup. Hoſtien. & pœnitentiam ſibi impoſitam
peregit, vel partem ipſius. puto, quòd textus caute hoc
omiſerit per id, quod habes, de pœn. diſtinctio. prima.
§. his auctoritatibus. & ſupra, de voto ſcripturæ. vbi de
hoc. Pro Hoſtien. tamen facit, infra capitulo fin. [Pro-
moueri.] quaſi innuat ſecundum Hoſtien. quòd in ſu-
ſceptis poſſet epiſcopus diſpenſare. idem Abb. quod
puto verum de alijs prioribus, nõ de furtiue ſuſcepto.
3 ¶ † Glo. 3. arguit, & id approbat, & remittit, & ponit
lect. in vno. ¶ Gl. quarta arguit & reprobat. ¶ Vltima
4 gl. exponit, arguit, & remittit. ¶ In † gl. tertia. [ibi, la-
ta fuit.] dicit Hoſt. quòd cum furtiue ordinato, etiam
ſi excommunicatio lata non fuerit, Rom. eccl. de faci-
li non diſpenſat niſi religionem ingrediatur. ¶ In glo.
vlt. [ibi, ſequitur.] Idem Hoſt.

ADDITIO.

2 ¶ Integritas. Imo propter delictũ videtur religionis ingreſſum
q's cogi. vide de cõuer. cõiu. gaudemus. in gl. 24. d. fraternitatis.
Io. And. ſuper 5. Decr.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem furtim qualiter quis recipiat, & conferenti ignorā ter non imputatur, alias puniendus.*
Cum furante ordines quis diſpenſet, nu. 4.
Ordines plures vna die recipere non licet.
3 *Diſpenſatio abbatibus, & minoribus epiſcopo prælatis eſt probibita, an capitulo etiam, remiſ.*
Prælati minores epiſcopo tenentur referre grauiora.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

Cum H. Summauit ſup. cap. proximo. & pars
prima narrat factum, ſecūda diſtin
guendo reſpondet. ſecundum mem
brum ibi, ſi vero. [Ordinationis cauſa] vt ordinaretur
a ſe. [Recipit.] ſimul cum illis, & eadem die. receptis
1 † enim minoribus furtiue immiſcuit ſe inter acolytos,
qui debebant ad ſubdiaconatum promoueri. & ſecun-
dum hoc epiſcopo ignoranti non imputatur, alias, ſi
ſciuiſſet, ipſe tanquam maior eſſe grauius puniendus,
de tempori. ordi. dilectus, de translatio. capitulo ſe-
2 cundo, ad finem. [In hoc facto.] quod vna die † recipit
ſubdiaconatum cū quatuor minoribus, minores enim
tātum, vel ſubdiaconatum tantum recipere licuiſſet.
Quid ſi ſolum acolytatū recepiſſet cū ſubdiaconatu,
ſecundum Hoſt. Eodem modo excederet, licet non in-
tantum. Receptio enim plurium ordinum ſimul intel-
ligitur prohibita, niſi ſit permiſſa, arg. hic, & infra capi
tulo proximo. ſupra de temp. ord. dilectus, ad hoc de
transla. capit. 2. ver. ſed neq; [Abb.] proprie, ſecundū
T. & Vinc. licet Ala. dixerit epiſcopum eſſe abbatem.
ſupra de iudic. cauſam. vel habebat iſte abbas priuile-
gium ordinandi monachos ſuos, vel requiritur in di-
ſpenſatione epiſcopi conſenſus abbatis ſecundū eum,
3 & Goffr. Dicit hic Innoc. & placet Hoſt. quod † abba-
tibus, & minoribus prælatis ab epiſcopis omni caſu di
ſpenſatio eſt prohibita, vbi nō apparet manifeſte per-
miſſa, nam grauiora tenetur referre, de officio archi.
capitulo primo, & capitulo ad hęc, de off. archipresby.
cap. fin. ad hæc, infra tit. primo, accedentibus. & de iu-
a dic. at ſi clerici. [a] & idem dixi de poſtu. præla. cap. vlt.
ad fi. mag. gl. & per hoc ſit reſponſum ad omnia iura,
quæ illos diſpenſare permittunt. & de hoc in Spe. titu.
2. §. ſunt quoque. in fi. & §. videndum. verſ. quid ſi col-
latio, dicit Innoc. quoſdam dicere, quod capitulū di-
ſpenſat, arg. de præb. cum nō ignores. de ſimo. ex inſi-
nuatione. 16. q. 1. eccleſia, vbi de hoc. ſed dicit ſe non
videre, qūo illa capitula pro eis faciāt. ¶ In gl. prima.
4 † ibi, capitulo tertio.] & ibi de hoc. & ibi videas. dixe-
runt hic T. & Vinc. hoc maxime verum in diebus depu
tatis ad ordinationes, in alijs ſufficiat duos cōcedere
per præ. decre. ¶ [In gl. 2. ibi, tenorem.] Innoc. in decr.
dilectus. de temp. ord. ſimpliciter tenet, epiſcopum di
ſpenſare poſſe ſecundū diſtinctionem decr. proxi. poſ-
ſet dici ſecundum Hoſt. ꝙ quantum ad minores etiam
furtiue receptos diſpenſent epiſcopi. ad hoc, quod le-
gitur, & notatur, ſupra de biga. capitulo ſecundo. In ſa
cris vero ita eſt interdicta, ꝙ nec papa diſpenſat de fa-
cili, ſecundum quod dixi ſupra cap. proximo, ſuper ter
tia gl. [Et ibi, excommunicatio.] T. & Vinc. ſic dicūt,
vt ſcilicet ſi non fuit prohibitum ſub excommunica-
tione, ne quis furtiue ordinaretur, epiſcopus diſpenſa-
re poſſit cum eo in ſæculo remanente, alias non. & per
hoc videtur innuere, quod cum recipiente minores, &
ſubdiaconatum eadem die poſſit epiſcopus diſpenſa-
re, de recipiente duos ſacros eſt opinio, & vide in Spe.
tit. ſecundo. §. nunc oſtendendum. verſic. 52. & 53. &
§. nunc de epiſcoporum. verſ. prohibentur.

ADDITIO.

a ¶ Clerici. Facit quod no. de off. or. quanto. per Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus a non ſuo epiſcopo eſt ſuſpenſus.*
Cum ordinato furtiue quis diſpenſet, num. 6.
2 *Pro ordinato rite quid ſi longo tempore habitus ubi dicatur ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel alias minus canonicè.*
Reputatio ꝙ quis ſit ordinatus quid operetur, & nu. 3.
Pro tali ſe gerere quid, ibid.
3 *Electionem factam eſſe a poteſtatem habentibus, quando electus debeat probare.*
Quod iudex quis non fuit, cui incumbat probatio.
4 *Solennitates an præſumantur.*
Excommunicatus ordinē an ſuſcipiat, matrimoniū contrahit.
Ordines qui clam ſuſcipiunt ad tēpus ſuſpendūtur, vide n. 5.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT III.

Innotuit. Summatum eſt ſupra, capit. 1. Cōīt
diuiſ. 2. ibi, Conſultationi, quæ di-
ſtinguit. & ſm ibi, Veruntamē. [Ac
ceſſerunt.] forte de tua licentia ſecundum Hoſt. & ſic
1 ceſſet dictum Inn. qui † dicit hic probari ordinatum à
non ſuo epiſcopo eſſe ſuſpenſum, iſta. n. pęna hic impo-
nitur propter excōicationem, contra quam recepit or
dinem, vel quia ꝯ iura, & furtiue. de hoc autem vide
quod dixi ſupra de temporib. ord. quod translationē.
2 Quid † ſi illi, qui longo tpe habitus eſt pro rite ordina
to, nunc obijcitur, ꝙ fuit ordinatus a non ſuo epiſco-
po, vel extra tempora, vel alias minus canonicè. Dicūt
quidam, quod niſi aliud probetur, rite ordinatus præ-
ſumitur. ad hoc de presby. non bap. capit. fi. in fine. &
quod ibi dixi, & ſupra de præſump. cap. fin. de iudi. cū
deputati, de cle. peregri. inter quatuor. Hęc. n. ſunt pro
babilia argumenta, de quibus ibi loquitur. ſufficit pręterea, ꝙ ſic agit & contrahit, & ꝙ ab epiſcopo & vici-
nis talis eſt & fuit reputatus, ff. ad Maced. l. 3. 1. reſpon
ſo. ī. de ſent. excommunicatio. in præſentia. & de hoc
dixi de accuſa. ſuper his. in gl. ad excipiendum, verſi.
ſi autem. aliqui dicunt, ꝙ ſi epiſcopus proprius exinde
referat quæſtionem, neceſſe habet ipſum certificare.
ad hoc ſupra tit. primo, capitulo vno. & quod no. de re
iudi. in prima regula, lib. 6. alias interdicet ſibi execu-
tionē in poſterū, licet quo ad præteritū poſſit ſub diſ-
ſimulatione tranſire, argumē. ſupra de conſe. eccl. vel
alt. aqua. Dicit Hoſt. in facto recenti ſtandum ſecun-
dæ opinioni. In antiquo vero ſtandū eſt primæ, & hoc
de ęquitate. & facit quod dixit ſ. de cler. ex. mi. propo
3 ſuit, ſuper vlt. gl. In † electione autem, vbi facta eſt per
eos, ad quos de iure cōi non pertinet, oportet electum
probare poteſtatē datā fuiſſe electoribus, ſiue hoc ap-
ponatur ante confirmationē, ſiue poſt, ſupra de appel
latio. conſtitutis, & capitulo conſtitutus. Idē eſt, qñ di
citur, ꝙ is, qui tulit ſententiam, iudex non fuit, ſecun-
dum Innoc. Hoſt. in hoc vlt. remit. ad no. de oſſ. deleg.
cū in iure, & ibi ſuper prima gl. poſt prin. poſui ad lite
a rā. quod hic no. Innoc. [a] de hoc. Item quod hic de † ſo-
4 lennitatibus. an præſumantur, poſui de re iudi. ſicut. ſu
per 3. gloſ. [Sententia.] non dicit pœna, quaſi notet ſe-
cundum Hoſtien. quod erat contrafaciens ipſo iure ex
communicatus. [In ſuſceptis.] ſi ordo in excommuni-
catione ſuſcipitur, fortius matrimonium tunc contra-
hi poteſt, patet ſupra, de eo qui duxit in matrimo-
nium, ſignificaſti. [Pęnitētia.] vel eius parte, de furtis.
capitulo fin. [Proceſſu temporis.] ſemper enim ad tē-
pus tales ſuſpenduntur, ſupra titu. 2. capit. 3. [Licen-
tia.] generali, ſecūdum Phi. tu dic contra, vt ſupra ca-
pitulo

6 pitulo primo. ¶ Vlt.gl.ſoluit † quæſtionem, & arguit.
¶ In gl.2.ibi,excommunicationis]& ſic ſoluitur ſecū-
dum Abb.contrarium,ſupra de temp.ord.literas, vbi
ſuſpenditur ſic ordinatus ſolum ab executione ſecūdi
ordinis,quem ſuſcipere non debuit. Ad idem ſupra c.
proxi.ibi enim ſuſcepit ordines nō excommunicatus.
hic vero excommunicatus. ¶ In glo.vlt.ibi,ſuſceptis]
6 & intelligit † hic Hoſtiē.de ſuſceptis in hoc or.nam in
prius ſuſceptis poſſet epiſcopus diſpenſare ſuo iure,ad
hoc ſupra tit.2. cap. 2. vel ſecundum eum hic excom-
municatus promotus fuit,vnde irregularis, & ſic ſolus
papa diſpenſat.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De exceſſibus prælatorum loca alia iuris præter hęc dicentia.*

De exceſſibus prælatorum, vel ſubditorum. Rub.

1 ¶ † Supra in pluribus rubricis oſtenſum eſt de deli-
ctis ſubditorum, quæ interdum committuntur in præ-
latos,interdum alias iura oſtendēdo,ne prælatis exin-
de aliqua elatio proueniat, ſubmittit, & de ipſorum
exceſſib.ſecundum Goff. vel ſecundum Hoſt. viſo de
ſpecialibus delictis prælatorum & ſubiectorum, nunc
2 de ijs generalem rubricam ſubmittit. non † habetur
hęc materia in decretis.repentur autem in 6.& in cle.
Congruit,de vi.& ho.cle.vt clericorum.§.prælati.

SVMMARIVM.

1 *Prælati monētur abſtinere à grauaminibus ſubditorum, & comminatur vltionem contrafacientibus, & nu.2.3.& 4.*
Moderatum petere poſſint auxilium, & nu.1.
Defendere ſubditos tenentur, nu.2.
Taliæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi conceſſæ probentur.
2 *Canonici, & epiſcopus faciunt vnum corpus, et quando vnus ſine reliquo nihil poſſit, & nu.5.*
In caſu diſcordiæ quando diffinitioni epiſcopi ſtetur, quando capituli.
Epiſcopus quòd habeat vocem in capitulo vt prælatus, vel vt canonicus quid interſit.
3 *Capituli ſanior pars ſemper dicitur maior, quæ ſine eo neque et epiſcopus, nu.5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
Subditi ſuperindictis, & immoderata æſtimatione damni infecti grauandi.
Exactores fiſcalium cauſarum ne executionem nō ſuſcipiāt.
5 *Additio gloſſarum.*
Suſpendere clericos perpetuo, vel ad longum tempus interdicere perpetuò eccleſias quis poſſit.
6 *In ſuſpenſionis ſententia non eſt admonitio neceſſaria, excipitur.*
Ex, & interdictum eſt pœna, in quibus ſimiles ſibi, & excommunicationi.
Pœna quæ ſine monitione etiam pœnitenti & correcto imponantur.

CAPVT I.

1 **Peruenit.** Caſus. † Monet prælatos abſtine-
re à grauaminibus ſubditorum &
comminatur pęnam contrafaciē-
tibus.ſecunda ibi, Scituri [Fratres]epiſcopi ergo ſub-
ditos fratres vocant, & filios, vt hic patet, de hoc de
crimine fal.quām graui[Talias] iſtæ ſemper intelligū
tur illicitæ,niſi a iure,conſue. vel ſtatuto facto ab illo,
qui hoc poſſit,probentur eſſe conceſſę.10.q.3.quia.9.
quæſt.3.conquæſtus,ſm Inno.& Hoſt.facit de iure pa.
præterea.2.moderatum tamen auxilium cum eharita
te petere poſſunt,de cenſi.cum apoſtolus. Innoc.[De
cætero]quod tamen nec olim facere debuerunt.Hoſt.
2 [Graueris]cum eos† defendere teneantur, de reſtitu.
ſpol.conquerente,de na.ex li.ven.cap.vno[Capituli]
dicebat hic Hoſt.no.ꝙ epiſcopus, & canonici faciunt
vnum corpus,cuius corporis epiſcopus caput eſt,cano
nici membra, vnde in ijs, in quibus epiſcopus vocem
habet vt prælatus, requiritur conſenſus tam epiſcopi,
quam capituli ita, ꝙ vnus ſine reliquo nihil poteſt: &
ſi diſcordent,epiſcopi eſt diffinitio, cui ſtabitur, niſi
aliud rationabile obſiſtat. probantur hæc ſecundum
eum 12.di.non decet,& c.his,ſupra de præſcript.cum
non liceat.de his,quæ fi.à præla.nouit,& c.quanto. de
his quæ fi.à ma.par.capit.capitulo ſecundo, & ſir. de
magiſ.qnia nonnullis.vbi vero vocem habet vt cano-
nicus,non epiſcopi,ſed capituli eſt diffinitio, & ſtabi-
tur maiori & ſaniori parti,niſi aliqd rationabile obij-
ciatur,& probatur,de his quæ fi.à maiori par. capi.ca-
pitulo primo,de elec. coram. Secunda differentia ha-
betur de conceſ.præb.poſtulaſtis. Tertia differentia
colligitur de app.à collatione,li.6. Quarta,quia ſecū-
do caſu conſideratur vox ſua vt canonici ſingularis:
ſed in primo vt prægnās eſt & auctorizabilis, vnde nil
poteſt capitulum ſine ipſius conſenſu,nec è contrario.
& pręlati eſt diffinitio,de tempor. ord. ſi archiepiſco-
pus,& ca.ſe.& quod dico capitulum non poſſe ſine ꝓ-
lato,intelligo ſede inſtitu a: ſecus enim illa vacante,
de maio.& obedien.cum olim,& capitulo his quæ, de
3 hæreticis,ad abolendam. Dicit † etiam hic Hoſtien.
quòd ſemper ſanior pars capituli dicitur maior, nec
vnquam minus ſana dicetur maior,remittens ad not.
de his,quæ fi.a maio.par.capit. capitulo primo, & de
hoc de electio.eccleſia.2.[Ordine iudiciario] non di-
cit ſine iudicio capituli ſecundum Hoſtien.[Præſumatis]contra multa grauamina,quæ pręlati inferunt ſub
ditis,maxime exemptis, prouidit conci.Vien.eod.tit.
frequens [Peruenerit] & nobis exinde fides facta fue-
rit,ne ſit contra,de ſimo.licet.86.diſtin.ſiquid de quo
4 cunque,ſecundum Hoſt. ¶ In gl.3.ibi. l.vna] ſuperin-
dicta ſine imperiali iudicio, etiam ad præfectorum li-
teras non debentur [Et ibi, ex damni] ex ſtipulaitone
infecti non fit immoderata æſtimatio,ſed ſeruetur mo
dus honeſtus , non cuiuſque immoderata luxuria
[Et ibi.§.hoc quoque]exactores fiſcalium priuatarum
cauſarum executionem non ſuſcipiant,ne publicarum
functionum occaſione ſubiecti lædantur. ¶ In glo.pe-
nult.ibi.§.omnibus autem] iniuſtè priuans ſubditum
5 communione priuabitur. ¶ In gl.4.ibi,excōicationis]
hoc non probat litera, vt dixi in tex.[Et ibi,ſuſpenſio-
nis]dixit Innoc.hoc intelligi poſſe de ſuſpenſione per
petua clericorum, vel perpetuo interdicto eccleſiarū,
vel ad multum longum tempus. hoc enim non fieret
ſine conſenſu c.de his,quæ fi.à ma.par.c. quæſiuit, vi-
de quod dixi de offi.archi.ad hæc, in glo.qualia ſunt,
de his,quæ fi.à præla.nouit,in fine, & hoc maxime cū
procedit ex officio forte contra abſentem, de accuſa.
qualiter.§.debet.ſed ſi in iudicio ſit contumax, ſolus
epiſcopus, vel quilibet alius iudex prædicta facere poſ
ſet,ſupra de off.deleg. ſanè, & excommunicare, eod.
tit.ex literis, vbi etiam ſubdelegatus excommunicat,
vel poſſet intelligi ſecundum Hoſt. quando agitur de
correctione canonicorum, vel clericorum iuriſdictio-
ni capituli ſubiacentium,ſecundum formam decr. ir-
refragabili.§.exceſſus,& ſupra de fo.compe. cum con
tingat: vel quando prælatus, & capitulum habent om
nia communia, & communiter inſtituunt, & deſti-
tuunt,de his,quæ fi.a præla.capitulo noſcitur, de offi.
archi.ad hęc.§.fina.de re iler.edoceri: vel quando cle-

rieus criminaliter accuſatur per can. quem ſtatim all,
gl, alias de iure & generali conſuetudine ſecundũ eũ
ſolius proprij paſtoris ſententia tenenda eſt, & timenda, 11. quæſtione tertia, capitulo primo, 16. quæſtio. 2. viſis, infra de ſenten, excommunicatio, capitulo primo, libro ſexto, de ma, & obe. cum in eccleſijs, de offi. ordi. cum ab eccleſiarum, & c. ad reprimendam, vnde dicit Innocen. ad tempus ſaltem modicum prælatum poſſe ſuſpendere ſubditum ſine admonitione, vt ſtatim dicam: imò & ſine cauſæ cognitione, ſi culpa, vel delictum fiat coram iudice. idẽ dixit in decre. apoſtolicæ, ſtatim alleg. ibi vide ar. contra. 45. diſtinſtio. capitulo primo, ff. de penis, moris. 35. diſt. capit. fina, ſed opponit hic imò videtur, quod epiſcopus non poteſt ferre ſententiam perpetuæ ſuſpenſionis, & tamen delegatus eius poſſit, ſup. de excep. apoſtolicæ. reſpondet, quòd delegatus perpetuò non ſuſpendet ſine conſilio delegãtis, de offic. deleg. ſi pro debilitate, ar. hic 34. diſt. quorundam. 50. diſt. ſtudeat. & delegans epiſcopus tunc requiret cõſiliũ capituli (& in fine) niſi ſcripſiſſet, ꝙ ſolus hoc facere poſſet, infra de conſue. capitulo. 3. libro ſexto. ¶ In gl. & ita, ibi, ſuſpenſionis) dicit
5 Innocen, & Abb. recitat, quòd † non putat in ſententia ſuſpenſionis neceſſariam admonitionem, cum inueniat illam ferri contra delinquentem non contumacem. 5. quæſt, 4. in loco. 2. quæſtione prima, nemo, vbi ponitur excommunicatio pro ſupenſione. Sicut enim aliæ penę probata culpa, vel exiſtente notoria imponũtur ſine monitione ẽt penitenti & correcto; ita & iſta. patet infra eod. quam ſit. excõicatio enim licet ſit medicina; ſuſpenſio tamen, & interdictum eſt pena, & nõ eſt proprie medicina. 2. queſtio, prima, multi. hoc autem dicit verum, quando ſuſpenditur pro crimine. vbi verò pro contumacia, tunc præcedit monitio. & ſic intellige de ap. reprehenſibilis, in princ. ſicut & miſſio in poſſeſſionem prædialẽ, ſupra vt lit. non conte. quoniam. §. in alijs. habent tamen iſta. ſ. excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum ſimilitudinem in ijs, quæ habentur ſupra de app, quoniam, de ſenten. excomm. capitulo primo, & cap. ſtatutum, libro ſexto (Et ibi, fiat) & interueniunt alia, quæ habentur infra de ſent. excommu. capitulo primo, libro ſexto, quæ hic exprimit Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconis eccleſias ſubditas epiſcopi non poſſunt ab eis liberare.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
Ius ſuum diminuere alicui citra eius conſenſum non poſſunt epiſcopi, iuncta gloſſ.
4 *Additio gloſſarum.*
Dignitas ex toto ſupprimi poteſt, & quando.
Fructus ad tempus an retineri poſſint, remittit.

CAP. II.

1 Ad hæc. C. Pars de app. ad hæc. 2. & de priuil. ad hæc, & hoc † dicit. epiſcopi eccleſias ſubiectas archidiaconis ab eis liberare nõ poſſunt. & eſt ſimile, quod de legato ad epiſcopum dicitur, ſupra de confir. vti. vel inuti. capitulo fina. Et primò ponit culpam epiſcopi, contra quam ſecundo dat iudicem (Corrigas) loquitur Canturi. metropo. epiſcopi ad quem ſpectat hæc correctio, de inſt. capitulo tertio, de cenſi. Romana, libro ſexto (Conſuetudines) ſi bonæ ſint. 11. diſt. catholica. Vinc. & ſupra de eo, qui mit. in poſſ. cum veniſſet. T. (Et illis) archidiaconis, vel. i. epiſcopis, quiſi reſeruentur archidiacono conſueta. epiſcopo reſeruentur; quæ ſunt debita.

2 ¶ † Gl. 1. rationẽ reddit, & arguit. 2. quærit, ponit op. arguit, & tenet contrariũ, ¶ Vlt. gl. arguit: alleg. contrarium, & ibi remit. ſecundo arguit, & remit. 3. literã
3 exponit. ¶ In † gl. 1. ibi. l. 1.) iudicata cõtra rempublicam defenſore carentem non valent (Et ibi, nec auus) vide de reſti. ſpo. audita, ſup 3. gl. (Et ibi, quicũq; . 2.) ibi dicitur, Conſenſu fiat omnium, quod eſt omnibus.
4 profuturum. ¶ In gl. 1. ibi, nunc vero) de hoc ſupra de reli. do. conſtiturus (Et ibi, ex toto) fatetur Hoſt. dignitatem ex toto ſuprimi poſſe. ſed dignitate manente, quandiu vacat, dicit non poſſe illi præiudicium generari, ne ſed. va. per totum, an vero ex cauſa poſſint fructus ad tempus retineri, remit. ipſe Inn. ſupra vt ec. be-
a ue. c. vno [a], in fi. (& ibi, cum acceſſiſſent) ad hoc etiam facit contra, quia ibi interuenit confirmatio Papæ (& in fi.) infra de reb. ec. non ali. dudũ, libro ſexto, & vide de cle. eo. tit. ſupra de reb. ec. non ali. ſi vna.

ADDITIO.

a ¶ Vno. Et vide de reſcri. ſi propter, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi non poſſunt eccleſias ſibi ſubiectas ad vſum retinere, niſi ex diſpenſatione, & alio caſu, nu. 2.*
Libellum non eſt neceſſe offerri, quando epiſcopus ex officio procedit.
3 *Additio gloſſarum.*
Ordinatione eccleſiæ mala caſſata, ad quem eius ordinatio pertineat.

CAPVT III.

1 Ad aures. C. † Archidiaconi eccleſias ſibi ſubiectas ad ſuum vſum retinere nõ poſſunt. & 1. narrat. 2. prouidet. & 2. ibi, M. quatenus [Dimittendas] niſi ſufficientem diſpenſationem oſtendant, de fil. preſ. ex tua. & ar. hic ſecundum Hoſtie. quòd in ijs, in quibus ex officio procedit epiſcopus, non habet neceſſe libellum offerre. de hoc remit. ſupra de ſimo. licet [Punire] hoc enim publice intereſt, infra de ſenten. excommunicatio. vt fa-
2 ma. ¶ In † gloſ. 1. ibi, hæc licet) de ſuperioris licentia ſecundum Hoſti. qui remit. ſupra de ſimo. ſicut nobis. ¶ In glo. 2. in fi.) dicit Innocen. quod videtur iuri congruum, quòd caſſata mala ordinatione ſuperior ordinet eccleſiam, & non is, cuius ordinatio eſt caſſata, ar.
a infra eo. inter, [a] in fi. Ipſe tamen hoc non putat verum, niſi in caſibus, in quibus hoc eſt expreſſum in iure, vel niſi iudex in pœnam delinquentis ſententialiter hoc ſibi retineat, nec tunc hoc poſſet, quando alius eſſet medius, ad quem hoc ius diceret deuolutum. Ius enim ad alium deuolutum ſibi retinere non poſſet, & adde quod no. ſup. de poſtu. bonæ. 2. de ſup. neglec. præ. capitulo ſecundo, de off. or. cum nos. ¶ In gl. vlt. in fi.) T. ſupra de offi. dele. de canſis, de accuſa. inquiſi. 1. reſpon.

ADDITIO.

a ¶ Inter. Vide Io. An. in c. cum noſtris, in gloſſ. & male, de conceſ. præb. poſt Inn. & in c. inter, infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Sodomitæ qua pœna afficiantur, & nume. 3. eorum quot ciuitates nume. 4.*
Ira dei menſuras habet.
Deijci a clero quis quando dicatur.
2 *Alienus fieri à cœtu fidelium quomodo dicatur quis.*

Et.

Et, pro ideſt.
5 *Suffragium, & additio gloſſarum.num.3.*

C A P V T IIII.

1 **Clerici.** C.† Sodomitæ, ſi clerici ſunt.deponun
tur,& in monaſterio detrudũtur,ſi lai-
ci,excõmunicantur. ſecũda ibi, Si lai-
ci[Ira Dei]quę tamen ſecundũ Hiero.ſuper Abachuc.
lib.2.menſuras habet,ſ.quantum, quãto tempore, ob
quas cauſas,& quibus inferatur[Conſumpſit]ira Dei.
& habetur Gen.19.[Clerici]ſęculares,ſecundum Hoſ.
qui exponit[deijciantur a clero]i.degradentur, vel be
neficijs priuentur.& quod ſequitur[& ad agendam]ip
ſe habebat[vel ad agendam] & tunc ſupplet, vel ſi fue
rint religioſi, & ad agendam &c. & ſimilis diſtinctio
ſecundũ eum,de cler.excom.mi.poſtulaſtis. §.1.[Sub
2 dantur)vt cogantur pęnitentiam agere quouſque † re
ſipiſcant ſecundum Hoſti. vel per principem ſecularẽ
fient alieni per decapitationem, vt dicit gl.vel illud,
&, quod præcedit, ponitur pro ideſt ff.de verb.ſig.ſæ-
pe,ſecundum Goff.& vide quod dixi de vi. & ho. cler.
3 monaſteria.¶ In † gl.ibi,cum vir]quæ dicit tales infa
mes,& gladio puniendos.¶ In gl.vlt.ibi,circa fi.]ibi
4 puniri iubetur vltimo ſupplicio.¶ In † gl.1.in fi.T.de
hæret.cum ſecundum, lib.6.¶ In gloſſ.2.in fine]pro
eo,quia nec de facili cõuertuntur.Hoſt.¶ In gl.3.ibi,
Gomorram]dicunt quidam,ꝙ erant 6.addentes Ada
mam per can.ſtatim alle. Alij dicunt ꝙ Segor erat bi-
nonyma.ſ.al.dicta Oleale ſecundum Hoſt.in gen.hæc
clarè non patent[Et ibi, in ciuitatem]facit inf.tit.2.
ſuper Specula.cum ſuis concor.

S V M M A R I V M.

1 *Ciſtercienſis ordo de iure non eſt exemptus.*
Libertas quibus modis concedatur.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum,num.3.*
Obedientiam epiſcopis an denegare poſſint auctoritate ſua ab bates.§.primo.

C A P V T V.

1 **Sanè ſi epiſcopi.** Breue eſt [Ordinis]
Ciſtercienſis † qui de
iure nõ eſt exẽptus, vt
dicã infra de priuil.recipimus (Indultam) vel per ſpe-
cialia priuilegia, vel generales canones.10.quæſt.3.
quia cognouimus, vel per reſcriptionem, Inn.de quo
remit.Hoſt.de excep.cũ venerabilis.§.pe.de pręſcrip.
cum olim (Denegare) ſtatuimus præterea &c. vt ſupra
2 de ſup.ne.præla. capitulo primo, Hoſt. ¶ † Gloſſ.pri-
ma exponit de qua libertate, & de qua obedientia in-
telligatur litera. ¶ In gl.1.ibi,libertate]facit infra de
priuil.ſi papa,lib.6.(& in fi.)infra tit.2.porrò. ¶ In gl.
2.ibi, quia cognouimus) per quod cap. videtur, ꝙ ſua
auctoritate poterat denegare. Dicit Goff. ꝙ liberius
deneget,conceditur,ꝙ apoſtolica auctoritate hoc fa-
ciat.11.diſt.quis neſciat:vel ſecundum eum capitulũ,
quia loquitur, cum quis exigit id, in cuius poſſeſſione
non erat:hic exactor erat in poſſeſſione, vel quaſi,quia
lite pendente priuari non debuit: vnde hic fuit neceſ-
ſaria papæ auctoritas,ibi,non.

S V M M A R I V M.

1 *Decretalis hæc olim alio ſub titulo fuit, & quo.*
Vicarij non poſſunt ſibi vendicare prælaturas,de interuenien te poſſeſſionem,num.3.
Poſſeſſiones beneficiorum cauſam mutantium pęna.& n.3.
Perſonæ pro prælatis.
2 *Coniunctiua pro diſiunctiua.*
Fidelitatis ſacramentum a clericis ẽt & pro quib.præſtetur.
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T VI.

1 **Illud etiam.** Erat † olim in ſecunda com
pilatione ſub ti.de iureiur.&
ponit pęnã vicariorũ,qui uẽ-
dicandas prælaturas ſe exigunt contra prælatos.Vnde
dicebat Inn.hic notandã pęnam illorum,qui in bene-
ficijs ſibi mutant cauſam poſſeſſionis.& ſecundũ Hoſ.
ſequẽs decr.præcedit iſtam[Perſonis] i.prælatis[& ve
2 nie † expoſitiue: vel ponitur pro diſiunctiua.hæc.n.ſũt
paria,ſupra qđ me.cauſa.ad aures,de arbitris, perue-
nit,ſecundum Hoſt.[Sacramento]fidelitatis,quo ei fi
deliter ſeruire tenentur,ſup.de off.vica.prouideas:vel
ſuper penſione,de iu.iur.querelam.Ala.[Obligari]cõ
tra.de reg.iur.indignum.So.illud de homagio, quod
præſtatur a laicis, de ſimo.ex diligẽti, ſed non à cleri-
cis,niſi feudum ad modum laici reciperent.Ala.[Ere-
3 xerint]quid no.hic Gof.de † vicario qui interuenerit poſ
ſeſionem,dixi ſupra de reſtit.ſpo.olim,prin.ſuper pri-
ma gl.[In iure]ſ.iure ordinario,vel extraordinario ad
rõnem poſiti,ſupra de accuſa.ſi conſtiterit[Epiſcopa-
tum]maxime,de iureiur.tua, & c.querelam, ſupra de
fideiuſ.peruenit,ſecũdum T.Vin.& Hoſ.¶ In gl.1.ibi,
falſarij] & in hoc remittit Hoſ.ad no.de cler.non or.
mi.cap.prim.[& ibi,priuandi]etiam pręteritis per ea-
dem iura ſecundum Hoſtie.¶ In gl.vlt.in fi.]ibi dicit
de prouincia.ad idem de cri.fal.capitulo tertio.

S V M M A R I V M.

1 *Factum pro declaratione facti.*
In viſitatione perſonarum numerus licitus pręter euectiones quis, & nu.2.
2 *Ad hoſpitalitatem tenentur rectores etiam viſitationis tpo.*
In pœnam huius decretalis qui incurrunt.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum,nu.4.*
Quantitatem a leg.vel ab homine conſtitutam præterire quis,imo prohiberi poteſt exceſſus.
Noui operis denunciatio impedit opus iure, vel iniuria fiat, in fi.
Additio gloſſarum.
Excommunicationis ſententia non tenet, & quo caſu hic.

C A P V T VII.

Cum ad quorundam. Propter
diuer-
ſas le-
ctiuras nõ ſummo.ſecũda ibi, Et ſi[Concedimus]ideſt
1 conceſſum † oſtendimus.ſi.de iureiur.& ſi Chriſtus ad
fi. Alij contradicentes, ꝙ tenerent ſententiæ, niſi ob-
ſtaret indulgentia.Hoſ.[Et perſonarum]Lateran.con
cilium nil videtur dicere de perſonis.ideo dicunt qui-
dam,ꝙ quantus ibi exprimitur numerus euectionum,
tantus intelligitur pręter ſeſſores numerus perſonarũ,
vt ſic quælibet euectio habebat ſuum peditem cuſto-
dem.abſurdum enim eſſet,ꝙ ſeſſores, & maxime ſocij
prelatorum ſternerent equos ſuos.& hunc intellectum
videtur approbare ſtilus curię,quæ ſæpe ſcribit pro nũ
cio ſuo recipiendo cum 4.equitaturis, & 8.perſonis.
Alij dicunt numero euectionum addendam quartam
partem perſonarum,vt ſi.30.ſunt equi.40.perſonæ.&
pro hoc faciat ſup.de ſtatu mona.in ſingulis,in prin.
& ſic pro tribus ducet vnum cuſtodẽ: vel melius pro-
bat illa decr.quòd pro duobus vnum,vt ibi dixi.Dice
bat hic Hoſt.ꝙ prima opinio nimis erat laxa: ſecunda
nimis arcta,vnde dicit hoc boni viri arbitrio dirimen
dum,conſideratis etiam conſuetudinibus regionum,
& qualitatibus perſonarum, & ſic plures,vel paucio-
res concedantur. Habent enim quædam regiones
de conſuet, quòd quilibet equus habeat ſternentem.
Aliæ vero habent, & eſt quaſi commune ſecundum
Hoſt.quòd duo equi habent vnum ſternentem. His

cōſideratis arbitrabitur de pluribus, vel paucioribus, ſed nec omnia ſeruari poſſant ad unguem, Si plure, unus, vel duo ducantur vltra boni viri arbitratū, non eſt uis facienda, ar. in hoc quod no. ſupra in procem.
2 in fi. Quid † ſi ſuperueniunt hoſpites. Dicit Hoſti. ꝙ ſi ſufficit eccleſia, tenentur ad hoſpitalitatem. ſupra de emp.& uen.cap. 1. de ſup.ne.præ.cap.2.alias ſi debet epiſcopus prouidere, ꝙ vltra vires non grauetur eccleſia.ad hoc ſupra de cenſi.cum apud, ad fi.& remittit ad ſummam, de offi.arch.§. quod ſit eius officium, ver.quæritur autem, & de cenſi. §. qualiter, & per totum, quod ergo hic ſequitur in tex. Conſtitutum, intelligendum eſt expreſsè quo ad euectiones, quò ad perſonas tacitè. facit ad expoſitionem hanc, de decimis.cap. 1.§.at vero, & per hoc videtur, quòd infra de ſententiæ nullitate dicitur reſtringendum ad numerū euectionum, non perſonarum: qui cum ſit arbitrarius, non ita, reddere poteſt patentem ſententiæ nullitatē, niſi intantum excederet numerus, quod pareret euidentet notorium grauamen, ar. ff. qui ſa.co.ſi verò. §. qui pro rei qualitate, & ſupra de ſi.pre.quoniam. Dicit tamen Ho. ꝙ ſalua interpretatione Papæ dici poſſet, ꝙ pro duob. equis unum peditem ad plus, vel pro tribus unum ad minus, & inter hoc medium, quot voluerit, ducere poterit, ita quod in illo numero teneret ſententia lata contra non procurantem, vltra illū verò numerum locus eſſet arbitrio, ita ꝙ ſententia lata ligaret, ſuperior tamen recepta cautione de parendo ſuo arbitrio, relaxaret illam, vel relaxari faceret ſine difficultate, & poſtea ꝓcedet in arbitrio, ar. de ſenten. excommu. ex ſacro, co. ti. ſolet[Et pro illis]non ergo ꝓhibētur numerū excedere, dūmodo pro illis pro-
3 curationē nō exigāt[Non tenere]ipſo iure. Ab. ¶ † Vlt. gl. ſignat cōtrariū, & ſoluit. op. ponit, quam reprobat.
4 ¶ † In 2. gl. ibi. §. Trebatius]habens ſeruitutē ducendi certum numerum pecorum ad fontem, ſi plura ducat, prohibetur, & §. ſe. dicit, ꝙ habens ſeruitutem ducendi ad certam aquā, ſi aliam aquam admiſcet, prohibetur[Et ibi. l. 1.] dux remittitur ad prouinciā, ut ibi, male ꝑcepta quadruplicata reſtituat[Et ibi. §. & hoc quoq;]ciuilis, uel militaris iudex executorē vltra quātitatem. l. permiſſam pro ſportulis exigētem includit, & quadruplū reſtituere cogit. ¶ In gloſ. vlt. ibi. l. 1. in prin.]denunciatio noui operis impedit opus, iure, vel
5 iniuria fiat. ¶ In † glo. vlt. ibi. c. 1.] vbi de hoc[Et ibi, alij]Goſ. hic, & in ſum. de ſen. excom. ad fi. et Phi. hic, & ſupra de offi. dele. cum contingat, ibi dixit Bonag. ꝙ hoc tenet curia. & hoc credo maxime pro eo, quia cum non appareat hic, cuius ſit priuilegium, decre. eſſet in libro ſuperfluа. & eſt ſimile, quod dixi de ſent. excom. peruenit, & eo. tit. præſenti, lib. 6. [& in fi.]Idē Ala. & T. ſed Vinc. & Innocen. intelligunt alternatiuè tamen, et idem Hoſt. hoc habere locum, cum exprimitur error in ſententia, vt ſi dicat Epiſcopus, excommunico, quia me ad procurationem non recepis cum 50.
a equitaturis [a].

ADDITIO.

a ¶ Equitaturis de hoc nullum dubium per c. per tuas, de ſen. exc.

SVMMARIVM.

1 *Abbas monaſterium ſuum alteri monaſterio nō pōt unire ſine auctoritate diœceſani, & nu. 2. nec res eius alienare, nu 6.*
Ita, & ſicut, non ſunt omnino ſimilia.
Vnio eccleſiarum epiſcopo quibus interuenientibus fieri poſſit de ea, vbi not. nu. 2.
Papa quos caſus non conſueuit expedire ſine conſilio Cardinalium, quot caſus ei reſeruati, nu. 5.
3 *Sicut iuſtum, hæc verba quomodo intelligantur.*
Ad citationem non aſtringitur papa.
4 *Epilogus, & adductio gloſſarum, nu. 5.*
6 *Subijcere, alienare eſt.*

CAPVT VIII.

1 Sicut vnire. C. † Abbas mon. ſuū alteri mona. ſubijcere, vel vnire non poteſt ſine auctoritate diœceſani etiam de metropo. conſenſu. Et primo ponit quandā ſimilitudinem. 2. narrat factum, quod infirmari mandat ibi, Cum itaque. 3. ſol. obſtaculum, ibi, Non obſtāte[Pontificem]tantum. Vinc.[Ita]iſtud verbum, &, ſicut, quod præcedit, non ſunt omnino ſimilitudinaria: quia epiſcopus facit hoc de cōſenſu capituli, ad quod papa non tenetur. Item epiſcopus hoc non facit ſine collaudatione ambarum eccleſiarum, de his, quæ fi. a præ. capitulo primo, de reb. eccleſ. non ali. capitulo primo, quod eſt falſum, vt in cle. de re. eccl. non alie. ſi vna, ad quod papa non tenetur. 9. quæſt. 3. cuncta per mundum: & c. per principalem, ſecūdum Hoſt. qui dicit hic hunc caſum, vel alios ſpecialiter reſeruatos papa non conſueuit expedire ſine conſilio cardinalium. dicit etiam eum non poſſe de poteſtate ordinata, de his, quæ fi. a præla. nouit, licet ſecus ſit de abſoluta, de
2 conceſ. præ. propoſuit[Vnio] de † vnione no. ne ſe. va. capitulo primo, & no. Innocē. per hoc, & idem Abb. ꝙ quantumcunque pleno iure ſpectent eccleſiæ ad abbates, non licet eis illas vnire, vel vnam alteri ſubijcere, cum hoc ſit epiſcopale tantum, vt hic. remittit etiam, ſupra de conſuetu. cum dilectus, & vide quod dixi, de dona. inter, ſuper gloſ. ſ. d qualiter, & quod no. in præ. cle. ſi vna, in 5. gloſ. & de ſta. mo. ne in agro. §. ad hæc.
3 [Sicut † iuſtum] per hoc videtur, ꝙ nihil concedat ſpeciale. & eſt ſi. de oſſ. or. licet, & c. graue, niſi dicas, ꝙ alterum mon. ſibi ſubiectum non eſſet, vt dicit gloſ. Nec tunc ob. hæc verba, quæ intelligas non conditionaliter, ſed accuſatiuè. ad hoc infra capitulo primo, in fin. de verb. ſig. abbate. vel reſpiciunt hæc verba, ꝙ vtrunque mon. recipiat, quod ſuum erat. C. de reputa. vna. ff. de mino. quòd ſi minor. §. reſtitutio, ſecundū Hoſt. [Nos quoque id] ſ. confirmationem: vel. ſ. non ſolum confirmationem, ſed etiam ſubiectionem. Sed prima expoſitio: quia minus iniurioſa, magis placuit Hoſtiē. ar. quod me. cauſa. c. pe. de dona. inter dilectos, & tamen, vbi dicas metropolitanum, non citatum, etiam prioia videtur iniurioſa de iure poſitiuo, de ma. & ob. inter 4. nam & factum ſuum poſſet defendere conſuetudo, vel priuilegium ſpeciale, de oſt. or. duo ſimul. Ad hoc tamen non aſtringitur, qui poteſt, quicquid vult ſupra iura, de conceſ. præben. propoſuit, ſecundū eū.
4 ¶ † Gl. 1. numerat 11. ſpecialia de reſeruatis papæ, & illa ſequitur, & quatuot ver. ponit. ¶ Pe. gl. reſpon. per quæſtionem, an ſuo iure poſſet epiſcopus reuocare, &
5 diſtinguit. ¶ † In glo. 1. in fi.]idem ver. no. de tranſla. capitulo primo, & de hoc, de offic. lega. quòd tranſla. ibi videas. Hoſti. poſuit hic 27. ver. per quos comprehendit 91. caſum. Illos tamen non exponit hic, ſed ponit, & exponit in ſumma, de oſt. lega. §. quod pertinet, ver. illud quidem, & ſequentibus, et ideo illos prætermitto. Guil. in Spec. tit. 2. de lega. §. nunc oſtendendum, terminauit 89. caſus. ¶ In gl. 2. ibi, oſtenditur] quod dic, vt infra de priuil. cum perſonæ, lib. 6. ¶ In
6 gl. 3. in fi.] Si ergo † res mon. ſine ipſius conſenſu alienari non poteſt, multo minus ipſum mon. ſed talis ſubiectio alienatio eſt, de his quæ fin. a præla. tua. ¶ In gl. pen. in fin.] arg. de hoc ſupra de reb. eccl. non ali. epiſcopi. de præca. capitulo ſecundo, in fi. Remittit Hoſt. de reſtitu. ſpolia. olim, et de ſuc. ab inteſt. capitulo fina. Hoſtien.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Glorians de crimine clericus ſuſpenditur, & à quibus, & quando, & nu. 4.*
Gloriari, de quibus quis non debeat.
2 *Inter vim facientem, & vi rapientem quæ differentia.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 4.*
4 *In purgatione deficiens clericus infamatus deponitur.*
Maledicus, detractor, & Leuis clericus punitur, verſic. vnde dixit.
Publicum, vel notorium non debet impunitum eſſe, verſ. dicebat hic.

CAPVT IX.

1 **Quam ſit.** C. † Clericus, qui de crimine publicè gloriatur, propter quod ſcandalum inde ſecutum eſt, ab officio, & beneficio ſuſpenditur ſecundum Abb. Et primò ponit exordium. ſecundo narrat factum ibi, Accepimus. tertio dat iudicem, cui duo mādat ibi, Ideoque[Graue]de hoc ergo poterit inquiri, ad hoc de accuſa. qualiter, de offi. or. c. 1. Hoſtienſ. [Malefecerint] Sene. de virtu. tam tibi triſte ſit laudari à turpibus, q̄ ſi lauderis ob turpia [In clericis] idem de laicis. vnde pſal. Quid gloriaris in malitia &c. & Hiere. 9. non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſce me. Hoſtienſ. [Gloriari] vnde
2 lex † diſtinguit inter eum, qui vim facit, & eum, qui vi rapit, cum ille delictum ſuum celet, iſte vero publicet. ff. vi bono. rapt. l. 2. in 3. col. §. in hac actione, & ſequē. ad idem de pen. diſtin. 1. non tibi dico, & ſupra de diuor. ex literis[Vnde]. i. ex qua publica aſſertione] Ad propria]forte ad domū patris[Sicut]. i. quia de hoc ſu
3 pra c. proxi. ¶ † Gloſ. 1. arguit, allegat contrarium, &
4 ſoluit, & de duobus remittit. ¶ [In 1. gl. ibi. §. ſi quis]vide de confeſs. c. 2. ſup 1. gl. ¶ [In gl. 1. ibi ecce crimina] vide circa hoc c. quod no. de ordi. co. c. 2. ad fi. pe. gl. & de l. ſequenti vide, quod no. de reſcrip. cum contingat, in 1. gl. cū ſuis remiſ. de c. hoc vr̄, vide qđ ibi no. in gl. 2. [ibi, ſuſpenditur]ſm Io. dixit tn̄, ꝙ ſi ex co iſte clericus eſſet infamatus, compelleretur ad purgationem, in qua ſi deficeret, deponeretur, de adul. ſignificaſti. Dicit hic Phi. quod in hoc caſu nō reciperet iſtius purgationem: quia quod ſua quiſq; voce &cę. de probat. per tuas[Et ibi, ſcandalum]vnde dixit hic Inno. quod hic non punitur propter fornicationem, de qua no cōſtabat: quod patet, quia ſi conſtitiſſet, non ſuſſet coactus vir vxorem recipere: ſed punitur, quia ex tali confeſſione apparet illum maledicum, detractorem, & leuē, quorum quodlibet ſufficit ad pœnam imponendā,
a Ratio [a] Inno. locum haberet, quando quæreretur de fornicatione ſecuta coniugum. ſed hic forte dicebatur præceſſiſſe. Item per confeſſionem bene poteſt cōſtare de crimine confitentis contra ſe, non contra ſocium, de confeſ. c. 1. Dicebat hic Ho. ꝙ hæc decre. ponit ſpecialem pœnam clerici de delicto publice gloriantis; quæ gloriatio cum ſit graue crimen, vt in prin. & publicū, vel notorium, non debet eſſe impunitum, de ſent. exc. vt famæ, etiam ſine accuſatore, de accuſ. euidentia, maxime cum alius inde damnum incurrit, de poſtu. c. fin. & maxime circa matrimonium, vt hic. ¶ [In gl. vlt. in fi.]ſupra de ſpon. ex parte. & c. veniens. nec enim dictum vnius ſufficit ad ſeparationem. ſup. de eo, qui co. conſan. de illo, licet ſufficiat ad impedimentum, de ſponſa. præterea, ſecundum Goff.

ADDITIO.

a ¶ Ratio. Dictum tamen eſt verum ad iſtum text. & illud tenet glo. & Hoſt. in c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, cuius auctoritate homicidium eſt commiſſum, à quibus deponatur.*
Cauere debet. ne ex ſuis verbis inducat ad ipſum, nu. 2.
Hoſtienſis magiſter Iacobus præpoſitus Albigan.
Homicidium committit, qui hortatur, vel conſulit, & irregularis eſt, n. 3. 7. & 9. vel ratum habet, nu. 9. vt fiat hortatio num. 3. 7. & 9.
2 *Ne moriatur quis intercedere debet eccleſia nedum vt moriatur hortari, in fin.*
3 *Populi clamor exaudiendus non eſt.*
Approbatio fit etiam facto.
Auxilium datur per hortationem.
Lignum benedictum, per quod fit iuſtitia.
Epiſcopus conſecratus, recipit characterem, & habitum retinet ſine ſacerdotio, in fin.
4 *Amotio hic habet vim depoſitionis.*
Viſitator à beneficio remouet, & quis.
5 *Epilogus, & ſuffragium, nu. 6.*
Latitare quis dicatur.
7 *Additio gloſſarum.*
Ex conſilio quando quis non fiat irregularis, iuncta glo.
8 *Abſentem quando ſufficiat requiri, licet peremptoriū non veniat ad eius notitiam.*

CAPVT X.

1 **Ex literis.** Caſus. Epiſcopus † cuius auctoritate homicidium eſt cōmiſſum, ab altaris miniſterio, & officio pontificali, & epiſcopatus adminiſtratione deponitur. Et primo narrat factum, quod ſecundo diffiniendum dimittit ibi, Nos autem[Piſano] tunc T. Villa dicit Hoſtien. ſe audiuiſſe a magiſtro ſuo Iaco. præpoſito Albigan. ꝙ villa dicitur Albeſtang. [Iuriſdictionem] temporalem[Puniretur]iudicauit ſeipſum fur iſte[Eidē] iudici[Præſentia epiſcopi]in hoc ſimiliter deliquit epiſcopus, vt ſequitur[Combuſtus]nec mirum, ſi feruēs erat[Reſpondit] vt probatum erat per teſtes[Euaſe-
2 rit]dicit † Innocen. hæc verba non ſolum in epiſcopo poteſtatem habente, ſed etiam in alio conſiliario irregularitatem inducere. 50. di. ſi quis viduam [Auditis] per hæc tamen verba videbatur epiſcopus tacite, vel turbatè cōſentire, vt ſupra de ſimo. Matthæus. Caueat igitur epiſcopus ſecundum Hoſtienſ. ne dicat iudici, vel officialibus in ſuſpendio hominis iam ad mortem iudicati, Eatis, & iuſtitiā faciatis, ſicut refert de quodam epiſcopo, qui cum intraſſet cum alijs duobus epiſcopis palatium Nitiæ, & alij duo intercederēt penes iuſtitiarium pro liberādo quodam, qui ducebatur ad ſuſpendium, tertius epiſcopus iuſtitiario ſe in eo reddenti difficilem dixit, Eatis in nomine Domini & veſtram iuſtitiam faciatis, & tunc iuſtitiarius fecit hos verſ. Præſulis hic motus nō eſt ſine crimine totus. Aut eſt ignotus, aut eſt pietate remotus. Pro talibus enim intercedere debet eccleſia, de verb. ſig. nouimus[Cla-
3 mor † populi]qui tamen exaudiendus nō eſt, de elect. Oſius[Epiſcopus]& ſic ipſo facto ſententiā approbauit. 50. diſt. ſi quis viduam[Multitudine]& ſic auxiliū dedit ſuſpenſioni eius, vel tacitum mandatum, quare irregularis eſt. 50. di. ſi quis viduam. Inno. [Suſpēſus] benedictum ſignum, per quod fit iuſtitia, Sapien. 14. [Literis]prædicta oia continentib. [Vidimus] forſan illas reſeruauit, vel vt ſuſpectas aperuit, de offi. deleg. cum olim[Aſſerat]q. d. papam ex multa occupatione oblitum. 23. di. præterea[Idem epiſcopus]Albigan. cōtra quem fuerat inquiſitum [Perquiſitus] i. valde quęſitus, & ſicut moris eſt, in audientia proclamatus [Miniſterio]tāquam irregularem [Adimpleri] non negat characterem epiſcopalem recipi, & habitum retineri

fine

Digitized by Google

ſine ſacerd otio: ſed dicit executionẽ non haberi[Alio
quin]ide[ ]t ſi monitus noluerit cedere[Amouent s]ſic
4 † ſupra de accu. cum dilecti, in fi. & habent hæc verba
vim ſententiæ depoſitionis, ſupra de do. & contu. veri-
tati s, ad fi. ſecundum Inn. ¶ No. autem per hoc Ab. vi
ſitatorem a beneficio remouere. Sed dicit hoc fuiſſe
ex vi ſpecialis mandati quò ad hunc caſum, & de re-
ſcrip. dilectus. 1. [Canonicam] de elect. quia propter
[Idonea] de elect. cum in cunctis [Prouideri] dicebat
Ia. vt refert Ho. ꝙ quicquid hic dicatur, iſte manſit epi
5 ſcopus, & epiſcopus deceſſit. ¶ † Secũda gl. reſpon. per
quæſtionem, an epiſcopi, vel clerici principibus in cri
minalibus conſulere poſſint. ¶ Gl. 5. no. quod ſufficit
abſentem requiri, licet & c. all. in cõtrarium, & ſoluit.
6 ¶ † In gl. 2. ibi, qui quæſtionem]vide de off. or. ſi ſacer
dos, ſuper gl. 2. ¶ In 3. gl. §. illud ſciendum]latitat ẽt
is, qui eſt in eodem foro, ſi circa columnas, vel ſtatio-
nes ſe occultat. ¶ In quinta gloſſa. ibi, & ſiquidem]po-
nit caſum decre. cauſam, de dolo & contu. [& ibi. §. ſi
præſente]has duas vide de empt. c. fi. in 1. glo. [Et ibi,
exercitu]hanc & ſequen. vide in c. quoniam, ſtatim al-
le. ſuper gl. ſi nõ poteſt[Et ibi, diuus]vide de crimine
falſi. c. pen. ſuper 1. gl. Et ibi, ea quæ]vide de re iud. cũ
7 Bertoldus, in 4. gl. ¶ In gl. 2. ibi, poſtulaſti] vbi de hoc
dic, vt infra de homi. præ[ ]aris, lib. 6. [Et ibi, extra iudi
cium] reſpondendo de iure. & idem no. Io. 3. diſt. om-
nis. quod intelligit Hoſt. quando crimen de proximo
non immin[ ]t puniendum, remittit ad no. ſupra no cle.
vel mo. clericis, vbi dixi ſuper ver. officium. & de hoc
8 in Spe. de lega. §. iuxta, ver. quid ſi iudex. ¶ In gl. no. ꝙ
ibi, abſentem] qui de contu[ ]acia, vel culpa no. ſecun-
dum Inn. qui alle. 7. q. 1. præſentium, qui fil. ſint legit.
cauſam[& ibi, prolatum] & ſic ſoluit contraria, dicens
illa loqui, vbi abſens de calumnia, vel culpa notatur.
& eſt ſi. quod dicam de dolo, & contu. cum dilecti, in
fin. [Et ibi §. 2.]dic vt ibi in gl. ſi non poteſt[Et ibi, ca-
ueant]vbi de hoc (& in fin.) Hoſtien. remittit de do. &
contu. c. fi. ¶ In gl. relatione. in fi.] ſupra de procur. in
noſtra, de re iudi. cum Bertoldus. Vin. ad hoc infra c.
9 proxi. ¶ In gl. vnde in fi.]forte idem in eo, qui ratũ ha
bet homicidium ſuo nomine commiſſum, arg. ſupr. de
ſimo. ſicut. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quoties. Vin. & me-
lius, de ſen. excomm. cum quis, lib. 6. ¶ In gl. pe. in fi.)
& 42. di. ſollicitudo. ¶ In glo. vlt. ibi, coadiutor) & per
quem, dic vt infra de cle. ægro. c. vno. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *A dignitate obtinẽda repellitur vſurarius, & publicus alea tor, cui porta quibus non aperiantur, nu. 6. in fi.*
Pertinere quid ad nos multis modis dicitur, & quibus.
Hoc verbum admittitur in libello.
Publicum, pro notorio.
2 *Taxillorum ludo quæ crimina proueniant, num. 5.*
Electo crimen quando poſſit opponi, num. 3.
3 *Crimina quæ obſtent agenti poſſeſſorio, vel petitorio.*
4 *Actionem cui damus, fortius exceptionem, & quando locũ habeat hæc regula.*
Imago pro vmbra, vel velamine.
5 *Ludos appellat quis eos, vnde crimina naſcuntur.*
6 *Propter indignitatem, vel vilitatem ſi quid irritatur, infamia irrogatur, & quando.*
7 *Negatiua pura & indeterminata probatur per teſtes, cum de ſcientia, vel conſcientia quæritur alicuius.*
Coarctata etiam probatur, num. 8.
Apertura literarum per teſtes probari poteſt.
Iudicium plurium probatio ſufficiens.
9 *Super exceptione propoſita, ſuper qua lis non fuit cõteſtata, an niſi papa liceat iudicare.*
Condemnatio an nulla ſequi poſſit, vbi nulla petitio.
10 *Inconſtantia reprobatur.*
Indignum eligens priuatur electione, & quæ.
Si indigno notoriè prouideatur authoritate, an is, ad quem ſpectat electio, poterit eligere prouiſione non obſtante, nu. 16.
Quid ſi commiſſarij talem elegerint, ad quem poteſtas eligẽdi deuoluatur, num. 17.
11 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, n. 12. & 13.*
14 *Conuiuia quibus non liceat facere.*
15 *Electione, ſeu conceſſione prima non caſſata, non valet facta poſterius. & an id ſit indiſtinctè verum, num. 16.*
Ex quo facta eſt, vnde pendeat, num. 18.
Confirmationis electionis, vel eius, quod vicem eius obtinet, effectus atque vis, & quando non obſtet.
Poſſeſſionis item effectus quidam referuntur.
16 *Prouiſio ſi fiat indigno, vel contra tenorem mandati, nũquid illi, ad quos electio ſpectat, ea non obſtante poſſint eligere.*
Quid ſi fieri ſub conditione mandetur, & non extet.
Poteſtas a papa, vel eius delegato nunquam deuoluatur ad inferiorem, num. 19.
Prouiſio quando non reuerti debet ad delegantem, ad quem reuertatur, ver. In ſecundo verò. vnde pendeat, cum facta eſt, num. 18.
18 *Stipulatio pendet ex partium voluntate.*

CAPVT XI.

1 Inter dilectos Caſus. Ab † obtinẽda di-
gnitate repellitur vſura-
rius, & publicus aleator.
& ſunt duæ partes. In 1. factum decisè narratum. In ſe-
cunda ibi, Nos igitur, ipſius diffinitio, quæ ſubdiuidi-
tur in tres. In 1. diffinit de Petro. In. 2. de Bernardo. In
3. de cantore. 2. ibi, Præterea. 3. ibi, Quia vero (Pertine
bat) de longa conſuetudine, vel ſpãli priuilegio, ſupra
c. ad hæc, & c. ad aures. Aliud de iure cõi, de off. Arch.
cum ſatis, de ele. cum ecclesia. & no. verbum, pertine-
re, licet latè pateat, admitti in libello. de hoc de fid. in
ſtru. inter dilectos, de reſti. ſpol. cũ ad ſedem, ſm Hoſt.
(Canonicè) vterque falſum dicebat, vt parebit infra
(Atteſtatoribus) remiſſis per iudices, quibus fuerat cã
commiſſa, vt ſequitur (Publicum) ideſt notoriũ, de ac-
2 cuſa. euidentia (Aleatorem) hoc prohibetur: quia † ta-
xilorũ ludo multa crimina proueniunt, quæ poſuit hic
Hoſt. per ver. quos hic non exponit, ſed ponit & expo-
nit in ſum. eod. ti. ſub §. clericus, & ſequen. vnde ibi vi-
deas, & hic omitto (Vſuratium manifeſtum) no. non ſo-
lũ ante confirmationẽ, & conſecrationem opponi cri-
men electo, ſed etiam ante poſſeſſionis apprehẽſionẽ,
ſi de illo ſit infamatus, de accu. accedens, quod dic, vt
3 ibi. Sed † quid ſi agat poſſeſſorio, cum fuit ſpoliatus?
Reſpon. non eſt talis exceptio admittenda, de reſtitu.
ſpo. in literis. & c. itẽ cum quis, & vide quæ dixi, de con.
præ. poſt electionem, in gloſſ. ſententiam. Quid ſi talis
agit petitorio amiſſum beneficium repetendo? Dicit
Inno. quòd ſi obicitur tale crimen, quòd inducit illius
beneficij priuationem, puta quòd eſt hæreticus, vel
propter crimen beneficio, quod petit, ſententialiter
priuatus, admittenda eſt exceptio. 8. diſt. quo iure. 23.
q. 5. c. 1. & 2. Si verò aliud crimen opponitur, puta, ꝙ
ſit adulter, periurus, vel ſimoniacus de alio beneficio,
non admittetur exceptio: quia probata non releuant
excipientem, ar. de offic. dele. cum contigat, cum ſuis
concor. nam & ſi probaretur, talis non priuaretur pro-
pter hoc per modum exceptionis, ſupra de ordi. cog.
cum dilectus. §. fin. vide quod dixi de elect. auditis, ſu-
per vlt. gl. ver. ſed quid ſi. Si autem opponitur ei, quod
contraxit matrimonium, dicunt quidam hanc exce-
ptionem, quia ipſo facto renunciaſſe videtur, admit-
tendam eſſe. Alij contra. Innocen. idem poſuit Com-
po. de el. c. quòd ſicut, vbi vide poſt gloſſ. pen. col. ver.
ex his, vbi allegat ad primam partem, quæ ſine dubio

tenen-

tenenda eſt, ex quo quæris de agente petitorio. & vide
4 de renun. ſuper hoc. de reſti. ſpo. accepta. Sed † contra
dicta ſuperius oppo. Iſte qui excipit, contra illum age-
re poſſet de crimine, & cui damus actionem, fortius ex
ceptionem, infra de re. iu. qui agendum, lib. 6. Sol. di-
cit Innoc. & Hoſtien. regulam locum habere, quando
de eodem & ad idem agitur, & excipitur. actio vero
competit ad tuitionem rei familiaris, & exceptio ſimi
liter. Sed nos loquimur, quando vnus proponit actio-
nem ad recuperationem rei familiaris, & alius vult ex
cipere ex actione, quæ competit ad vindictam, vbi re-
gula illa non habet locum ſecundum illos[Qua]ſcili-
cet cõſuetudine, vel cuius obtentu[Nos tamen]quòd
circa eũdem. P. &c. vt ſequitur(Imagine)ideſt vmbra
2 vel velamine, ſic ſup a de cõſue. quãto[Improbamus]
5 quis enim ludos † appellet, ex quibus crimina oriun-
tur. q. d. nullus, in proœ. digeſtorum. §. illud verò. &
ideo dicitur alibi, quòd quidam ludos neſcientes, ſed
nominationes tantum, proprias ſubſtantias perdide-
runt, vt in l. græca, alearum ludus, quam quidam ha-
bent. C. de reli. & ſump. fu. & ale. vſu. ſecundum Hoſti.
6 [Indignitatem]hæc verba † infamiam irrogant. Inn.
cum cauſa cognita proferuntur: alias ſecus. C. ex qui.
cau. infa. irrog. l. verbum, & l. interlocutio, Hoſtienſ.
[Irrirandum]immo debuit dicere, Irritum tuncian-
dũ, de elec. cum in cunctis. Hoſtien. [Dignitatis]vel a-
liorum legitimorum actuũ per iura, quæ alleg. gl. [Pro
7 batum]mira probatio. & no. † quòd licet pura & inde-
terminata negatiua ꝑ teſtes probari nõ poſſit, de hoc
de elet. bonæ. 1. probatur tamen, cum de ſcientia, vel
conſcientia quæritur aliquorum, de homi. ſignifica-
ſti, de proba. tertio, de teſtibus. tam literis, in fi. quod
dic vt dixi de elec. bonæ. 1. Dicit Gof. quod per teſtes
probari poſſet, quòd ille vel alius eo ſciente literam a-
peruit, & abſentibus iudicibus illam clam inſeruit, ſu-
pra de reſcrip. olim[Vltima clauſula]qualis fuerit hęc
clauſula, ignoramus. poſſet tamen hoc exemplificari
8 per decre. olim, de reſcri. [Non fuerat]hic patet † nega
tiuam contractã probari, de quo ſatis dixi de elec. bo-
næ. 1. (Ipſorum) iudicum. & ſic no. ſecundum Inno. ſuf-
ficientem eſſe iudicum probationem, quando ſunt
plures. de hoc ſupra de teſti. cum a nobis. ad idem ſu-
pra de ac. cum dilecti[Depoſitionibus]dicebat Hoſt.
quòd primi iudices hoc depoſuerunt coram ſecun-
dis, per quos vtræq; atteſtationes fuerunt remiſſæ: vel
hoc non fuit probatum, vt ſequitur[Abſoluendum]ex
9 plenitudine poteſtatis: quia ſuper propoſita, maxime
ſuper qua fieri non debeat lit. conte. alij iudicare non
liceret, ſecundum Inn. vide quod dixi poſt eũ, de ele.
ſuper eo. ſuper 1. gloſſ. in fin. & quia nec agebatur ad
pœnam aliquam infligendam. & vbi nulla petitio, nul
la condemnatio, uel abſolutio ſequi poteſt, de or. co.
cum dilectus, ſecũdum Hoſt. [Prætermiſerit]ſic tacite
innuens eas falſas. vnde poſtea videtur non poſſe vti
eis. C. de fid. inſtr. l. 3. Vin. [Duorũ]qui ſufficiunt. 4. q.
3. vbi numerus, ſup. de teſti. licet. 1. [Inconſtantiã]hęc
10 † inconſtantia reprobatur a iure, vt ſequitur. ad hoc
ff. de procu. in cauſæ. 1. reſpon. ff. de ad. tu. cum quære-
batur. ff. de ne. geſt. ſi negocia. ff. de ſerui. ſi cui ſimpli-
cius. ff. de inter. act. ſed & ſi pupillus. §. ſed ſi alias, Ho.
[Hac vice]ſed nõne priuatus erat: cõferendo indigno.
So. videbatur purgatum vitium per ſecundam confeſ-
ſionem factam ab eodem cantore; quia non punitur,
niſi in prima electione, quæ poſt primam vicioſam oc-
currit. ne igitur ex iterato delicto iterum videatur ius
ſuum recuperare, etiam hac vice, quę primo occurrit,
expreſſe priuatur. Hoſti. Sed Goff. exponebat. i. in hac
vacatione, de elec. conſiderauimus(Auctoritate no-
ſtra)nam & ſine delicto, vel negligentia poſſemus il-
la conferre, de conceſ. præb. quia diuerſitatem, de ſup.

11 ne. præ. Romana, lib. 6. Hoſtie. ¶ † Gloſſ. 1. obijcit, &
ſoluit. ¶ Gl. ſi ſupra, alle. ſimile, ſignat contrarium, &
ſoluit. Glo. vnde non) quærit, arguit pro, ſoluit contra-
rium. ¶ Antepen, gloſſ. no. ꝙ ſecunda ſit nulla. ſignat
contrariũ, dat ſol. incertam. ſecundo ſignat aliud con
12 trarium, & ſoluit. ¶ In gl. C. de dedi. ibi, Neque famo
ſis) hanc & ſeq. vide de teſti. licet ex quadam, ſuper gl.
13 perſonis. ¶ In † glo. 1. ibi, prohibetur) ẽt intereſſe[Et
ibi, clerici) vbi idem no. (& in fine.) de hoc ſupra de v-
ſuris, præterea. ¶ In glo. 2. ibi, adequatur) & idem no.
47. diſ. cap. 2. & in fi. Vin. vnde non ludit, licet in ludo
14 fiat ſcđm Hoſ. ¶ In † glo. 3. in fi. idẽ no. 35. diſt cap. 1.
dicit Phi. hic, hoc verum de laicis: ſecus de clericis, qui
bus nõ licet facere conuiuia, 44. diſt. non oportet, & c.
non liceat, Sed Goff. per illa iura dicit idem de laicis
non ſocijs, quibus ẽt non licet conuiuia facere pręterq̃
ex intentione charitatis, vt 8. diſtinc. conuiuia. Agape
enim ideſt conuiui a pauperũ licite fiunt. 42. di, ſi quis.
¶ In gloſſa hæc verba, in fi.) & pſal. Ne declines cor
meũ in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in
pecatis. Hoſt. ¶ In glo. qui peccatum, in fi.] & pone e-
xemplũ 82. di. plurimos, ¶ In glo. arg. ꝙ, in fi.] & re re-
ſcri. ad aures. ¶ In gl. ſeq. in fi. (Io. & de reg. iu. in regu
la pen. ¶ In gl. ſi. ſupra, ibi, in literis) q̃ ſunt de gratia,
non de ſimplici iuſtitia. eo. ti. c. pe. & dic vt ibi) Et ibi,
15 extenditur) ſm Io. & Vin. ¶ In gl. vnde non ibi, nõ † caſ
ſata) quod intelligit In. ſiue ex interuallo, ſiue inconti-
nenti ab eadẽ parte ſecũda collatio ſiue electio attẽte
tur, ſupra de poſtu. præ. gratũ, & c. bonæ. 2. §. cæterum,
ibi, Temere recedentes. & hoc eſt etiam intelligendũ,
quando ſecunda attentantur, prima electione, vel pro
uiſione iam publicata, ſupra de electi. cum terra, & c.
publicata, ſupra de elect. cum terra, & cap. publicatio.
alias autẽ, ſi prima eſt, nulla eſt ipſo iure, etiam is, qui
fecit, ſecure poteſt procedere ad ſecundam, ar. ſupra
de elect. cum in cunctis. §. pe. & fin. & de re iudic. cum
olim. §. nos igitur. ſecus autem, ſi prima, quæ etiã nul-
la eſt, confirmata eſſet ſiue bona fide, ſiue fraudulen-
ter, dummodo teneat confirmatio. tunc enim non va-
leret ſecunda, quia iam non vacat eccleſia. immo obe
diendum eſt confirmato, qui iuſte poſſidet. Et idem,
ſi non poſſidet, de conceſſio. præben. poſt electionem.
ar. 8. q. 4. nonne. ff. de acqu. poſ. iuſte, ſecundum In. qua
ſi valeat tuitione iudicis, & ſi non ipſo iure. ff. quod cũ
fal. tu. l. 1. §. pe. in fin. & ar. ſupra de elec. cum dilecti. §.
fin. Et ſi dicis, quòd cum nulla ſit electio, in rem non
tranſeat iudicatam, ad minus vocandus eſt is, qui poſ
ſidet. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. l. 1. §. Item cũ
ex eo edicto, ſupra de ma. & ob. inter quatuor, vt ſicut
adminiſtratio ſibi conceſſa eſt per confirmationem;
eodem modo ſibi auferatur per infirmationem, infr.
de regu. iur. e. 1. & de hoc no. ſupra de reſti. ſpo. in lite-
ris. §. reſpondemus. Quod autem dictum eſt de confir
matione, idem dicendum eſt, & ſi aliud interuenerit,
quod vicem obtineat confirmationis, vt ſi alicui aſſi-
gnatum ſit beneficium per eum, ad quem ſpectat, &
inductus ſit in poſſeſſionem cum debita, & conſueta
ſolennitate, argum. ſupra de conceſ. præben. ca. 1. & c.
quia diuerſitãtem, & c. cum noſtris, & c. ſe. & c. literas.
& vide quod dixi eo. tit. propoſuit, in princ. & in decr.
poſt electionem, in gl. deuoluitur, niſi forſan conſta-
ret electionem, ſeu prouiſionem factam eo tempo-
re, quo ad alium eſſet ius prouiſionis, ſeu electionis
per lapſum temporis deuolutum: quia tunc non ob-
ſtante tali electione, ſeu confirmatione poteſt is, ad
quem deuolutum eſt ius per lapſum temporis, proce-
dere ad electionem, ſiue collationẽ, ſupra de ſup. neg.
prę. c. ſi. & idem eſt, ſi conſtat ipſam factam ab illo, qui
nullum ius habebat, ſupra de re iu. cum Bertoldus, in
ſi. & confirmatio facta eſſet vocato eo, ad quem per-
tinet

Digitized by Google

tinet electio ſiue prouiſio, ſine eo ſciente, & non contradicente: quia tunc bene noceret, ſupra de re iu. quã uis. ff. de mino. etiam, in fin. Nec ob. ſupra de conceſſ. præb. poſt electionem: quia ibi non dicitur deuoluta eſſe poteſtas eligendi ab archiepiſcopo ad capitulum ex aliquo, quod prouiſionem archiepiſcopi præceſſiſſet, ſed ex eis, quæ poſtea contigerunt, ſcilicet quia electus non erat debito modo repræſentatus capitulo, & propter renunciationem, & abiurationem poſtea ſubſecutas. & ideo non valuit electio facta a capitulo, prima non caſſata. obſtat tamen quandoque exceptio etiam poſt confirmationem, vt not. ſupra eod,
16 c. §. 1. ſuper ver. ac vſurarium. Sed † pone quòd aliquis prouidit auctoritate papæ alicui notoriè indigno, vel contra tenorem mandati, nunquid illi, ad quos ſpectat electio, poſſunt alium eligere, non obſtante tali prouiſione? Videtur quòd ſic, ar. ſupra de elect. cum in cunctis, in fi. & c. auditis, ſupra de reſcrip. cum dilecta, in fi. & quia electio de facili debet redire ad naturam ſuam. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus, ver. q ſi non vt tolleret. Contrarium tamen eſt dicendum, quia nunquam a papa, vel delegato ſuo deuoluitur poteſtas ad inferiorem. hoc. n. non inuenitur ſcriptum, ergo denegandum, ſupra de conceſ. præb. quia diuerſitatem, de ſup. neg. præ. Romana, lib. 6. Item indignum eſt, q ex quo papa ad ſe reuocauit prouiſionem, vel alij delegauit, ad inferiorem reuertatur ſine licentia papæ, arg. ſupra de poſtu. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat, ſupra de offic. le. quòd tranſlationem, & c. licet, vt ls. pen. eccleſia. 1. 2. & 3. q. 6. multum ſtupeo, ſupra de iudi. cum veniſſet. & tamen verum eſt, q non valet id, quod delegatus fecit. nec impedit, quin ille, ad quem ſpectat, eligat, ſed ſola delegatio ſuperioris præſtat impedimentum, ar. ſupra de præben. inter cætera. Nam ad locum, vnde exiuerunt flumina, reuertuntur. Ecc. 1. ſic & iuriſdictio delegati debet redire ad delegãtem, ſupra de off. dele. ſuper quæſtionum. §. porrò. Sic enim redit electio ad naturam ſuam, & delegans facta caſſatione prouidebit. Alij dicunt, & fortè melius, q vbi mandatũ nullum eſt, puta quia impetratum eſt per veri ſuppreſſionem, vt prouideatur indigno, tunc non impeditur electio. Idem, ſi mandetur prouideri ſub conditione, & non extat conditio. de hoc de præſump. c. fin. Secus ſi ſcriberetur pro illo, cui non poſſet prouideri ſine diſpenſatione propter irregularitatem, vel defectum, nõ propter crimen, tunc enim prouiſio intacta reuertitur ad delegantem. Ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu omnino eſt mandatum ſubrepticium, nec diſpenſari poteſt. In ſecundo verò veriſimile eſt, quòd is, qui conceſſit principale, ſcilicet prouiſionem, concedere debet & acceſſorium. i. diſpenſationem, ar. ſupra de re iud. cum olim. §. nos igitur. ff. de off. pręt. Barbarius, in fin. & no. quòd quando prouiſio non debet reuerti ad delegantem, potius reuertitur poteſtas prouidendi ad alium delegatũ, qui in eadem eccleſia habet ſimilem poteſtatem, quam ad illos, ad quos pertinet de iure communi, dummodo literæ fuerint præſentatæ, ſupra de reſcrip. capitulum. hoc bene probat Cle. de exceſ. præla. c. vno. alij dicunt, q ex quo prouiſio a delegato facta nulla eſt, non impedit, quo minus alij delegati prouidere poſſunt, vel ij, ad quos ſpectat de iure communi, ſupra de præb. de multa. Si tamen delegatus impetratur poſtquam alicui per ordinarium, vel alium, ad quem ſpectat, fuerit prouiſum, & poſſeſſionem adeptus eſt, non valet reſcriptum, niſi ibi de poſſeſſione, & proceſſu mentio habeatur, ſupra de conceſſ. præben. cum noſtris, & c. literas. ſecũdum Innoc. cuius eſt quaſi hæc tota gloſſ. Poteſt dici, quòd nunquam impediuntur ij, ad quos ſpectat de iure cõmuni eligere, ex quo ſua vacat eccleſia, per commiſſionem ſuper prouiſione facienda emiſſam vbi ij, quibus commiſſum eſt, nihil egerint, vel commiſſio ſubreptitia eſt, niſi per interdictum eis factum, vel alio mõ appareat, quòd ſuperior hac vice prouiſionem ſibi voluerit retinere, arg. ſupra de elect. innotuit. §. fin. & c. fin. & de præb. inter cætera. Nec enim eſt veriſimile, q prima facie ſuperior prouiſionem eccleſiæ in perpetuum voluerit impedire, imò intentio ſua eſt, vt cito prouideatur, & eccleſiarum periculis occurratur, ſupra de elect. ne pro defectu, & c. quia propter. de hac tamen materia no. plenius, ſupra de elect. dudum. 2. §. nos igitur, ſuper verſic. diſpenſatio, dic vt ibi. Compo. in decret. capitulum, de reſcript. dicebat ſe defendiſſe tempore Innoc. q quacunque de cauſa collatio executoris ſit nulla, non impeditur, ſupra de elect. auditis, ſed dicit demum hoc verius, q impeditur, dummodo in literis Papæ ſit verſic. teſeruamus. Item ſi nomen eius, pro quo ſcribitur, nõ eſt in litera, dicit tunc Compo. in hoc omnes concordare, q nil poteſt circa beneficium ordinarius, etiam ſi executor prouideat indigno, ad id qd dixi, de elect. Reſpondet per id, quod dixi ſupra verſ.
17 & tamen. ¶ Quærit † etiam Hoſt. quid ſi compromiſſarij ſcienter indignum elegerint, tunc non redit electio ad capitulum, ſed ad Papam, quia conſtitutio. ſupra de elect. ne pro defectu, indiſtincte loquitur, vnde ſiue per capitulum, ſiue per compromiſſarios ſteterit, quo minus intra tempus canonicum prouideatur, ad ſuperiorem poteſtas deuoluitur prouidẽdi. Sed quod compromiſſarij faciunt, qui vicem omnium gerunt, totum capitulum feciſſe videtur, ſupra de elect. quia propter. §. vel ſaltem, ſecundum Innoc. quando compromiſſarij negligentes ſunt, hoc admitto, quando vero delinquunt, cõtradico, vt patet in eo, quod not. ſupra de elect. ne pro defectu. §. 1. Hoſt. & dic vt hodie habes, de elect. ſi compromiſſarius, lib. 6. [& in fi.] dicit Abb. q cum id eſſet publicum, vt dicit tex. illud non potuit ignorare. ¶ In gl. ergo fuit, ibi, diſſimilia] ſtipu
18 latio enim † omnino pendet ex partiũ voluntate, Electio verò, ex quo facta eſt, ex iuris auctoritate, & iudicis poteſtate dependet, & idẽ in prouiſione. ff. de pact. ab emptione. ff. ad municip. ordine, ff. ad Turpil. l. 1.
19 §. 3. & ſupra de elect. publicato. Hoſti. ¶ In † gl. vlt. in fi.] Innoc. videtur hic tenere contrarium, quia non eſt dignum, ex quo ſuperior, ſcilicet papa reuocauit ad ſe prouiſionem, vel alij delegauit, reuertatur ad inferiorem, vt dixi ſuper gloſſa, vnde non valuit.

ADDITIO.

a ¶ Improbamus. probat iſte tex. papam poſſe damnare conſuetudinem, etiam ſi ad id non ſit actum, de qua vide in c. cum inter, de cõſue. per Ioan. And. vbi plenè ad idem concor. & facit quod no. infra ſuper ver. abſoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Abbatibus, quæ non competant in præiudicium epiſcoporũ, num. 3. 4 ad dict. conceſſione, 5. & 6.*
De epiſcopis in quibus religioſi conquerantur.
Matrimoniales cauſas quibus conſueſcat delegare curia Romana, & cum qua clauſula, ſi plures delegent.
2 *Electus, confirmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, nunquid ſolennes dare poſſit indulgentias.*
4 *Epiſcopalia vſurpare peccatum eſt, & contra ſalutem minorum prælatorum.*
Inſignia concedere non poteſt alius, quàm princeps.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Epiſcopalis ordinis quæ non competunt alijs, niſi in caſu.
Epiſcopalia quæ ſunt dignitatis minoribus competere quibus poſſint rat. qibus.

CA-

CAPVT XII.

1 **Accedentibus.** Caſus. † Abbates de
matrimonijs cogno-
ſcere, publicas pœni-
tentias iniungere, indulgentias cócedere nó poſſunt,
niſi hoc de ſpeciali iure illis competat. & primo ponit
epiſcoporum querelam, cui ſecundo prouidet. ſecúda
ibi, Nolentes[Partib.]fuerunt enim propoſitæ hæ que
relæ in cócilio generali, vt patet in ſupraſcriptis [Que
relis]concor. de priuile. cum & plantare, & c. tuarum,
& ic, paſtoralis, & c. petiſtis, Interdum ècótra religioſi
conqueruntur de epiſcopis, ſupra eod. ſane, de priuile.
dilecti, & c. quanto[Matrimonialib.] Curia Romana
habet ex vſu delegare cauſas matrimoniales epis, & ſi
alios adiungit, ponit clauſulam, quód ſi non omnes,
tu frater epiſcope[Indulgentiarum] nunquid electus
2 † confirmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit,
has ſolemnes indulgentias dare pót? Quod vr̃, cum
ſint iuriſdictionis, infra, de pœnit. ꝙ autem, quam ille
habet, ſupra de electioni. tranſmiſſam, Sed contra,
quia ſecundum quoſdam ſunt epiſcopalis ordinis, &
procedunt ex poteſtate clauium, & per eas pęnitentię
eneruantur, infra de pęni. cum ex eo. poteſt dici ſecun-
dum Hoſt. quod hoc non poteſt, cum careat epiſcopa-
li & ſacerdotali ordine, ſicut epiſcopus, qui renuncia-
uit oneri, quia caret iuriſdictione, de ordin. ab epiſco-
po. c. 1. Duo vere imperfecta, facere poſſunt vnum per
fectum, ita quod ſi talis epiſcopus ad eccleſiã talis có-
firmati deſcendat, de illius licentia poterit ſuis ſubdi-
tis indulgentias dare, ſicut & illos poſſet ordinare, de
hoc ſupra de ele. ſuffraganeis. Et ſic ſm eum hæc indul
gentia eſt mixtæ poteſtatis, quia ſcilicet partim acce-
dit ad ordinem, partim ad iuriſdictionem fatetur ta-
men, quod de conſuetudine electi non presbyteri has
indulgentias etiam presbyteris faciendas comittút,
maximè quando prædicant. Ipſe tamen dicit, quòd in
non ſacerdote irrationabilis ſibi videtur hæc coſuetu-
do, cum fori ſacerdotalis ſit pœnitentias imponere, &
diminuere, quod idem eſt in effectu, quod indulgen-
tias dare. Fran. Vercel. in decre. at ſi clerici, de iud. tra
ctans hanc quæſtionem tenet, quod confirmati in epi
ſcopos, etiam ſi ſint presbyt.ri indulgentias dare nó
poſſint, dicens, ꝙ ſi dicatur, ꝙ dare indulgẽtias nó ſit
ordinis epiſcopalis, negari non poteſt, quin ſit ordi-
nis ſacerdotalis, illas aut, ex quo in epiſcopum confir-
matus eſt, vt ſimplex ſacerdos concedere non poteſt,
per decr. quod ſicut, de elec. & ne videatur decreſcere,
de tranſla. licet. 94. diſt. legimus. 92. diſ. ſancta. 74. di.
ſi qui. & eadem ratione dicit idẽ de benedictione fon
tium, vnctione infirmorum, & ſimilibus. Inducit etiã
quod vbi papa de indulgentijs loquitur, de epiſcopis
mentionem facit, de pœnit. cum ex eo. & c. ſe. & ſic nó
de electis. nec ob. quod in c. quamuis. 68. diſt. dare in-
dulgentias non ponitur inter epalia, quia nó ſequitur,
ſi ibi non eſt poſitũ, ergo licet, cum ibi potius, exempli
gratia, quam ad ſpecificationem ponantur. nec ob. de
tranſla. c. 2. vbi dr̃ ꝙ epiſcopalis dignitas nil addit, qa
illud verum ad vinculũ matrimonij ſpiritualis. Hæc
decre. in fin. non ob. ſecundum eum, quia non dicitur
hic talia per inferiores pręſcribi. quod ſi etiam dicere-
tur, procedat id in Abbatib. qui poſſunt presbyterale
officium extendere, ſed confirmati in epiſcopos id nó
poſſunt, vt dictum eſt, licet de archiepiſcopo non ha-
bente pallium habeamus, quod impeditur etiã in of-
ficio epiſcopali, quod intellige, vt dixi in pręe. decre. ꝙ
ſicut. de epiſcopo, vel Abbate nó habemus, quod ante
conſecrationem, vel benedictionem impediatur in of
ficio presbyterali, nec hẽt hoc rationem, alias nec eu-
chariſtiam conficere poſſet, & facit 74. diſ. geſta. & ca
pit. honoratus. C. de digni. l. 3. lib. 12. Ex prædictis vi-
detur, qđ capitulum ſede vacãte, non det literas indul
gentiarum, licet quidam ſeruent contrarium, vt refert
Archid. de pœniten. Romana, lib. 6. & facit ad mate-
2 riam, quod no. in Cle. de hęret. c. 1. in gloſ. hæc [a] litera
3 [Similia]ſicut † inſtituere. & deſtituere, quod dic, vt
no. de off. arch. cum ſatis, de cleri. pere. c. fi. Commen-
datitias ad ordines dare, de temp. or. cum nullus. li. 6.
vel grauiora examinare, & diffinire ſine epo, de off. ar
chid. ad hoc, & c. fi. & epalia inſignia deferre, ſicut in-
ſula, mitra, ſandalia, anulus, & ſimilia, quæ quandoq;
non epiſcopis concedũtur, infra de priuile. vt apoſto-
licæ, & ſic ſunt potius epiſcopalis dignitatis, quam or-
dinis, ſecundũ Hoſt. [Vileſcit]vt quid enim plus hono
rabimus epm̃, quam Abbatem, ſi hoc põt Abbas, quod
4 eps[Saluti]contra ſalutem † minorum prælatorum eſ-
ſe, & ſic eſt peccatum, quãdo ſibi vſurpant epiſcopalia
[Abbatum]idem multo magis de inferiorib. prælatis
[Periculum]non ſolum ſalutis, de quo præmiſit, ſed ẽt
depoſitionis ab abbatia, vt puniatur, in quo peccauit,
de tranſla. quanto, ſcđm Hoſt. [Cóceſſione]ẽt epiſco-
porum, 16. q. 2. viſis. Vinc. quod intelligit Hoſ. cum prę
ſcriptione completa, de religi. do. cóſtitutus, de iu. pa.
cura. ſaluis inſignijs, quæ alius, quam princeps conce-
dere non poteſt, ſecundum eum, de quo remit. ad ſum.
de vſu pal. §. & quib. diebus, ver. & notandum. dato au
tem, quod iſti Abbates per priuilegium haberent inſi-
gnia, non tamen per id aliquod pontificale exercere
poſſent, & vide quod dicam infra eo. vt apoſtolicæ, li.
5 6. ſuper 2. gl. ¶ Gl. † 2. ſignat ɔ̃rium, & ſoluit. ¶ In gl.
2. ibi, quãuis coepiſcopis]ibi enumerantur ea, quæ ſunt
epiſcopalis ordinis, ſ. conſecrare virgines, eccleſias, &
altaria, ſacros ordines conferre, & ſimilia. & iſta ex p̃-
ſcriptione, nec ex demandatione non epiſcopo compe
tere poſſunt, ſed, nec per ſpeciale priuilegium de facili
concedũtur, de hoc ſupra de con. ec. vel alta. aqua. Il-
la vero, quæ epiſcopalis dignitatis ſũt aliquo pręedicto
rũ modorum minorib. competere poſſunt. & de his lo
quitur hic ſm Hoſt. qui dicit, ꝙ aliqui promiſcue vtun
tur his verbis, quibus contradicit mens verborum, di-
uerſitas officiorum, & ratio naturalis. ipſe vr̃ in hoc ſi-
bi contrarius fuiſſe in dec. literas, de teſti. ſpo. vt ibi di
xi ſuper 1. gl. & vide quod dicam de pœnis, fœlicis. in
fi. li. 6. ſup ver. pontificali. [Et ibi, ex literis]& ſupra de
re. ſpo. lr̃as. ¶ In fi. gl. pe.]hoc verum de illa ſolẽni, de
6 qua loqtur canó ille. ¶ In † gl. vlt. in fi.]Idẽ, ſi p̃ſcripta
antiqua appareret, qđ monaſteriũ fuerit a prin. ſic fun
datũ, ar. de reli. cũ vene. ver illius, & ſupra de cẽſi. quã
to. Dicebat etiam Hoſti. quod nó credebat inſtitutio-
nem auctorizabilem acquiri poſſe per vllam præſcri-
ptionem. remittit in hoc, ſupra de offi. arch. cum ſatis.

ADDITIO.

a ¶ Hæc. Et vide gl. & docto. in Cle. fi. de pœ. & remiſ. & beatũ
Th. in 4. ſen. diſt. 20. c. 4.

SVMMARIVM.

1 *Ad reuelandum peccatum in pœnitentia confeſſum non de-*
bet vrgeri ſacerdos, niſi in caſu, & quo, in fin. & nu. 4.
Cleri vrbis rectores quot, habent iuriſdictionem. Bononiæ hi
quo appellentur nomine.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Reſtituere tenetur qui ſuccedit in vitium, nedum fur.
Furtiuam rem qui emit, ciuiliter pretium repetit domino.
3 *Additio gloſſarum.*
Ad indicandum furem quis cogi poteſt.
Confeſſor legatione Dei fungitur ſpeciali, & eum papa non
poſſet excommunicare, quòd non reuelet confeſſionem.

CAPVT XIII.

1 **Dilectus.** C. Ad † reuelandum peccatorem in
pœnitentia confeſſum ſacerdos vr-
geri nó debet. Et primo. ponit que
relam presbyteri, cui ſecũdo prouidet expreſſa cauſa.

2. ibi,

2. ibi, Quia igitur [Fraternitatis] iſti conſueuerunt eſſe 12. vel 14. & regere clerum vrbis, & in eum iuriſdictionem habent. Bon. dicuntur præpoſiti conſortij [Reuelatum] forte alter ex fratribus ad cor reuerſus vnũ ex libris furtiue ſubtractis reſtituerat per hunc ſacerdotem, vt haberetur via ad reliquos recuperãdos, fiebat hoc præceptũ. [Pernitioſum] exemplo, quia alij per hoc retrahentur a confeſſione peccatorũ [Taliter] hoc ideo dicit, quia peccatore volente, & hoc petente poſſet fieri hæc publicatio, vt patet de adul. ſignificaſti, de ſimo. nemo. [Coram te] loquitur cardinali, qui
2 erat vicarius in vrbe. ¶ Gl. 1. † probat dupliciter hũc cogi nõ potuiſſe, ſignat contrarium, & remittit. 2. quę-
3 rit, arguit, & ſoluit dupliciter legẽdo. ¶ † In 1. gl. [ibi idẽ] l. 4. eſt. & vide hanc, & præce. de ſimo. in gl. 2. ¶ In gl. vltima, [ibi, §. idem Iuli.] quem non poſſum conuenire vt furem, conuenio vt furis hæredem, vt cum iurauit furtum nõ feciſſe, vt in iſta l. vel cum eſt infans, vel furioſus, vt in l. ſeq. [Et ibi, ex furtiua] condictione furtiua non tenetur niſi fur, vel eius hæres. [Et ibi, l. 2.] emens rem furtiuam, inciuiliter precium repetit a domino. [Et ibi, ciuile] vide de furt. qui cũ fure, ſup vl. gl.
4 ¶ In gl. 1. [ibi, qui cum fure] † & de furto loquitur, nõ de fure. Dicit Gl. q licet peccet non indicando, per iudicem tamen ad id cogi nõ poteſt. Et ibi, Dei legatione] ſpeciali quo ad hoc, per quod videtur, q nec etiam papa, qui eſt generalis vicarius, poſſit eum in hoc excommunicare. ad hoc de oſt. deleg. ſtuduiſti. Hoſt. [de in fi.] magis placet, quod prius dictum eſt. Hoſt.

S V M M A R I V M.

1 *Collegij ſigna non poſſunt in præiudicium prælati ſubditi ſingulares erigere. alias autem non prohibentur, quin poſſint vnum corpus eſſe, & qua de cauſa, & vti ſigillo proprio, num. 7. in fine.*
Collegium qui non conſtituant, & quibus caſibus, & nu. 2. & 6. ab eo vero qui recedunt an & quæ habeant, ibid. quibus ſubſint, & quorum incipiant, & durent auctoritate. §. clerici autem.
3 *Abbati inſignijs epiſcopalibus impetratis vbi liceat vti.*
4 *Epilogus gloſſarum.*
Corpus quibus modis dicatur, remiſ. & nu. 5. ſi petatur corpus, & ſuccumbatur, in quo genere corporis petenti partẽ eius obſtet exceptio iudicati, num. 3.
5 *Suffragium, & additio gloſſarum, nu. 6.*
Societas quid, vers. ſocietas eſt. inter ipſum, & collegium, & reos debendi vel credendi quid interſit. § ſocietas.
Ciuitatem, & caſtrum, vel eius vniuerſitatem, qui conſtituant. §. clerici autem.

C A P V T   XIIII.

1 **Dilecta.** C. † In præiudicium prælati non pñt ſubditi ſingulares erigere ſigna collegij. Prima ponit partis quærelã. ſcđa dat iudicẽ. 2. ibi diſcretioni. [Capitulum] non prohibetur ergo, quin alias poſſint eſſe vnũ corpus cã religionis, puta ad miſſas dicẽdas, faciendo confratriã, vt dicã ſuper gl. Dicebat Abb. q exẽplum huius decr. poni poſſet in beneficiatis in eccleſijs collegiatis extra capitulũ, vt ſunt mãſionarij, vel capellani Bon. vel his ſimiles. [Inhibeatis] no. hãc decr. ad ea, quæ no. ſ. de in-
1 re pa. nobis. Itẽ & † no. ꝯ villas, & caſtra dñis ſubiecta, quæ ꝯ dñorum voluntatẽ volunt erigere collegia, ſigil-
1 la, & areas cões, vt ẽt ĩ. dicam.[a] Item no. ꝯ præpoſitos nationum, qui ẽt in vniuerſitatem ſe erigunt ſæpe contra rectores, & ideo per noua ſtatuta hodie ſunt ſublati [De nouo] regulariter nouitates ſuſpectæ, de conſue. cum cõſuetudinis, cum ſuis concor. [Vel vti eo] arguit Hoſt. q † ſi abbas impetrauit, q intra ſuum mon. inſignijs e pãlib. liceat illi vti, nõ licet hoc in ſynodis, vel extra monaſterium. remittit autem de hoc. ſ. de æta. & qual. cũ contingat. & vide ĩ. de priuil. vt apoſtolicæ.

4 li. 6. vide qđ dixi ſ. e. accedẽtibus, in fi. ¶ † Gl. 1. tractat modos, quib. dr̃ corpus, ponens differentiã inter corpus, quod habet partes integrales, & qđ hẽt diſtantes.
5 ¶ Gl. 2. obi. & ſoluit. ¶ † In 1. gl. [ibi, rerum mixtura]
6 ibi ponit lex de iſto triplici corpore. ¶ In † gl. 1. ibi, ſocietate] vr̃ quibuſdã tñ Innoc. q quilibet homines cuiuſcũq; profeſſionis, vt grãmatici, negociatores, piſtores, & ſimiles, propria auctoritate, ſi volũt, licet alij aliter dicant, pñt conuenire ſimul, & facere ſibi rectorẽ, & ſindicũ, & arcã cõem, dummodo ſocietatem coeãt, vel collegium faciant pro aliqua cauſa. quidam tamẽ
b dñt, q rectores in perſonalibus[b] collegijs ſemper confirmabuntur a ſuperiore, ſicut in realibus, Auth. de defe. ci. §. verum illud, & §. ſi eadẽ. immo vr̃, q ẽt ſine rectore, & ſine ſyndico, & ſine arca, & ẽt ſine ſtipulatione poſſunt ſola voluntate expreſſa tñ conſtituere collegiũ, dũmodo pro aliqua cauſa hoc faciant iuſta, puta ad defenſionem iuſtitiæ ſuæ & aliorum, vel ne in officijs ſuis fraudem faciant, & conſimilibus. nec oportet, q iſti habeant aliud nomen, niſi collegiũ grãmaticæ, vel logicorũ, & ſic de alijs. immo vr̃, q licitũ ſit collegium oium bonorũ ſodaliũ, qui multũ facere habituri ſunt ſimul, ar. ff. de col. il. l. fi. quæ eſt Græca. Illud autẽ conſtat, q ſi faciãt collegium cauſa religionis, vel pietatis, & in idem nomen ſumant, v. g. collegium iuuantium oppreſſos, colligentiũ eleemoſynas, & ſic de cęteris, licitum eſt, & hoc probatur ex diffinitione ſocietatis, quæ eſt talis. Societas eſt plurium corporum inter ſe diſtantium, vno nomine ei deputato collectio. Itẽ probatur hoc ex eo, quod dr̃ in prima l. ff. de coll. illic. vbi dr̃, q licita collegia ſunt omnia, quæ fiunt cauſa religionis, vt præmiſſa, dummodo nihil faciant ꝯ ſenatuſcon. i. dummodo nil mali faciãt occaſione collegij, qđ ſola prohibet illicita collegia. & hæc collegia, licet bonum nomẽ hẽant, tñ quia male operãtur, fit illicitũ collegiũ, & ideo deſtruendũ, & ad hoc facit. l. vlt. eiuſdẽ ti. & l. Græca ibi poſita. Sed ꝯ. ff. de coll. il. l. collegia, in prin. vbi dr̃, q collegia non debẽt fieri abſq; auctoritate ſe. con. vel principis. Sol. oĩa prædicta collegia, quæ fiunt pro bono, & ad malum non procedunt, dicimus eſſe conceſſa auctoritate ſen. con. quod ſola illicita prohibet, & iõ licita cõcedere videtur. ar. ff. de col. il. l. 1. ſicut per idem ſe. con. conceſſa ſunt collegia profeſſionũ, & negotiationũ, & burgorũ, & villarũ. C. de iu. om. iud. l. fi. ſ. de procur. quia. ff. quod cuiuſque vni. l. 1. ff. ad Trebell. oib. ff. de le. 1. ſi hęres. §. in eis. C. de natural. li. ſi quis ſen. & l. qñ. ſ. de procur. quia. auctoritate tamen principis poſſent, & debent fieri collegia, ſi homines habent parum facere ſimul, vt ſi Barones, vel ciuitates, vel tres, vt plures coeãt collegiũ, nã huiuſmodi collegia non valent ſine auctoritate principis, quia nec multum ſimul facere habent, nec hoc faciunt cauſa religionis. Item videtur, q huiuſmodi collegia perſonalia, ſ. profeſſionum, negociationum, officiorum, vel religionum ſunt voluntaria, & non neceſſaria. & ex hoc eſt, q etiam illi, qui ſunt de eadem profeſſione, vel negõtione, ſiue ſint plures, ſiue pauciores, quam alij, qui iam coierunt in collegium, non coguntur illud intrare, imo qui iam intrauerunt, poſſunt inde exire. Item q exeuntes accipiunt partem de rebus cõmunibus. Item quia non poteſt quis eſſe in duobus colegijs volũtarijs, & hęc ſunt ff. de col. il. l. 1. §. fi. videtur tamẽ alijs, q ſi pauciores homines vnius officij, vt grammaticorum, piſtorum, vel aliorum conueniant in vno loco ad collegium faciendum, q non debent ſe vocare collegium grammaticorum illius loci, quia nõ proprie dicitur collegiũ eſſe ibi alicuius officij, niſi ſit maior pars, ſed debent ſe denominare ab alio officio, cum aliqua actione, per quam diſcernãtur, v. g. collegium ſcholarium vltra Aquerſam, vel citra, vel colle-

gium

Digitized by Google

gium ſcholarium ſancti Stephani,quia cōueniunt ibi, & ſic dicendum de alijs; tamē dicunt,ꝙ pauciores de aliquo officio non poſſunt facere collegium,niſi aſſumant ſibi nomen aliquam pietatem reſpiciens. Quod aūt prędicta collegia appellētur perſonalia, vel realia non habetur in iure,ſed ꝓ ſimile dr̄ munerum,& ſeruitutum realium, & perſonaliū,ſecus eſt aūt in collegijs realib.ciuitatis,& burgi,& eccleſiæ, quæ ſunt neceſſaria,& naturalia,qualia ſunt,q̄ vel rōne originis, vel rōne domicilij, vel alijs conſimilib.rōnibus ɔ̄hiuntur, nā hmōdi domicilia nō licet indifferenter dimittere,& ēt pōt quis plura talia cōſimilia habere.ff.ad muni.l.Labeo,& l.ſeq.Item res taliū collegiorū non diuiduntur inter abſentes.12.q.2.§.qui manu mittitur. Azo tamē dixit,ꝙ ſinguli de vniuerſitate de his,q̄ in ea cōferūt, cum inde recedūt,debēt habere partē, & ſic loquitur ff.de col.il.l.1.§.fi.Sed de alijs,quæ donantur, vel legantur vniuerſitati,non debēt habere partem, ar.pro hac di.ff.ne quid in lo.pu.l.2.§.viarū,ȝ.de cle.cōiu.qd a te,vbi no.16.q.6.de lapſis.Societas aūt,vel ſocij vniuerſorū honorū, vel alicuius negociationis, vel rei nō conſtituūt collegiū,vel corpus.qđ apparet ex eo,quod dicit l.ꝙ ſocij alicuius profeſſionis poſſunt conſtituere collegiū.ff.quod cuiuſque vni.l.1.§.1.ex quo apparet, ꝙ ſocietas non eſt collegium per ſe,niſi aliter cōſtituatur per principem,vel ſe.con.vel alio modo,vt ꝑdictū eſt.Itē hoc ipſum probatur,ꝙ collegiū recidit in vnū. ff.quod cuiuſque vni.ſicut.65.di.c.fi.Sed ſocietas morte cuiſlibet ſocij ſoluitur.ff.pro ſocio,adeo,in prin.Itē ſi eſſet collegiū,non deberet conueniri quilibet ſocius de contractib.initis nomine ſocietatis, ſed ſocietas ipſa .antum.12.q.2.qui manu.quod falſum eſt, Hoc.n. datur hr̄di,& in hæredē,& ideo male faciunt,qui conficiunt libellos, vel ſtip, vel alios contractus nomine ſocietatis,cū non ſit corpus,niſi expo.i.nomine ſociorū, vt res magis valeat,q̄ pereat, Sed his vr̄ ɔ̄ ff.quod cuiuſque vni.l.1.in princip.vbi dicitur, ꝙ hæc tria comparentur,ſ.ſocietas, collegium,& corpus. So.loquitur de ſocietate intellectualiter,& iuris,quæ eſt idem, qđ corpus,& non ſocietate bonorum.Hoc fallit in reis credendi,vel debendi ſocijs,quorum quilibet agit ex ſententia pro alio lata.ff.de arb.ſi duo,vbi dr̄, ꝙ ex facto rei credendi ſocio,q non cōpromiſit,datur actio ex ſtipulatu ɔ̄ reū ſocium,q compromiſit,ex quo omne dānum pariter conſequitur.ex quo videtur,ꝙ eadem rōne ex ſtip.rei ſocij,qui cōpromiſit,detur actio alij, ar. ad idē.ff.ſi quis cau.ſi duo.§.1.ff.de le.1.l.3.§.vlt.ff. de duo.re.pro eadē.1.rñ.ff.de fideiuſ.l.antepe. & hoc ideo eſt,qa ex eo,ꝙ eſt reus,pōt totū deducere in iudiciū,immo partē deducere non dēt,qđ ſi faceret, ēt illius partis pars ſociū cōtingeret.& ex eo,qđ eſt ſocius, cōmunicat lucrū & damnū, & ideo inuicē vnum alterius nomine agere,& paciſci vr̄,ſecus aūt in corporeis tantū,q nō cōmunicāt lucra,& dāna,& ſecus in ſocijs tantum, qui non poſſunt deducere in iudiciū,vel pactum niſi ſuam partem.ᵉ fatemur tamē,ꝙ magiſter ſocietatis pōt pro alijs agere ex beneficio eius.ff.de pac. item magiſtri.Item ſi ratum habet factum ſocij tacite vel expreſſe,poteſt agere ex facto.ff.pro ſocio,iure.Sēper.n.præſumitur nomine ſocij contrahere. Alij tamē contradicunt,aſſerētes,ꝙ licet ex facto ſocij,vel pacto vel re iudicata damnum, vel lucrum conſequitur ſocius alius,vt ſonat præal.lex,& etiam aliquādo detur eis exceptio nunquam tamen datur actio. Lex aūt pro ſocio,iure intelligitur,vt per ſocium.i.per factum ſocij non obligetur ſocius.i.nec lucrum, nec damnum ſentiat ante,quam res,in quibus contraxit,conuerſæ ſint in communem vtilitatem.¶ Clerici autem ciuitatis vel caſtri non poſſunt facere collegium ea ratione, qa ſunt in eadem ciuitate, vel caſtro,quia clerici non conſtituūt vniuerſitatem caſtri,vel ciuitatis, vel caſtrum, vel ciuitatem,quod idem eſt, ſed conſtituunt vniuerſitatem ſuarum eccleſiarum,& ciues conſtituunt ciuitatem, vel vniuerſitatem ciuitatis,& caſtellani caſtrum, ſed bene poſſent conſtituere vniuerſitatem cauſa religionis,ſcilicet,vt miſſas celebrēt ꝓ viuis,& defunctis, vel conſimilibus.Item videtur,ꝙ cum iſta collegia, & rectores eorū ſubdita ſint maiorib. & ordinarijs poteſtatibus,ꝙ ad eorum dictum deſtrui poſſunt, & prohi-
d beri,ne incipiant ſecundum Inn.qui hæc no.hic [d] ad literam, dicens per hoc ſupplendum, quod notauit de off.or.cum ab eccleſiarum,& ibi dixi poſt eum, & Hoſtien.quæ collegia deferant iuriſdictionem ordinariā, [Et ibi,item dr̄ corpus]ab hinc poſuerunt Goſ.& antiqui hanc gl.ȝ.de conſti.cum omnes,in prin.[Et ibi nō
7 erat]ibi eſt rō diuerſitatis in promptu, † quia hoc caſu ſi petenti ſingula capita non obſtaret exceptio, ergo contra rem iudicatam eſſet reperiri vendicari totum gregem,quod non eſt in toto, quod habet partes integrales.nam & ſi vēdicarem ſingula tigna, vel lapides, non propter hoc peruenirem ad domum,ſed ad aceruum tignorum, vel lapidum.[Et ibi, corpus] & vir cū coniuge 40.diſt.ſicut,de conuer, coniu.ad apoſtolicā. [& in fi.] Hoſt. de hac materia remittit ad ſummam de ſyndico.¶ In gl.vlt.[ibi,ſigillum]proprium,& ſingulare,ſed hic loquitur de communi,& collegiato.

ADDITIONES.

a ¶ Dicam.Et vide Inn.in c.cum ab eccleſiarum,de of.ord.

b ¶ Perſonalibus.Quæ ſint perſonalia,& quæ realia.inf.videbis.

c ¶ Partem.Vide plenius hanc materiā per Bar.in l.de duobus reis.& in l.eadem,eo.titu.

d ¶ No.hic & vide Bar.in l.fi.ff.de col.ill.

SVMMARIVM.

1 *Prælatum qui dominum ſuum contra iuramentum negat, vel coram laico de ipſo conqueritur, vel eum inuadit, beneficio priuandus eſt, vide num.2.& 7.an & in quibus ſit dominus,num.2.& 3.*

2 *Ex iteratis actib. magis qs ꝓſumitur irreuerēs, et cōtumax.*

3 *Veritatem dicens non offendis, nec tenetur iniuriarum.*
Spiritualia non cadunt in cognitionem iudicis ſecularis.

4 *Parētibus ſpiritualib.an qs plus,quā carnalibus aſtringatur.*
Ab Eccleſia qualiter quis abſcindatur.

5 *Beneficia plura an quis poſſit habere.*
Iuri alterius papa derogare non intendit,niſi hoc exprimat.

6 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.7.*
Ex delicto parentum in epiſcopum nunquid archidiaconus punietur.

CAPVT XV.

e Grauem. C.qui † contra iuramentum prælatum dominum ſuum negat, vel coram layco de ipſo conqueritur, vel eum inuadit, beneficio eſt priuandus, & pars deciſa narrabat factum,quod ſcđo ſub triplici diſiūcta puniri mādat.ibi,diſcretioni.[Cōſtiterit]forſan corā ipſis delegatis papę hoc accidit in iudicio litigādo, ad id C.de teſti.nullum,alias libello oblato hoc cōſtare de teſti. ſpo.conquerente.ſecundū Hoſt.[Et ſecundo] ꝓ
2 pter † qđ magis præſumitur irreuerētia, & cōtumacia ipſius,C.de plus pet.l.vna,ad fi.25.q.2.ita nos,de cle. venerabilem,ſecundum Hoſt.[Homagij]dicit In.ꝙ ꝓpter hoc facit ad ti.Si.n.non prǣſtitiſſet homagiū,non crederet eum peccare,ſi nō vocaret illum dominum, ſed prelatum.10.q.3.cauēdum.Idem Ab.Nam,vt di
3 xit Goff.dicens veritatem † nō offendit, nec tenetur iniuriarū.ff.de iniur.eum qui.ſed certum eſt, ꝙ epiſcopus procurator eſt,non dominus,de don.c.2.quod eſt verum quoad alienationem rerum ec. tamen dominus eſt quo ad obedientiam ſubditorum. de hoc ȝ. de ſymo.ne Dei[Vel]repete.ſi cōſtiterit eū &c.[Spiritualib.]quę nec etiam incidenter cadunt in cognitionem iudicis

iudicis ſecularis. ſ. qui fi. ſine legi. lator, ſm Inn. [Aut]
4 repete, ſi cōſtiterit. [Fratri] ar. ſm Hoſt. q̄ † plus aſtrin-
gitur ſpiritualibus parentibus, q̄ carnalibus, ad hoc ſ.
de transla. c. 2. ar. contra de iureiur. petitio, de poſtu.
c. ſi. Dicit Hoſt. q̄ hanc contrarietatem inducit iniu-
ſtitia, quam ſoluit defenſio iuſtæ cauſæ [Abſcindatis]
ipſum degradando, & curæ ſæculari tradēdo. 10. q. 1.
ſi qui ſacerdotū. Hoc [Perſonis] ſ. ſingula ſingulis, & ſic
5 collige duo contraria. Primū † q̄ q̄s pōt habere plura
beneficia. ſm, q̄ non pōt, de hoc ſ. de preb. cum iā du-
dū, & ī. de reſcri. gratia, lib. 6. [Per illos] non intendit
papa iuri alterius derogare, niſi hoc exprimat. de hoc
6 ſ. de off. dele. ſuper eo, ſm Hoſt. Secunda † glo. Reſpō.
pōt ſignando, & ſoluendo contrarium de reg. vlt. &c.
7 ¶ Quarta gl. arguit, remittit, & declarat. ¶ In gl. pen.
[ibi, ſeculare.] ſuper ſpiritualib. vt dicit text. ſecus. n. ſi
ſuper feudalib. de hoc de fo. comp. ex tranſmiſſa. [Et
ibi, cām.] vt dicit Hoſt. forte conſanguinei Archidia-
coni ipſo ſciente, & non contradicente voluerunt ali-
quid illatū archid. per epm in ipſum epm vindicare,
alſ ſi archidiaconus id ignoraſſet, vel ſciens expreſſe
ſine fictione hoc prohibuiſſet, nō puniretur ex hoc. de
homi. Petrus. de ſy. ſicut nobis, & c. nobis, niſi dicatur
aliquid ſpeciale pp epalem reuerentiam, ar. 93. di. nul
la, & c. 1. q. 1. ſi quis ſacerdotum, vt ſic pp delictum pa
rentum puniatur archidiaconus. ī. de penis, in quibuſ
dam, ipſo maxime cauſam præbente, de homic. de ce-
tero, ſecundum eum [& in fin. & quodlibet iſtorum per
ſe ſufficit, vt patet per alternatiuas, quas ponit textus.

SVMMARIVM.

1 *A religioſorū grauaminib. 15. præcipiūtur abſtinere prælati.*
Quæ ſint hæc, num. ſequen. patet.
Religioſi, & qui, et in quibus ſint priuilegiati, a quib. confeſ-
ſionem, & alia ſacramenta recipiant, nu. 2. & 3.
Oratoria habere, & eucharistiam ibi reſeruare, & pro quib.
poſſint, ibidem.
Poſſunt eligere ſepulturam, n. 3. & 4. quæ alia poſſint habe-
re, n. 4. 6. & 9. quos poſſint ſepelire, nu. 4.
Religio eſt voti, non præcepti.
4 *Prælatorum appellatione qui contineantur.*
Oblatio ſit in funere in quibuſdam regionibus, quam recipere
poſſint religioſi, nu. 6. quando, & a quibus recipienda, &
quæ eius nomine contineantur, num. 6.
5 *Cœmeterium differt a loco religioſo.*
Laici pro conuerſis.
Cares funerum quorum ſint, ad dictio. reſiduum.
6 *Abſolutè, quid ſignificet in ſi.*
7 *Vniuerſorum nomine ſinguli comprehenduntur, licet adda-*
tur vocabulum ſingulorum ad euitandam ſophiſticam inter
pretationem.
8 *Excommunicationum ſententiæ latæ tenent, licet male fa-*
ciant prælati, et de hoc ſint puniendi, et qualiter exceptum.
9 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVI.

1 Nimis iniqua. XV. † reprehenſibilia po-
nit, a quib. præcipit abſti-
nere. 2. ibi, Quocirca. [Re
ligioſi] cuiuſcunq; ſint religionis ſm quoſdam. Dicit
Inn. q̄ licet quoad quædam ſequentia oēs religioſi pri
uilegiati ſint, non tñ in oībus, niſi hi, qui habent ſpāle
priuilegium, ſicut Prædicatores Minores, de quibus ſe
quitur, & ideo dixit contra regulam [Abnegantes) iux
ta illud Luc. 9. [Semetipſos] ſæpe paupertati renunciāt
pp Chriſtum, vt no. 1. q. 2. §. vers. [Ad placitū] illius,
qui conuertitur, q̄a hæc res eſt voti, nō præcepti. 32. q.
1. integritas, vel ad placitū. ſ. Chriſti. [Poſſidentes] ſ.
2 ad Corin. 6. [Prælati] epi † & inferiores, de off. or. cum
ab eccleſiarum. [Alij] canonici, & clerici tā cathedra-
lium, q̄ aliarū. [Qui ceca] de elec. auaritiæ, lib. 6. [Vo-
lunt] priuileg. a ſede) quia nec alius pōt, de reli. do. c. ſi.

(Confeſſiones) quas pprius prior, vel alius non actus
audire deberet. 16. q. 1. c. ſed ſi non haberent aliquem
ſui ordinis, ſatis credo, q̄ iure cōfiteri debēt parochia
li ſacerdoti, de pœ. & remiſ. oīs. Sed hic reputo priuile-
gium, q̄ q̄s cuilibet de ſuo ordine, & alieno confiteri
poſſit. Inn. [Et Euchariſtiā) ſm. [Nec volunt] tertium
3 [Oratorijs] quæ † illis licet habere, & ſi nō ad infirmos
generaliter cōicandos, tñ ad cōicandos ſeipſos, & de-
uotionis cauſa 16. q. 1. alia. & eſt hoc oībus religioſis
cōe. [Et fratres] quartum. [Defunctus) qui ſepulturam
non eligunt, vt differat a ſequenti. (Et ſi quis) quintū
(Elegerit) vī, q̄ non loquatur de profeſſis, ſed de con-
fratrib. qui remanent in ſeculo. profeſſi. n. non habent
proprium velle. vnde ſepulturam non poſſunt eligere.
12. q̄ō 1. non dicatis, dic q̄ loquitur in Minoribus, &
Prædicatoribus, qui priuilegium habent, q̄ quando ex
tra conuentus moriuntur, poſſunt eligere ſepulturam.
Inn. tu dic, q̄ religioſus profeſſus non habet proprium
a velle in vita, ſed ſic in morte, [a] ar. de ſepul. c. 1. & c. de
vxore. vnde eligūt ſepulturā. ī. de priuil. vt priuilegia.
Hoſt. determinatū eſt pro parte, Inn. de ſepul. c. vl. li. 6.
4 ibi videas (Oblatio.) quæ ſm † morem quorundā par-
tium fit in funere (Nec ſuſtinētes) ſextum. (Campanā)
contra. ī. de priuile. patentibus, ibi videas (vel cœme-
teriū) 7. & hoc omnes religioſi pro ſe & ſuis confratri-
b. habere poſſunt. ī. de priuile. vt priuilegia. & ex quo
ipſum habent, apud ipſos poteſt eligi ſepultura. 16. q.
1. §. ecce, & c. præ. de ſepul. c. 3. niſi obſtet cōſuetudo,
b vel pactio, de pac. pactum. [b] lib. 6. Eſſet tamen de mē-
te iuris ſecundum Hoſt. q̄ religioſi non habentes po-
pulum, nullum corpus extraneum ſepelirent, niſi for-
ſan apud eos hoſpitatus, & inteſtat' decederet, vel 16.
q. 1. c. 1. & c. alia. Habētes vero populū hos admittere
poſſent. 16. q. 1. §. his omnib. & de his loquuntur iura.
5 ſ. de ſepul. ſm Hoſt. (Benedictum) ad † differentiam
loci religioſi, Inſti. de rerum diu. §. religioſum (Certis)
octauum. (Volunt) nonū. (Certum numerū] ſpirituale
in prædictis, alias contra. ſ. de inſtit. c. 1 (Laicorū) ſ. cō
uerſorū; de quib. ī. de elec. ex eo quod, li. 6. (Nec non)
decimū. (Lampadarū) de his ſ. de offi. custo. c. 1. (Ac
reſiduū) 11. & hoc omnibus eſt cōe. 18. q. 2. hoc tantū.
vnde dicit Inn. ſe nō videre, quo iure hæc alicubi poſ-
ſint. facit 10. q. 3. q̄a cognouimus, & q̄d ibi not. (Nec
permittunt) 12 (Suis) clericorū ſecularīū. & hoc facie-
bant cauſa oblationum (Eos) 13. (Quotidianis) quaſi
6 familiarib. & ſine nota (Oblationes) gratuitæ, † feria-
les, quas religioſi recipere poſſunt. debitæ. n. & ſolēnes
eccleſijs ſecularib. debētur. 16. q. 2. ſtatuimus. 18. q. 2.
q oblatione, ſecus in donationibus inter viuos, vel cā
mortis. q̄d dic, vt ſ. de ſepul. de his. Quærit Hoſt. an re-
ligioſi decimas percipere poſſint? de hoc vide q̄d di-
xi de decimis. c. pe. (Reſeruent) quaſi ipſorū ſerui, non
tamen ab omnibus, nec omnes oblationes recipiendæ
ſunt, de vſu. quia in omnib. (Quicquid) 14. (Nomine)
contra. ī. de ver. ſig. cum inter. Sol. illud in partiario,
hoc in prælato. dic q̄ hic non negatur, quin illa conti-
neantur nomine oblationum, ſed licet ſit oblatio, non
debetur parochiali. [Quod eiſdē) 15. (Abſolute) i. p ſe,
& ſine conditione, & ſine fraude, de teſtamētis, officij,
7 & c. ſi. (Singuli) cōcor. de † elec. generali, in prin. li. 6.
& de ſup. ne pro. grādi, c. 1. ſufficiebat quo ad mentem
dicere, vniuerſi. ſed iunxit hoc, vt eorū malitijs occur-
reret, q ad dettactandum bonū obedientiæ quando-
que friuolas, licet ſubtiles occaſiones prætendūt, vt pa
tet, de reſcr. eam te. & ideo ſi hoc non adiūxiſſet, for-
ſan aliquis prætenderet ſe nō cōprehendi, quaſi aliud
ſit ius vniuerſitatis, aliud ius ſingulorum. 12. q. 2. qui
manumittuntur. ſecundum Hoſt. qui per hoc in priuile-
gijs, inſtrumentis, & literis non poſſe nimis ſpecificari
ſpecificanda ad malignorum ſophiſticam interpreta-
tionem

Digitized by Google

tionem tollendam, de decimis, ad audientiam, de pri-
uile. in his. [Deſiſtatis.] ſi † pro prædictis latæ ſint ſenté
tiæ tenent, licet male faciant prælati. Inn. & de hoc ſunt
puniendi, de priuil. quanto, & c. dilecta, de ſenten. exc.
ſacro. & hoc verum, niſi obſtet exemptio, vel ſaltem pri
1 uilegium, de priuil. c. 1, lib. 6. ¶ † In gl. 2. [ibi, inuita.]
dummodo nil fiat in fraudẽ, de teſta. officij, Hoſt. ¶ In
gl. vlt. [ibi, debent.] hodie ſecus in prædicatoribus, &
minoribus per decre. Bonif. ſuper cathedram, innouatã
per concil. Vien. de ſepul. dudum.

ADDITIONES.

¶ Morte. Simile quòd dicitur de filioſa. io c. licet, de ſepul. lib. 6.
¶ Pactum. Ibi vide Ioan. And. poſt Ioan. Mo. & Arch. & in c. cer
tificari, in 1. q. de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *A religioſorum prædicatorum, & minorum grauaminib. 12. prælatos abſtinere præcipitur, & quæ ſint, n. ſequentes lege.*
Prædicatores præmittuntur minoribus, quia antiquiores.
Ab vtriſq; prouenit vtilitas eccleſiæ vniuerſali, pares ſũt paupertate, & quæ, nu. 1.
A quibus cauere debent, nu. 2.
2 *Paupertatis ſtatus approbatus ab apoſtolica ſede.*
3 *Capitula clericorum quibus alijs nominibus ex diuerſitate locorum appellentur.*
Minorum prælati cuſtodes appellantur.
Prædicatorum quo nomine.
Epiſcopis prouinciæ religioſorum prouinciales & miniſtri fidelitatem non præſtant, excipitur tamen.
4 *Ad proceſſionem cum clericis ſecularibus religioſi quib. caſibus venire debeant.*
5 *Fulminare ſententiam quis dicatur.*
Excommunicari qui religioſorum poſſint & quãdo a prælatis.
6 *A decimis ſunt exempti religioſi, & quibus hic, non Iudæi.*
7 *Prælatum ſuum eligere ſibi habet qualibet congregatio.*
8 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVII.

1 Nimis praua. Ponit 12. † prædicatorũ, & Mi
norũ grauamina, a quib. præ
latos pcipit abſtinere. 2. ibi,
Quocirca. [Prædicatores.] hi ſemper præmittũtur, quia
antiquior fuit ipſorum inſtitutio, licet parum, infra de
priuil. in his, de elect. quorundam, de pac. cap. primo,
infra eod. c. vno. lib. 6. [approbaſſe.] ex quibus euidens
vtilitas prouenit vniuerſali eccleſiæ, infra de reli. do. ca
pit. vno. §. ſane, libro 6. [arctiſſima.] ſunt ergo prædica-
tores pares Minoribus in arctiſſima paupertate, ſuper
quo vide nouã conſtitutionem domini noſtri, quia quo
rundam, circa med. ver. nec hoc, & ver. ſequentibus.
2 [Paupertate.] errant † ergo, qui ſtatum paupertatis dã-
nant, quem ſedes apoſtolica approbat etiam cum men-
dicitate. Dicitur autem arctiſſima, quia nec poſſeſſio-
nes habent, nec reditus, ſed ex ſolis eleemoſynis ſuſten-
tantur, quorum ſtatum dicit Hoſt. perfectum, dummo-
do caueant, ne ſurentur. i. ne vſurpent ius parochiale,
vel alienum publice, vel latenter, aliter non dimittitur
peccatum, infra de re. iur. peccatum, cum ſuis concord.
[Synodos.] primum grauamen. [Cogunt.] admittendi
ſunt igitur omnes ſine delectu voluntarie venientes. ſic
ſ. de his, quæ fi. a præla. cap. fi. Hoſt. [ac ſuis.] ſecundũ.
[Nec his.] tertium, & iſta tria ſunt ſpecialia in his duo-
3 bus ordinibus [Capitula] loquitur † ſecundum conſue-
tudinem Angliæ, & multorum locorum, in quibus curia
ſpiritualis aſſignat certum diem, & locum ad audien-
dos, & ſedandos clamores, de quibus ibi tunc inquiri-
tur, & vocant illa capitula, quo ad temporalem iuriſdi-
ctionem vocatur aſſiſia. Alibi dicitur bannum chriſtia-
nitatis. ſ. de pur. ca. c. 2. [Fidelitatẽ.] quartũ grauamen.
[Cuſtodibus.] ſic vocantur prælati Minorũ. prædicato-
res vero habent priores cõuentuales, vel prouinciales.

Eſſet autem abſurdum & graue ꝙ prouinciales, vel mi-
niſtri omnibus epiſcopis prouinciæ talem fidelitatem
præſtarent, niſi dicatur, ꝙ imputandũ ſit limitantibus,
& ſic nihilominus obedientiam facient cuique epiſco-
po quo ad illa, quæ ad ſuam diœc. pertinerent. ſecundũ
Hoſt. qui remitt de his, quæ fi. a præ. paſtoralis. de ſepul.
cap. 1. de iure patro. querimoniam. [Eis.] 4. grauamen.
[Proceſſionaliter.] ſpeciale. aliter ſ. de priuileg. cum
4 olim. 2. [Leui † cauſa.] quaſi a contrario ex magna cã te
neantur ire, puta in nouo introitu epiſcopi, vel legati,
imminẽte peſte, vel flagello, vel ad generales letanias.
ar. 23. q. 4. non poteſt. 16. q. 1. reuertimini, de con. di. 3.
rogationes. [Excõicationis.] 6. grauamen. [Benefacto-
res] vt ſic cogantur vel propter penuriam domos deſere
re, & exire, vel prælatorum mandatis obedire. & dicit
Innocen. quod hoc non eſt ſpeciale in his, ſi prælati il-
los excommunicaſſent pro eo, quod ipſos religioſos ex
communicare nõ poſſent. ſ. de priuile. quanto. dicit au-
5 tem † Hoſt. ꝙ ille dicitur ſententiam fulminare, qui pro
fert illam ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa, vel ſuo ordine
non ſeruato, de ſent. excom. cap. 1. lib. 6. [Et idipſum.]
7. grauamen. & dic. ſ. excõmunicationem. Excommuni
cari. n. poſſent a prælatis, dũ alias delinquerent, cũ non
ſint per ius commune exempti. Sed contra indulgẽtias
non debent excommunicari, vt hic ſecundum Innocẽ.
[amouere.] etiam de facto & violenter, quod non licet,
de reſti. ſpol. conquerente. [ad hoc.] 8. [Inhibentes] de
hoc dic hodie, vt in infra eo. cap. vno, lib. 6. cuius tranſ-
greſſores hodie ſunt excommunicati per concil. Vien.
de pœnis, cupientes, in prin. [Tam in] 9. grauamen. [ab
6 eis.] 10. [Necnon.] 11. [Prouẽtus.] loco † oblationum
æſtimatarũ, quas facerent Chriſtiani, ſi in eis habitarẽt,
& dicit Innoc. hoc non eſſe ſpeciale in his fratribus, cũ
illud tantum in Iudæis obtineat, de vſuris quanto. Sed
Hoſt. dicit, quod hoc poteſt eſſe verum quo ad perſona
les. in realibus vero ſit hoc ſpeciale priuilegium iſtorũ
duorum ordinum quo ad ipſorum domos, & habitacu-
la, in alijs. n. ſecus, ſupra de decimis, commiſſum. [Et ve
ipſos.] 12. quod poteſt diuidi in duo [Totaliter.] quod
non licet illis, quia licet exempti non ſint, ſunt tamen in
multis priuilegiati, ſecũdum Inn. [arbitrio.] cum tamẽ
7 † quælibet congregatio habeat ſibi prælatũ eligere, de
elect. cap. 1. [Quocirca.] expone hæc verba, vt dixi ſup.
8 cap. prox. ¶ † In gl. 1. (in fi.) & de ma. & obe. ꝙ ſuper his.
vide ad ſolutionem contrarij, quod ibi dixi ſuper 1. gl.
ver. exemptus etiam. ¶ In gl. 2. (in fi.) ſed iſtud ſolum
nõn ſufficeret, vbi exempti, vel priuilegiati non eſſent,
ad hæc infra de priuileg. cap. 1. in fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum violans iuriſdictione, clauiumq; poteſtate ſe priuat, & quando incurrat irregularitatem, n. 3. & nu. 10. qui compulit non ſeruare incidit in excommunicationem, nu. 4.*
2 *Claues qui contemnere dicantur.*
3 *Irregularitatem quibus modis quis incurrere dicatur ex officijs & miniſterijs eccleſiaſticis.*
4 *Peruerſio ſeu corruptio iudicij eccleſiaſtici quibus fiat modis.*
5 *Priuatio quandoque fit culpa, ſed non ſine cauſa.*
Sententia generalis multis caſibus fertur & quibus.
6 *Petitio quoque generalis admittitur, & quãdo, & ſi fiat, ſpecificanda eſt in proceſſu.*
7 *Suſpenſus quæ facere, & acquirere non poſſit.*
Iterum ſuſpenditur.
8 *Excommunicatus adhuc excommunicatur.*
9 *Ex manuum extenſione in res tantum clericorum an ſit excõmunicatus.*
10 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 11.*
Compellens grauius peccat quam compulſus.
12 *De ſepultura tempore interdicti, de ſepulto eodem tempore in cœmeterio relaxato poſtea interdicto & de ſepulto extra cœmiterium, remiſſ.*

CAPVT XVIII.

1 Tanta C. † Violans interdictum iuriſdictione, &
clauium poteſtate ſe priuat, Et primo po-
nit, & aggrauat culpas epiſcopi. ſecundo
ibi, licet, recitat ceſſionem ipſius, & culpas fautorum, &
irritos decernit actus, quos poſt interdicti violationem
exercuit, 3, ibi, Quia vero, punit fautores, qui beneficia
receperant, qui interdictum violauerant, & qui in ſeruā
tes oppreſſerant, & eos citari vult ad curiam. [Deſpexe-
2 rit.] contemnit † claues, qui ſpiritualem ſententiam vio
lat, vel alios violare compellit, qui ſe communioni fide
lium ingerit, maxime contra ſuperioris præceptum, de
cler. excom. mi. illud, eod. tit. ſi celebrat, in fi. Item qui
per annum in excōicatione perdurat, de pe. cap. fin. de
hæret. excommunicamus, ſecundum Hoſt. [Claues.] di-
xit ſupra Clauis, in ſingulari, de hoc 20. diſt. §. 1. & re-
miſſ. dedi, de ſum. Trinit. firmiter, §. vna, in fi. [Ab ini-
tio.] animo obediendi, non deliberandi, de hoc ſu-
3 pra de reſtit. ſpol. olim. 3. [Violauit.] in ſuo † officio, ſi-
cut prius, vnde irregularitatem incurrit, etiam ſi ſit in
a minoribus ordinibus [a] tantum, puta offerendo in miſſa
calicem, vel vrceolum, vel aliud, quod ad officium ſuū
ſpectet, ſiue dicendo matutinū, vel veſperas, ſicut prius.
11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus in cōſilio, & cap. epiſcopus
presbyter, in fi. Quid ſi intereſt diuinis officijs, nūquid
hanc irregularitatem incurrit? Reſpon. non, quia nō in-
uenio hoc iure cautum, ſecundū Innocentium, vnde po
teſt legere pſalterium, vel docere euangelium, vel etiā
nouum & vetus teſtamentū docere in terra interdicta,
ſicut & prædicare, 7. de ſententia excommunicationis.
Reſponſo, ſecundum Innocen. Sed contra, quia qui di-
uina officia celebrat, vel ſe celebrationi ingerit diuino
rum, irregularitatē incurrit, vt hic innuit, & eſt expreſ-
b ſum, ſupra de cler. excom. mini. illud. [b] §. fi. & de re iu.
cum æterni. §. ſciturus. Sol. ſecundum Hoſt, illud poteſt
intelligi, quādo minor presbytero ingerit ſe diuinis in
ſuo officio, ſicut prius, vt præmiſi, vel refert, vtrum in-
gerat ſe audiendo diuina officia ex quadā ſimplici de-
uotione, vel alias non contemnendo, & tunc non eſt ir-
regularis, & ſic intelligas quod prædixi, Innoc. aut con-
temnendo, & faciendo celebrari diuina, ſiue auctorita-
tem præbendo, & tunc irregularitatem incurrit, vt hic,
& in d. cap. illud. §. fin. Ipſe enim contemptus maxime
auctorizabilis hanc irregularitatem inducit, argumen.
ſupra de cle. excommu. mini. cap. primo. Reſpō. 1. ver.
& ipſe. §. illico, & hoc etiam notauit mens iſtius verbi,
violauit, nam quandam violentiam innuit, argumen-
to ff. de procur. quæ omnia. Quid de officijs, vel mi-
niſterijs, puta magiſter ſcholarium exercet officium
ſuum, & ſic de alijs, ſecundum Innocen. forte irregula-
ris eſt. Tu dic ſecundum Hoſtien. & Specul. quòd non
eſt irregularis, quia non competit hoc ratione officij
ordinis, vt patet in eo, quod no. & legitur, de hæreti. ſi
aduerſus. §. fi. peccat enim grauiter & puniendus eſt, ſi-
cut laicus excommunicationem contemnens, ſupra de
cler. excommun. mini. cap. 2. reſpon. 1. §. fin. ſecundum
Innocen. Imo & plus, quia ratione gradus dignitatis ec
cleſiaſticę certum eſt ipſum plus peccare, 40. diſt. homo
Chriſtianus, & patet in eo quod leg. & no. ſupra de vi.
& honeſt. cler. vt clericorū. §. 1. quid ſi benedicat men-
ſam, non videtur irregularis, cum hoc nulli ordini depu
tatum ſit, argumen. 44. d. cap. fi. Secus videtur in bene-
dictione aquæ, quia illa fit cum ſolēnitate, & ordini eſt
annexa, ſecundum Innocen. de conſe. diſtin. 3. aquam.
Quid ſi abſoluit excommunicatum, vel aliquem excō-
municat, non eſt irregularis, quia hoc non eſt ex ordi-
ne, ſed ex iuriſdictione competit. 2. quæſtione 1. nemo,
& melius ſupra de elect. trāſmiſſa, ſupra de ma. & obe.
cum inferior. Secus enim ſi ſolemnia abſolutionis exhi-
bet, puta dicit pſalmum pœnitētialem, & orationē cū
ſtola, introducens excōicatum in eccleſiam, & ipſum ſo
lenniter reconciliat, argum. infra de ſenten. excōicatio
nis, nuper, in fin. 11. quæſt. 2. debent, & cap. ſequen. ſm
Innoc. ante reconciliationem non eſt communicandū
taliter abſoluto, nec per minorem presbytero fieri po-
teſt reconciliatio ipſa, & hoc ſequitur ex prædictis ver-
bis Innoc. ſecūdum Hoſt. ex quibus elicere potes, quòd
hæc abſolutio ordinis eſt, & ideo irregularitatem indu
cit, vnde patet, ꝙ quicunque excōicatus presbyter hāc
reconciliationem facit, irregularitatem incurrit, cum
& ordini ſit annexa, & probatur hoc in eo, quod leg. &
nota. ſupra de vi. & hon. cler. quoniam. §. fi. infra de ſen
tentia excommunicationis cum deſideres, §. primo. &
cap. a nobis. 2. §. penult. & hoc etiam no. expreſſe Inno-
centius, ſupra de cōſu. quanto. reſpon. 1. ante finē. Quid
ſi diaconus, vel acolytus dicat epiſtolam ſine appara-
tu, ſicut eſt in aliquibus eccleſijs cōſuetum? Reſpon. nō
eſt irregularis, quia non facit hoc tanquam officians in
ſuo ordine. Secus ſi etiam, quod minus eſt, faceret tan-
quam acolytus, vel exorciſta, lector, vel oſtiarius tanq̄
in ſuo officio, 23. diſtinctio. acolytus, & tribus capitulis
ſequē. vnde dixit Inno. quòd irregularis eſſet in illis ec-
cleſijs, in quibus conſuetudo habet, quòd ſolus ſubdia-
conus dicat epiſtolam. Si vero facit, quæ a iure, vel con-
ſtitutione, vel conſuetudine non ſunt alicui officio de-
putata, vt legere lectiones, cantare reſponſoria, vel ſimi
lia, non eſt irregularis. Plus dicit Innoc. quòd ſi conſue-
tudo eſt in aliqua eccleſia, quòd ſine diſtinctione ordi-
nis quiſque faciat aliquid pertinens ad aliquod offi-
cium, vt dictum eſt de epiſtola, cereo, vel vrceo portan-
do, id faciens irregularis non erit. Quid de clerico ſim
plici? Secundum illos, qui dicunt, quod non eſt or-
do, nullam irregularitatem incurrit. Secundum vero
illos, qui contrarium aſſerunt, contrarium dices, etiā
ſi in officio ſuo cantet. 23. diſtinctio. pſalmiſta, quia vl-
timam opinionem amplector, vt patet in eo, quod le.
& nota. ſupra de æta. & qualita. cum contingat, & ſic
etiam poteſt intelligi, quòd clericus homicida non le-
gat lectionem, nec reſponſoria in choro ſeparatim can
tet, licet alij dicant propter terrorem criminis hoc in-
uentum fuiſſe, vt ſupra de homic. ſicut dignum. §. fina.
& hoc placet Innocen. De materia huius gloſſ. hos ſcili
cet caſus & plures ſimiles vide in Spec. de lega. in tract.
diſpen. §. iuxta propoſitionis. b. ver. hoc etiam no. cum
ver. ſequen. vſque ad ver. ſcandalum. & adde, quod di-
quas debebant eccleſijs parochialibus, nõ ſoluent niſi
tres partes, vel forte monaſteriũ habebat parochiam,
& de deci. quas percipiebant, non tenebitur ad quartã
epalem. [Epiſcopalib.] all. ſpiritualibus prima melior.
2 & † proprie decima epalis eſt quarta ꝑ iura quæ all. gl.
[Acquiſitas.] al. antiquas. & de his minus dubitatur, q̃
de acquirendis, de quibus dubitandum videbatur, ar.
decre. de conſti. c. 2. de reſcri. c. fi. [Remittendo] intelle
xiſſe vr̃, quod eſt in fin. [Cum nihil] prima ratio. [Et po-
terit.] alias nõ eſſet ei imputãdum. ff. de reg. iur. impoſſi
bilium. de pac. c. fi. [Ac in.] ſecũda ratio. [Nec debeat.]
tertia ratio. [Subſtantia.] hoc ſumit pro eccleſia, quæ
poſſidet vtraſque acquiſitas, & acquirendas, al. bene eſt
alia ſubſtãtia res acquiſita, quam acquirenda, ſm Hoſ.
[Videtur.] i. præſumitur. Hoſt. [futuri.] concor. ſ̃. de de-
cimis. ex parte. 1. coniuncta cum decre. nuper. eod. tit.
3 ¶ † Vlt. gl. arguit, & pro al. quatuor iura in ꝯrium all. 6.
4 & ſol. ¶ In † vlt. gl. (ibi. l. vl.) obligans bona ſua, ẽt futu-
ra dr̃ obligaſſe. [& ibi, ſi ſeruitus.] ſi cautum ſit, ne lumi
nib. officiatur, ẽt de futuris intelligitur. (& ibi, in lege.)
Lapicidinis in venditione exceptis, de illis intelligitur,
quæ apparent. [& ibi, Rutilia Polla] ſi lacum emi, & de-
cem pedes circa lacum, intelligitur, prout tunc erat, nõ
prout poſtea lacus creuit. [& ibi, §. ſi is, qui.] ſi habens
vicinas ædes ſtipulatus eſt de damno infecto, & poſtea
emit alias vicinas, ad illas ſtipulatio non extẽditur. (&
ibi, veteribus) pactio obſcura venditori, vel locatori no
cet, in quorum poteſtate fuit legem apertius dicere. &
idem l. ſi Labeo. (& ibi, cum in teſtamento.) ſcriptũ am
biguum teſtamenti benigne interpretamur, & ſecundũ
5 id, quod creditur cogitatum. ¶ In gl. 2. (ibi capituli.) &
ex cauſa neceſſitatis, vtilitatis, vel pietatis. Inn. & Hoſt.
a ¶ In gl. 3. (in fi.) de hoc plene ĩ. de electio. vt circa. [a] li.
6. in gl. omnium. ¶ In gl. vlt. (ibi, apertius dicere.) con-
cor. Hoſt. & Abb. hic dicentes, ꝙ contra priuilegiũ dan
tem ſemper ſit lata interpretatio, priuilegium vero qđ
dat papa, ſi infligat alteri enorme præiudicium, reſtrin-
gitur, dummodo aliquid conferat.

ADDITIO.

a ¶ Circa. Et per Bar. in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2.

SVMMARIVM.

1 *Parochiales ſedes 4. principales, earum ordo quis, & priuile-
gia quot.*
Approbare videtur quis, cum non contradicit.
Hoſtienſis epiſcopi priuilegia quæ.
2 *Antiochena eccleſia prior tempore, quam Romana.*
Prioratus ſedis, vel loci prioritatem dignitatis declarat.
Inſigne quid hic.
3 *Papæ qui præſtent obedientiam, nu. 4.*
Cardinales qui non præſtent obedientiam papæ, & ratio, n. 4.
faciunt vnum corpus cum papa, ibid.
Hac ratione dicuntur mitti de ipſius latere.
5 *Sine eis parum, vel nihil papa facere debet.*
*Canonici non cogũtur epiſcopo obedientiam præſtare, excepta
conſuetudine, & cur.*
6 *Religioſus ſeruare tenetur regulam poſt profeſſionem.*
7 *Legati de latere inſignia.*
8 *Cap. cognoſcentes, intellectus.*
9 *Proconſul portam Rom. ingreſſus deponit imperium.*

CAPVT XXIII.

1 **Antiqua.** C. Ponit † concilium ordinem 4. pa-
triarchalium ſedium vſq; ibi. Serua-
ta, vbi ponit tria ipſarum priuilegia.
primum, quia dãt pallium. ſm ibi Dñicæ, quia ante ſe
portari faciunt crucem, ab hoc excipit. tertium ibi, In
oibus, quia ad ipſos appellatur, & in hoc ꝓſtatur ibi,
Saluis. (Patriarchalium.) 4. principalium. de alijs ergo
non loquitur. & vide qđ dixi de his, de elec. c. fi. ſuper ñ.
vlt. gl. (Approbante.) eo ipſo ꝙ nullus contradicit, ap-
probare vr̃, 31. di. Nicena. ff. man. ſi remunerandi. §. 2.
(Primum.) dixit Ho. in conſiſtorio papæ ſi ſuperueniat,
vel inter ſedes patriarchales, vel vbi Hoſ. non eſt, dicit
enim, ꝙ Hoſt. in conſilijs primus ſedet poſt papã ex pri-
uilegio Hoſt. Eccleſiæ, nec mirum, quia papã conſecrat,
Imperatorem inũgit, & eſt palleatus. (Alexãdrina.) ꝯ.
2 65. di. mos antiquus. dic vt ibi. (Antiochena.) hæc † fuit
prior tpe, quam Rom. 24. q. 1. rogamus. (Locum) priori
tas ergo ſedis, vel loci prioritatem dignitatis declarat,
vt hic, & ſ̃. eo. ex ore. ſ̃. de ma. & obed. c. 1. & c. ſtatui-
mus. (Poſtquã.) ergo non prius. ſi. de elect. ꝙ ſicut. §. præ
terea. (Inſigne) ſignum vel priuilegiũ, quod dic vt nor.
3 de vſu pal. niſi. & c. ad honorẽ. (Sibi.) ſ. Romano † Põti-
fici ſm Hoſt. qui dixit hic, omnes immediate papæ ſub-
iectos præſtare papæ obedientiam. Subiectos vero me-
diate, non a primo dicto excipit diaconos, & presbyte-
ros cardinales, qui & ſi ſubſint immediate, tñ ſibi præ-
ſtant obedientiam. A ſecundo dicto excipit cõfirmatos
per papam, qui & ſi ſubſint mediate, illam præſtãt, & de
4 hoc dixi de ec. ædi. c. ſi. Quærit † autem, quæ ſit rõ, qua-
re presbyteri & diaconi cardinales non faciunt papæ
obedientiam, reſpondet, vt oſtendatur, ꝙ licet papa ſit
generale caput vniuerſalis eccleſiæ, & ſinguli fideles
eius mẽbra generalia. Eſt tñ ſpeciale caput cardinaliũ,
& ipſi eius ſpecialia membra, quod corpus adeo eſt vni
tum, & ꝙ ab his ſpecialibus membris papa fidelitatem
non exigit, ſicut nec a ſeipſo, vt ſit inter dantem, & reci-
pientem differentia, de inſti. c. ſi. cum concord. ad id de
his, quæ fiunt a præla. nouit. de reſcrip. cũ non liceat. ab
alijs ergo recipit vt ab extraneis, ab his non recipit, vt
inuiſceratis. & ob hoc dicuntur mitti de ipſius latere,
de of. leg. c. pe. per quę dicit patere, ꝙ cardinales ad obe
dientiam papæ plus alijs ſe reputare debent aſtrictos, &
papa cardinales diligere, vt ſeipſum. Sed nunquid epi-
ſcopi cardinales, qui iurant, ſunt excluſi ab hac vnitate
& charitate, dicit ꝙ non, ſed iurant tanquam cæteri epi
5 ſcopi, non tãquam cardinales. & † per hoc arguit, ꝙ pa-
rum, vel nihil debet papa facere ſine conſilio fratrum.
Item arguit per hoc, ꝙ canonici non coguntur præſtare
obedientiam epiſcopis ſuis, niſi vbi talis eſſet conſuetu
do, & ſic poteſt intelligi, de verb. ſig. cum clerici. quod
dic vt ibi. (Licet. & ipſi) ſ. patriarchę. q. d. nõ eſt neceſſe,
ꝙ ſuper hoc petant ſententiam. ſufficit enim, ꝙ ſemel iu
re iſto hæc ſententia data ſit. 28. diſt. de his. ff. de condi.
inſti. quæ ſub conditione. §. ſi. in princ. (Suffraganeis) ar
chiepiſcopis. ſcilicet qui vtuntur illo ornamẽto. & eſſet
idem de epiſcopis in hoc priuilegiatis. (pro ſe.) quaſi nõ
6 pro Romana eccleſia tantum. (Profeſſionem) ſicut † re-
ligioſus ſeruare tenetur regulam poſt profeſſionem, de
regula ſtatuimus, ſic ij fidelitatem, & obedientiam iu-
rantes illam ſeruare tenentur. q. ſit quædam profeſſio,
vnde violãtes illam dicuntur membrum putridum, de
exceſ. prælato. grauem. Canonica vero dicitur, vt fiat ſe
cundum Deum & canones, & non aliter. de hoc de tem
po. ordi. ad aures. (Sponſionem.) quaſi ſine iuramento,
& hoc non ſeruatur. (Romana.) in qua non debent hoc
facere etiam abſente Rom. Pon. & alibi. vbi &c. ſecun-
7 dum Hoſtien. (Inſignijs.) veſtibus † rubeis, palafreno
albo, fręno, & calcaribus deauratis, quod facit legatus
de latere, ex quo tranſit mare, aliter nõ, niſi habeat pri-

uilegium ſpeciale. Hoſt.[Cum neceſſe fuerit.]i.cũ grauatur,& nõ aliter,& de ap. vt debitus. [Prouocetur.]ẽt omiſſis medijs, ſm Inn. Idem Vin.& Goſ.all.11.q.1.ſi clericus. facit quod no.22.di.renouantes,& in Spec.de ap.§.nũc tractemus.ver.& numquid.in fi.& Hoſt.id ponens alle.de of.le.c.1.dicens hoc eſſe vnum ex ipſorum priuilegijs,quod nõ credo,nec litera iſta hoc exprimit. imo potius ꝯrium ſumi vr̃ ex eo,qđ ſequitur,quod ẽt vr̃
8 velle vlt.gl.¶ † Secũda gl.tñ.per ꝯ̃rium de decr.cogno ſcentes,&c.ſoluit, ꝙ illud regulare caſu aliter fallit. & ponit & exponit verſus, per quos 6.ſcaſus cõprehendit.
9 ¶ Pe.gl.arguit,& ſig.ꝯ̃rium.¶ †In gl.pe.(ibi l.vlt.]pro conſul portam Romæ ingreſſus,deponit imperium.[& ibi,in hac.]ẽt præſente præſide magiſtratus,vel defenſor ciuitatis iuriſdictionẽ exercet. ¶ In gl.2.[ibi, renouantes.]vbi de hoc. [& ibi,§.2.]de reg.iu.ſine culpa.li.6.[Et ibi,decernimus.] in his erat reperiri ẽt culpã priuari,ſed melius facit de hær. c.2.§.3.lib.6.¶ In gl.pen.[ibi, volẽtes.]dic vt ibi dixi.¶ In gl.vl.[in fi.]tñ tali pri uilegio non vtitur imperator.ff.de appel. imperatores.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegiũ conceſſum religioſis de ſepeliendis confratribus tẽpore interdicti quale ſit.nu.2.& 3.*
4 *Religioſus an poſſit eligere ſepulturam.*
5 *Interdictum cum tollitur, quid aget populus.*
6 *Interdicti in eccleſia quando poſſint admitti.*
7 *Additio & ſupplementum glo.nu.8.9.11.*
10 *Diſiunctiuorum an ſufficiat alterum impleri.*

C A P V T XXIIII.

1 Vt priuilegia. Priuilegium † religioſis conceſſum de ſepeliendis cõfratribus tempore interdicti in telligitur de illis, qui licet in ſæculo manentes ſe obtulerunt ordini,mutato habitu ſæculari, vel qui bona ſua dederũt vſufructu retento,priuilegiũ quo venientib. re ligioſis ad locũ interdictũ ſemel in anno aperiuntur ec cleſiæ,& celebratur in eis,intelligitur ꝙ vna ſola eccleſia aperiatur in loco. Si vis breuius,declarat priuilegia conceſſa templarijs, & hoſpitalarijs de ſepeliendis con fratribus,& de celebrãdo ſemel in anno in loco interdi cto,& tria facit, præmittit exordiũ, ſcđo duas declarationes.2.ibi, Illud.3.pœnã ſubdit.2.ibi,ſane.3.ibi, Qui vero.[Ad quas pertinẽt.]i.quarum parochiani ſunt hi, qui ipſorum fraternitatem aſſumpſerunt.[Interdictæ.]
2 poteſt † intelligi.i.ſitæ in loco interdicto, vel propriæ, & tunc dic,ꝙ non negetur ſepultura,non in illa eccleſia
a interdicta, ſed in alia, vt j̃. patet ſm Inn.[a] ſed Hoſt.dixit,ꝙ auctoritate priuilegij poterũt iſti ſepeliri ẽt in eccleſia interdicta,niſi ſint excommunicati, vel nominatim interdicti. Eligi tñ non poterit ſepultura in eccleſia interdicta, & ſic intelligit j̃. ver. qui tñ.[Nominatim.] ſic s̃.eo.cum plantare.excõicatos.de præ.in Late ra.[Suas.]ſ.prælatorum.[Ipſi.]ſ.priuilegiati.(Ad eccle ſias ſuas.]ipſorum.ſ.religioſorum, & priuilegiatorum. (Hæc autem.) vſque huc durant verba priuilegij,quæ ſe quũtur,ſunt verba papæ declarantis.(Qui tamen.)ver. (Sepeliantur.)ẽt tpe interdicti.(Regularium.) ſed non
3 ne eſt † idẽ in oib. alijs, ſ.ꝙ ſi eorum eccleſiæ ſunt inter dictæ, poſſint alibi eligere ſepulturam. Dicit Inn. hanc decr. loqui,quando interdicta eſt eccleſia in pœnam po. puli,quæ ſic eis infligitur, & ſi nõ delinquerunt ipſi, ſed dñi ipſorum, vel aliqui ex ipſis,& ſi nõ oẽs.Si autem inb terdicta eſſet eccleſia propter delictum clericorũ,[b] vel propter violationem,tunc poſſet quiſque, vbi vellet eligere ſepulturã, & audire diuina.Sed in primo caſu non poſſunt niſi ratione priuilegij ſm eum.(Interdictas.) quia & tunc earum cœmeterium intelligitur interdictũ, ſi ſit contiguum, al.no.j̃.de ſent.excom.ſi ciuitas.in fi.
4 & de conſe.ec.c.vno.lib.6.(Elegerunt.)arg.ꝙ † religio ſus poſſit eligere ſepulturã, quod dic, vt j̃.de ſepul.c.fi. & vide qđ ibi notaui. [Denarijs.] daret igitur quiſq; libenter certos denarios,vt hoc priuilegio poſſet vti,per quod cenſura vileſceret,cõtra id, de conſue.cum inter. de pœn.cum ex eo.de excep.pia.lib.6.(Et ipſi.) qui de ſuo aliquid conferunt.(Remiſſionẽ.)100.dierũ,vel an ni,vel prout in priuilegijs continetur.(Indultum.)s̃.eo. cum & plantare.§.quod ſi.(Locus ille)ad quem veniũt. (Interdictis.)ẽt ab homine. Hoſt.(Iocũdo.)cum igitur
5 populus in ipſorum aduentu †debeat iocundari,cantabunt alte diuina,cãpanas pulſabunt,& ianuas aperient ſecundum Inn.nec ob. s̃.de conſue.cum inter, quia non dicitur ibi, ꝙ priuilegiati non poſſint celebrare alta vo ce,ſed ꝙ ex ſola conſue.non poſſunt venire contra inter dictum, etiam ſubmiſſe celebrando. vel ſecundum eum non ſolum ex priuilegio, ſed ex conſuetudine poteſt ali quis habere, ꝙ celebret tempore interdicti, tamẽ voce ſubmiſſa, Sed ꝙ celebret alte ianuis apertis, campanis pulſatis, hoc non poteſt habere ex conſuetudine, vt in contrario. Ex priuilegio vero papæ hoc competere poteſt, de cuius potentia diſputare ſacrilegium eſt. 17.q. 4.§.qui autem.C.de crimi.ſacri.diſputari. dicit Hoſt. bene, ꝙ obtentu alicuius conſue.nullus poteſt habere, ꝙ celebret tempore interdicti, etiam voce ſubmiſſa, vt patet in contrario.hodie tamen de iure communi id cõ petit, quod dic vt j̃. de ſen.excom.c.ſi.lib.6.(Excluſis
6 excommunicatis.)ergo † interdicti poſſunt admitti,qđ intelligas de his, qui non dederunt cauſam interdicto. j̃.c.1.nec ſunt nominatim interdicti.s̃.eo.c.cum cõcor. ſecundum Innoc.& Hoſt.(Diuina ibi.)al.ſibi.i.ad vtili tatem ſuam, quia ibi recipiunt obligationes, & collectas.prima cõmunior.(Sic intelligi.) hic incipit decla ratio priuilegij.(Fratrib.)nuncijs ergo nõ aperietur eccleſia, ſi fratres non ſint. per hanc literã ſecundũ Hoſt. (Aperiatur.) hodie videtur reuocatũ hoc priuilegium. j̃.de ſent.excom.c.vlt. lib.6.in fine. & ibi de hoc in vlt.
7 gl.(Præſumpſerint.)ſic s̃.e.cum & plantare.§.fi.¶ †Gl. 4.quærit,arguit,& ſoluit.¶ Pe.gl.reſpon.per quæſtionẽ, an relaxetur interdictum,&c.& ponit duas opin.ſecundo quærit, arguit pro, ſoluit contrarium, 3.quærit,arguit pro, & remittit. ¶ Vltim.gloſſ.no.quòd non ſem-
8 per plurale &c.ſignat contrariũ,& remittit.¶ In † quar ta gl.(ibi in modicis.)vide de re iud. cũ Bertoldus.ſup vlt.gl.¶ In gl.pen.(ibi,ſed & ſi manente.) vide de offi. deleg.P.& G.in vlt.gl.(& ibi,l.1.vide de conſti.cum ac ceſſiſſent.ſuper gl.penultima.¶ In gl.vltima.(ibi,falſa in fine.)& vide de probationibus.licet.ſuper gl.ſic vide tur.(& ibi, ſumma.) ibi omnes homines aut liberi ſunt,
9 aut ſerui, expo.1.omnis homo. ¶ In gloſſ.† ſecunda in fine. idem arguitur ex decre. de pœnit.& remiſſ.quod in te. vbi de hoc in tertia gloſſ.& patet in concil. Vien. de ſepul.eos qui.¶ In gloſſ.tertia.(ibi,monacalem.)illius religionis. vel ſecundum Innocen.poterunt etiam habitum templariorum aſſumere ſine profeſſione, argumen. ſupra de regulari.conſulti.& arguit Hoſtien. ꝙ quando aliqui offerunt ſe, & ſua eccleſijs cathedralibus,conuentualibus, vel alijs ſæcularibus,& in ſignum accipiunt certum habitum, cenſentur eccleſiaſticæ perſonæ, de hoc remittens ad ſummam, de regularibus. §.primo, ver.quod de ruſticis.ibi etiam remittit Goff. in Specul.de ſtatu regul. verſic.36.(& in fine.) tamen talem percutiens non eſt excommunicatus ſecundum Vinc.& ſecũdum Inn.ſi talis contrahit, tenet matrimonium, alleg. Hoſt.qui cler. vel vo.conſuluit.& capit.veniens.& cap.rurſus.¶ In gl.quarta.(ibi, modicis.argumen.de reſtitutione ſpoliatorum.frequens.libro ſexto.
10 (& in fine.) Hoſtien.contra, cum iſta † duo habitum mutare, vel bona dare ſub diſiunctione ponantur, ſufficit ergo alterum,de reſcriptis,inter cæteras. ſi gloſſ.intellexiſſet de veris fratribus, vera eſſet.¶ In gloſſ.ſic er

go

go[ibi patet]nõ patet hoc hic, cum loquatur de interdi-
cto loci. ſed patet ſ.e. cum & plãtare. §. q ſi. quam tñ pu
to ſm hanc intelligendã, vt ibi dixi. Et ibi celebratur,
& ſepelitur quis. & ſm Inno. & Hoſt. in hoc differt inter
dictum loci ab interdicto, vel ſuſpenſione hominis pro
ſuo delicto. illud enim non poteſt ſuſpendi, & eſt ratio,
quia ſi pœnitet & ſatisfacit, relaxanda eſt ſentẽtia, alias
nõ debet ſacramenta tractare, 81. di. ſi qui ſunt, & c. mi
niſtri, & c. oportet. dicit tñ Hoſt. q hoc quandoque fal
lit, de teſti. veniẽs, 2. §. fi. in interdicto aũt loci is eſt ſen-
ſus, interdico, ne celebretur in loco, a qua ſnia poteſt iu
dex excipere, & ſubijcere, quos vult, & q ẽt certa offi-
cia ibi celebrantes ſint excõicati, & non alij. vel certo
tpe, puta qñ dominus terræ præſens erit, & alias, de of-
fi. dele. ſane, de ſpon. nõ eſt nobis. vel & ſi proprie dica-
tur locus ſuſpenſus, quia tñ iſta ſuſpenſio non fit pp de-
lictũ loci, poteſt ibi celebrari, vt hic, ceſſat. n. obiectio,
quam feci in perſona ſuſpenſa, qua rõne videtur ſuſpen
di poſſe ſententia, qua ſuſpenſus eſt homo pro delicto
alterius, ſicut fit 16. q. 4. miror, & c. felix, 24. q. 3. ſi ha-
c bes, de hoc de appell. ad[c] hæc quoniam, & ibi, quia †non
3 noceт]quod dicit Hoſt. verum, ſi in aliquibus, vel ſaltẽ
in aliquo loco priuilegio vſi ſint. ff. de ſerui. ru. præ. l. cer
to generi. ff. de ſerui. l. ius cloacæ, alias, vt pomum, ad fi.
alias ſecus per iura in contrarium inducta. Vinc. tenet
qđ gl. ea rõne, quia priuilegiũ eſt mere ad vſum volũta-
d rium.[d] opinio iſta fortius vera videtur, quando nec ve-
niunt, nec vtuntur, ɔ̃ria, quãdo veniũt, & non vtuntur.

ADDITIONES.

a ¶ Iono. Facit quod no. Io. An. ſup. eo. cum & plantare, §. quod ſi. in glo. tutum.

b ¶ Clericorum. Vide gl. magnam in c. tanta, de exceſ. præ. & in c. ſi ſententia, de ſen. exc. li. 6. & glo. inf. e. quod nonnullis.

c ¶ Ad. Et vide plene Ioan. Cal. in tractatu interdicti, in vltimo membro.

d ¶ Voluntarium. Pro gl. optime facit, quod no. Io. An. in c. Ioannes, de cle. coniu. in ver. ſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi tempore generalis interdicti clam celebrare poſſunt, ſi non ſunt prohibiti, nec culpabiles.*
2 *Epiſcoporum priuilegia, remiſſiue.*
3 *Priuilegiati de celebrando tempore interdicti quos admittere poſſunt.*
4 *Miſſa quod die quolibet non celebretur non decet.*
5 *Interdictum qui ſeruare tenentur.*
6 *Additio, ſupplementum, & ſuffragium gloſ. 7. 8.*

CAPVT XXV.

1 Quod nonnullis. C. † Tempore gene
ralis interdicti clã
celebrare poſſunt e-
piſcopi nõ prohibiti, qui non fuerunt culpabiles inter-
dicti. hoc priuilegiũ eſt hodie ius cõmune. ſ. 23. di. cois
filius. Et 1. ponit priuilegiũ. 2. exceptionem ibi, Niſi &
hoc. 3. determinationem ibi, verum. [Indultũ]de cele-
brãdo tpe generalis interdicti. [Pontificalis]de ſen. ex.
2 quia periculoſum, li. 6. [Ad †epiſcopos]de alijs priuile-
gijs epiſcoporum vide in Spe. ti. 2. §. nunc de epiſcopo-
rum. ver. ſi. ipſi quoq; in multis. Ad quos additur Cle. de
cele. miſ. dignum, & dixi ĩ. c. vlt. li. 6. in glo. pe. (Conce-
dimus]an talia priuilegia dare poſſint legati, vide in
Spe. ti. 2. §. ſupereſt, ver. ſed nunquid legatus poteſt con
cedere. [Cõe]. i. generale, quod communiter ab omni-
bus eſt ſeruandum. [Excõmunicatis] iſti & nominatim
interdicti ſp excluduntur. ſup. e. proxi. [Excluſos]a ɔ̃rio
3 huius literę vr̃, q † priuilegiati de celebrando tpe inter-
dicti aliunde venientes non interdictos admittere poſ-
ſint, de quo tractabant hic Inn. & Hoſt. & Abb. & Vinc.
ĩ. de ver. ſig. cũ in partibus, quod eſt hodie terminatũ.
ĩ. c. licet, li. 6. vbi etiam terminatur, quod hic notabant
Inno. & Ho. an familiares illius, qui priuilegiatus eſt, vt
eo tempore poſſit audire, vel celebrare, ſint cum eo ad-
mittendi[Suppreſſam]ſ. q exterius audiri nõ poſſint. ĩ.
4 de pœni. & q in te. [Celebrare]vel facere† celebrari. nã
nec ſp paratus eſt epiſcopus, nec decet, q diẽ aliquã trã
ſeat ſine miſſa, ar. de cele. miſ. dolẽtes. ĩ. e. c. fi. li. 6. & ce
lebraſſe vr̃, qui cum alijs celebrat, de vi. & hone. cleri. vt
quiſque. & priuilegium eſt late interpretandum. ĩ. e. in
his, ſecũdum Hoſ. (Interdictum)per ſuperiorem ipſius,
vel per papam, nõ per inferiorem, qui ex priuilegio, vel
conſuetudine poſſet interdicere ſecundum Boa. [Ali-
5 quã]. i. qualemcunq; q. d. † etiam ſi modicam cauſam
præſtiterit interdicto, puta dãdo conſilium, vel auxiliũ,
vel ſi ipſius occaſione poſitum fuit interdictum, quãuis
exinde doluerit, ſecundum Inn. dicit Hoſti. quod & ſi in
ſuũ fauorem poſitum fuit interdictum, illud ſeruare te-
netur, ſ. e. petiſtis. ſed licet fatear, q tenetur illud ſerua
6 re, nihilominus priuilegio iſto poterit vti. ¶ † Secunda
gl. in princip. & fine dupliciter exponit illud, quandoq;
in medio quærit, & ſoluit. ¶ Gl. 3. reſpon. per quęſtionẽ,
7 & ponit op. quam reprobat. ¶ † In gl. vlt. [ibi, eum qui]
loquitur de pupillo, qui vendidit ſine tutoris auctorita-
te, tamẽ ex emptoris pecunia factus eſt locupletior, qui
factus pubes per exceptionem remouetur, ne occaſionẽ
8 &c. ¶ † In gl. 2. ibi, permiſerit]dic vt ĩ. eo. c. vlt. li. 6. [&
ibi, interdicti]de hoc dic vt ĩ. eo. licet. ſed hæc quæſtio
hodie non procedit. ĩ. de ſent. excom. c. vlt. dicebat an-
tiquus Compo. & Vinc. cum eo, q canonici poterant in
tereſſe, quia ſunt pars corporis, 6. q. 1. §. verũ. ita tamẽ,
q non vileſcat &c. ſ. c. proxi. dicebat etiam Vin. q cele-
brare nõ poterat vbique, & maxime in maiori eccleſia,
quæ eſt vxor. 7. q. 1. ſicut. dixit etiã, q ideo interpreta-
mur hoc priuilegiũ ſtricte, quia odioſum eſt, ad hoc de
conſue. cum inter. ¶ In gl. 3. [ibi, admitti]quod dic vt
ĩ. de ſen. excom, ſi ſententia, §. 1. & 2. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati, qui excommunicari non poſſunt per ordinarios, excommunicari non debent etiam indirecte.*
2 *Epiſcopi & alij prælati agunt contra archiepiſcopos, & ſuperiores cum excedunt, modificatam iuriſd.*
3 *Pœna magna eſt eſſe inter homines, & cum illis conuerſari non poſſe.*
4 *Diſſimulatio in prælato eſt mortale.*
5 *Supplementum, additio. & ſuffragium gloſſ. 6. 7. 8.*

CAPVT XXVI.

1 Quanto. Priuilegiati †q excõmunicari nõ poſ
ſint per ordinarios, excõicari nõ de
bent etiã indirecte. in 1. querela Clu
niacenſium conqueſtio. in 2. prouiſio. 2. ibi, Nolentes
[Muniti]de quibus dic vt ĩ. eod. c. 1. & c. ne aliqui, lib.
6. [In eos qui]cum iſti nõ eſſent vxores, filij, vel ſerui mo
nachorum, vel tales, ex quorum perſonis iniuriarum a-
ctio competat. Quid ad monachos, ſi epiſcopi ſubditos
ſuos male tractabant? So. dolus facit competere actionẽ
de dolo ad ſuum damnum conſequendum, quę compe-
tit, vbicunque alia actio deficit, & aliquid de dolo fa-
ctum eſt. ff. de dolo. l. 1. v. l ſi agunt ad pœnam infligen
dam, accuſent de crimine ſtellionatus. ff. de crim. ſtel. l.
2 pe. Inn. Hoſt. & Abb. Agunt †etiam ſecundum Inno. epi-
ſcopi, & alij prælati contra archepiſcopos, & ſuperiores,
cum excedunt modificatã iuriſdictio. quam habent, &
actio ne iniuriarum, & de dolo, & conſequuntur, q præ-
cipietur eis, q de cętero nõ excedant, & q reuocẽt quod
exceſſerunt non ſolum poſt litem cont. ſed prius, ſi fuit
expreſſe petitum, de hoc de reſti. ſpo. grauis. facit de of
fi. archi. c. vlt. de exceſ. præla. c. 2. de cenſi. Romana, li.
6. [Iudęorum]ſi. de exceſ. præla. nimis. 2. ad fi. [Eis cõi-
3 cant) magna† pœna eſt eſſe inter homines &c. C. de ap
po. hi, qui. Vinc. qui etiam dixit hic, q licet epiſcopi tali
bus comunicantes excommunicare non debeant, cum
hoc ſit offendere priuilegia. Epiſcopi tamen bene poſ-
ſent

1 ſent coram eis organa ſua ſuſpẽdere, & prohibere clericis, ne celebrent eis non quaſi excommunicatis, ſed ſubtrahẽdo eis ſeruitium ſuum, ad qđ non tenentur. 10. q. 2. precariæ. ff. de precario. l. & habet. ſępe. n. ipſi templarij, & ſimiles vi occupant iura epiſcoporum, & prorumpentes in arma, & publicas ſtratas prohibẽt tranſitum epiſcopis, & hoſpitia in terris ſuis (Memoratas) excõmunicationis, & interdicti (Crebris) i. frequẽtibus, ĩ. de pę. quod quidam. dixit quidam, Lectio crebra valet, quam
4 non obliuio tollit. (Diſſimulatione) quæ † eſt mortale in prælato, vbi videt ſubditos delinquẽtes. 43. di. ephesis, de of. or. irrefragabili (Et ſingulis) concor. de exceſ. prælat. nimis. 1. & 2. in fi. (In fraudem) ſecus ergo videtur, ſi nõ in fraudem. Sed in fraudem præſumitur ſi ꝯriũ non apparet. ſup. c. tuarum. 50. di. accedẽs. Vinc. vnde dixit Hoſt. ꝙ vbi priuilegia violabantur, bona fides eſſe non poterat (Conniuentibus) i. tacite conſentientibus, ar. in eo, quod legitur & not. de hęr. c. 2. vel. i. Clauſis, de ſent. ex. conqueſti. Hoſt. & habetur idẽ ver. ff. de manu. l. 4. in prin. ibi, cõniuentib. oculis dicitur ſeruus ſuis nũmis redemptus. (Debita) ſ. decurtatione ſuorum priuilegiorũ. ſ. eo. dilecti, & finaliter, ſi ꝓteruitas cõtumacię hoc exigeret, degradarẽtur. ſ. de cleri. non reſi. ex tuæ, & de
5 iud. cum non ab homine. Ho. ¶ † Gl. 1. all. multa iura, ꝙ metus præponderet verbis. exponit literam, & arguit ꝯ ciuitates &c. & finis ipſius & gl. vlt. reſpon. per quæſtionẽ. ¶ Vltima gl. fortificat textum, & ponit & exponit 4.
6 modos fraudandi legem. ¶ † In gl. 1. (ibi, ſcire leges) ſequitur, non eſt hoc eadem verba tenere, ſed vim & poteſtatẽ (& ibi, §. aſinam, in fi.) vide de verb. ſig. propterea, in gl. 2. [& ibi, contra legẽ] ibi dicitur, quod cõtra legẽ facit, quod lex prohibet. in fraudem facit, qui ſaluat verba, & circumuenit ſententiam. [& ibi ſi is qui.] vt non ſufficiat ſcientia, vbi edictum voluntatem requirit. ¶ In gl. vlt. [ibi, §. is autẽ, ad fi. §.] loquitur in eo, qui in fraudem Macedo. rem vendit, vt preciũ rei filiusfa. habeat
7 in mutuum. [Et ibi, quamuis. § ſi cũ eſſem] ¶ † In gl. 1. [ibi, l. vltima] & in iuramentis. 11. q. 3. anteceſſor, & in baptiſmo, de conſe. di. 4. retulerunt. Vinc. & in reſcript. de reſcrip. c. 2. & c. ad aures. in priuilegijs, vt hic, in iudicijs. vt ĩ. de verb. ſig. in his. in matrimonijs ſ. de ſpõ. ex literis. 1. & c. tua. Hoſ. [& ibi, libertatẽ] & excõicati sũt ipſo iure. ĩ. de immuni. ec. c. vlt. li. 6. [& ibi, timẽdę] Idẽ Egi. ſed hoc non probatur hic, ſimpliciter. n. prohibet papa illas fieri, & cõtra facientib. comminatur pęnam, immo huius ꝯrium videtur probari ibi, maiorem excõmunicationem incurrat. vnde, niſi præcedens appellatio, quæ ꝑꝑ. hoc interpoſita eſſet legitime, ſententiam annullet, dico, ꝙ ligat, licet iniuſte. hoc verũ, niſi error
a ibidem eſſet expreſſus.[a] ¶ In † gl. vlt. [ibi, §. non tantũ]
8 ſimilis fraus, de conceſ. præb. conſtitutus, & c. fi. [& ibi, fit legi.] eſt ſimilis fraus, de ſolutio. c. 2. (& ibi, plerique) & ibi hęc gl. per Io. & per Acc. ff. de legi. l. cõtra. (& ibi, non valet) ſi fraus, de pigno. illo vos, de emp. & ven. ad noſtrũ, vbi de hoc per Hoſt. & in ſum. e. tit. de em. & vẽ. §. fi. (& ibi, debitricem) hoc faciunt vſurarij Paduani, ꝙ ꝑꝑ multa priuilegia fideiuſſorũ data ibi per ſtatuta municipalia faciunt ſe fideiuſſores ficto alio creditore, a quo poſtea recipiũt ceſſionem. (Et ibi, quamuis) Itẽ de nomine ad nomen in eo, qui prohibitus eſt habere loci ſeruatorem, facit procur. vel vicar. in authen. vt nulli liceat, in prin. col. 9. ad idem de elec. auaritiæ, & c. fundamenta, li. 6. cum ſi. Idem de tpe ad tempus. ff. de ri no. l. denique. ſ. cum fertur ſententia ꝯ maiorem, & proceſſum fuerat cum ipſo minore, & ſ. de ſymo. intaneum. de facto ad factum, quod aliqui vocant de loco ad locum. C. ſi man. ita ſu. alie. ne proſti. l. vlt. ſcire debes, ꝙ ſi quis offendat verba, & non mentem, committit in legem, ſecũdum Pla. ff. qui & a qui. proſpexit. 6. q. 3. ſcriptum. ſm Io. ſecus. ff. de iureiur. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iure patr. adigere. §. quãuis. prima vera in dubijs. ff. de leg. 3. non aliter, ſecunda, vbi conſtat de mente. ff. de in ius vo. l. q̃uis, ſecundum Vin. qui hoc no. ſ. de conſti. ne innitaris, & hic Dinus dicit ſupradictos caſus reducibiles ad primos, & de hoc de reg. iur. c. ſi. li. 6. (& in fi.) forte nullus inciderat, & ſic non ob. ei quod ſ. dixi. vel non petitum vel factum fuit, ſed deciſum.

ADDITIO.

a ¶ Expreſſus. Vide Io. An. de exceſ. pręla. cũ ad quorũdã, & ibi gl.

SVMMARIVM.

1 *Clerici deprehenſi quando pro clericis non defendantur.*
2 *Tolerantia, quæ fit ex certa ſcientia excuſat a pœna canonis.*
3 *Delictum, vel ſecularis habitus non tollit priuilegium.*
4 *Executor teſtamẽtarius datus ad emẽdã forisfactorũ qualis.*
5 *Intellectus huius cap.*

CAPVT XXVII.

1 Ex parte. C. † Qui in habitu, tõſura, & cęteris vt laici cõuerſantur, deprehenſi in maleficijs ſe pro clericis nõ defendent. & huius pars de clericis coniug. ex parte. Et in prima reginę conqueſtio. in ſecunda prouiſio, & ibi, Ne igitur (Habitus) ſic ſ. de ele. trãſmiſſam. (Deprehendũtur) forte ſic ꝙ nõ eſt locus inficiationi, & ſic fit notorium facti, de cohab. cleric. c. fi. de accuſa. euidentia. Hoſt. (Aſſumunt) vbi nunquam habuerunt, & a barbitonſore tantum forte. (Reſumunt) vbi alias habuerunt. (Haberentur) quod excuſabat iniectores manuũ, de ſent. exc. c. 3. & c. in audientia. (Reſumpto) multo fortius de nouo aſſumpto, de quo præmiſit. (Tolerãdum) tolerantia approbationis. Ia. vnde dixit Hoſt. ꝙ hęc † tolerãtia, quę fit ex certa ſcientia, excuſat a pęna canonis. Secus diſſimulata. ſ. de pręb. cum iam dudum. remittit autẽ ad not. de ſup. ne. prę. c. pę. ¶ † Gl. 2. ſignat contraria, quia delictũ, vel ſecularis habitus nõ tollit priuilegiũ, & ſoluit. ¶ † In glo. 1. (ibi, maleficijs) vulgare Gallicorum. Go. & dicit Guil. obtentum, ꝙ teſtamentarius executor datus ad emendã forisfactorum teneatur ſoluere debita teſtatoris, quorum terminus erat lapſus, quaſi illud ſit forisfactum, vide in Spe. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua, ver. de hoc aũt quęritur. ¶ In gl. 2. (ibi, nõ cõſtabat) & iſto mõ eſt hoc c. planum, ſm Vin. (& ibi perpendimus] ſm
5 illam dec. põt hoc intelligi ſm Phi. (& in fi.) hodie † dic. vt ĩ. de ſen. ex. ſi iudex laycus, li. 6. & per ꝓdicta põt ſic dec. intelligi, is, quem non conſtat eſſe clericũ, deprehẽſus in maleficio allegans ſe clericum ſuper huius rei cognitione remittitur ſtatim ad iudicem eccleſiaſticum, ſi prius incedebat in habitu, & tonſura. Sed ſi prius inceſſerat, nunc vero dimiſerat tonſuram, & habitũ, illud priuilegiũ nõ habet. Si intelligeres decre. de cleri. cõiu. plana eſſet per dec. vnam, de cleri. coniu. li. 6. & ſolueretur, quod dixi e. ti. Io. in 4. q. quod videtur per dec. ex parte. e. ti. quæ eſt pars iſtius. vnde & Go. alijs ſolutionibus addebat iſtam, ꝙ hoc loquatur de clericis in minoribus, qui relicto clericatu ſe conuertunt ad militias, vel vxores. ſ. de cleric. con. c. pe. & vlt. contraria loquuntur de his, qui non poſſent relinquere clericatum.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile Pariſijs vel in locis vicinis legi non debet.*
2 *Hiſpania prouinciarum excellentiſſima.*
3 *Ius ciuile quibus in locis non ſeruetur.*
4 *Ius canonicũ in cauſis eccleſiaſticis ſeruãdũ, vbi eſt expreſſũ.*
5 *Lex canonica quaſi in oĩbus negocijs eccleſiaſticis ſufficiẽs eſt.*
6 *Culpa ſimilis eſt prohibito diſcere vel docere.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſ. 8.*

CAPVT XXVIII.

1 Super ſpecula. C. † Pariſijs, vel in locis vicinis ius ciuile legi non debet. & huius pars ſup. de magiſt. & ne cleric. vel mon. ſuper ſpecula. & primo ponit prohibitionis rationem, ſecundo prohibitionem.

Digitized by Google

nem.3. pœnam ʒfacienẽtis.2.ibi, Firmiter.3.ibi, & qui.
[Quæ]ac ſi dicat illas ſolas recipimus, quæ &c. alias nō.
vel oẽs recipimus, cū ſit de mente ipſarum nullū fouere
mortale, & in eo canonib. ſubiacere, in auth. de ec. ti. in
prin. col. 9. & de hoc ſ. de iud. clerici. Hoſt. [Imitantur]
immo per imperatores, & reges ſæculi Deus eas diſtri-
2 buit generi humano. 8. di. quo iure. [Non † vtuntur] di-
xit Vinc. ꝙ prima lex in Hiſpania prouinciarū excellen-
tiſſima in libro iudiciorū Legioñ. eſt, Quicūque recepe
rit leges Romanas, capite puniatur. & ita de pari cōten
dit cum imperio: contendit ẽt cū Francia, quia eo tpe,
quo nō erāt in Hiſpania niſi gentiles, in ipſo introitu pe-
tierunt Franciſcū patribus ſuis, & reſidui cum Rege ſuo
retrocedentes, ioculatores ſuos dimiſerunt in Guaſco-
nia, qui nec Gallicū loquuntur, nec Hiſpanum, dicebat
Hoſt. ꝙ paucæ prouinciæ reguntur iure ciuili. nā Hiſpa-
nia, Anglia, Scocia, Vallia, Ibernia, Alamania, Datia,
Suetia, Noruegia, Boemia, Polonia, Bulgaria, non regū
tur iure ciuili, ſed ſpecialibus conſuetudinibus, & ſtatu-
tis, licet interdum illis deficientib. vtantur illis in argu-
menta, cum tñ eſſet faciendum contrarium. ff. de le. de
quib. & breuiter ſm eum ſola Italia, & Regnum Arelatẽ
3 ſe vr̃ regi iure ciuili. [Raro] innuit, ꝙ † interdum occur-
rūt, vt materia teſtamentorū, tutelarum, ſeruitutum, de
quib. aut nō habemus rubricas, aut ſi habemus, nō ſuf-
ficiunt ad omnia, quæ occurrunt ſm Hoſt. & remittit,
ne cle. vel mona. ſuper Spec. §. fi. [Canonicis] cū ſuis gl.
4 no. aūt per hoc Hoſt. in cauſis † eccleſiaſticis, vbi ius ca-
nonicum inuenitur expreſſum, non eſſe recurrendū ad
mendicata ſuffragia, de conſti. cap. 1. & c. ne innitaris.
& eſt contra illos, qui per argumenta legalia diffiniūt,
contemnentes ius expreſſum, quod dixit patere in mul-
tis gl. Inn. per hoc volumen. ſecundo no. illo deficiente
recurri ad leges, conſuetudines, naturales rones, & exē-
pla, vt patet in notatis ſ. ti. 1. c. 1. de ſepul. certificari, de
elect. venerabilē, ver. ꝙ autē. & ſe. & tādem ad vulgaria
prouerbia, & dicta philoſophorū, & ethnicorum ratio-
nabilia, de cō. di. vlt. ne tales, de Iudæis. & ſi Iudeos, de
iure iur. quemadmodum, ibi, Quia turpius. &c. 37. diſt.
5 ſi quid veri. 3. no. ꝙ † lex canonica quaſi in omnibus ne
gocijs eccleſiaſticis ſufficiēs eſt, de quo remit. ad no. de
æta. & qua. c. pe. [Sacræ paginæ) i. diuinæ, vel theologi-
cæ, a qua non excluditur canonica. accedit quod no. de
æta. & qua. c. pe. Hoſt. [Pariſijs] non prohiberi in vno lo
co, qđ permittitur in alio, vt poſtulare. ff. de poſtu. ex ea
cauſa. 81. diſt. valet. Vin. [Vicinis] vſque ad ſuas dietas.
ſ. de reſcrip. nonnulli, vel forte plus. ſ. de elec. cū inter,
& 63. di. quanto. Vinc. dico in hoc ſtandum interpreta-
6 tioni conſuetudinis. [Vel audire] eſt † ergo culpa ſimilis
prohibita diſcere, vel docere. C. de male. & ma. lege pe.
& remit. Hoſ. ne cle. vel mo. ſuper Spec. §. quia vero. [Ius
ciuile] cuius tñ ſtudium viget in Ro. cu. e. tit. cum de di-
uerſis, li. 6. [Patrocinio] in vtroque foro [Excludatur] ip-
ſo iure. Hoſt. [Loci] de cuius foro factus eſt ratione deli
cti. ſ. de rapto. c. 1. [Innodetur] ſic patet, ꝙ nō eſt excōi
7 catus ipſo iure. Ia. idem Hoſt. ¶ † Vlt. gl. no. ꝙ ratione vi
cinitatis &c. ſignat contrarium. ¶ In gl. vlt. [ibi, §. vlt.]
loquitur in eo, qui celauit vicium prædio vendito, quo
8 ſcito emptor nō emiſſet. ¶ † In gl. 2. ibi, volumus. C. de
of. præto. Affricæ. l. 1. & 2. ff. de cenſi. l. fi. Hoſt. ¶ In glo.
vlt. (ibi, commodum) ad hoc facit c. ſi quis contumax,
cui concor. ſ. de paroch. ſuper eo, cum concor. 1. & 2. gl.
ad id quod in commodo dr̃, faciunt tria prima iura, &
Clem. de pœnis, ſi quis ſuadente, ver. quod ſi in commo
dum. Octauianus Auguſtus militibus, qui coniurauerāt
contra Antonium tpe ſchiſmatis in remuneratione de-
dit Cremonam, quæ, & ei rebellis fuerat, & quia non
videbatur ſibi ſufficere, dedit Mātuā. inde Mantua vhe
miſeræ nimium vicina Cremonæ. Hoſt. Ouidi. de nuce.
dicit nux vicinæ dāno eſt, quæ longius abſunt Natiuū
retinent inuiolata decus. (Et ibi, ſed & continuo) duæ
ciuitates pp viciniam Sodomorum exuſtæ ſunt. & ibi ar
guit gl. ad quæſtio. de duob. habentib. domum cōem,
& propter alterius maleficium pars inferior veniret de-
ſtruenda, quæ eſt Bar. Brix. domini. 43. & incipit, duo
communem. & dat ibi tres ſo. ꝙ permutabitur inferior
pars cum ſuperiore, vel in totum deſtrueretur, & agetur
contra illum, qui cauſam damni dedit, vel emet partē
diruēdam a fiſco. & dicam de hoc de pœnis, felicis, poſt
prin. li. 6. vbi remittam ad Spec. (& in fi.) vbi de hoc. &
47. diſt. quantumlibet, in fin. vltimæ gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij innouatio ius vetus conſeruat.*
2 *Status mutandus non eſt lite pendente.*
3 *Additio, & ſuffragium gloſſ.*

CAPVT XXIX.

1 Quia intentionis. C. † Innouatio pri-
uilegij ius vetus con
ſeruat, ſed nouū nō
tribuit. (Innouatio) cauſa rudium dicebat hic Vinc. no
tandū, ꝙ aliud eſt delegatio, aliud ceſſio, ſiue demāda-
tio, aliud nouatio, aliud innouatio. delegatio fit, cū quis
creditori ſuo, vel cui voluerit creditor, conſtituit debi-
torem ſuum, vel alium loco ſui. ff. de nouatio. l. delega-
re. & dẽt interuenire ſtipulatio inter delegatū, & illum
cui fit delegatio. vel lit. cont. vt præ. l. & huius formā vi
de in Spe. de ſol. §. 2. in prin. Ceſſio aūt, vel demādatio
eſt, cū cedo actiones mihi contra aliquē competentes,
& hic non exigitur conſenſus illius, contra quē actiones
ceduntur, nec perit per hęc actio cedentis, quin illa poſ-
ſit vti, niſi in caſibus, quos notaui ſ. de ali. iudi. mutan.
cā fac. c. 2. ſuper. 2. gl. Nouatio vero eſt, qñ ex prima cā
ſic conſtituitur alia, ꝙ perimitur prima. huius formam
vide in Spe. ti. prædicto. §. 1. ver. conſequenter, & hodie
ita fit nouatio, ſi expreſſe agatur, vt recedatur a prima
obligatione, alias durat prima, & ſecunda eſt acceſſio,
& agetur vtraque. inſti. quib. mo. tol. ob. §. vlt. Si nō aga-
tur expreſſe, ſed tacite, dici poteſt locum habere exce-
ptionem. C. de nouationi. l. fi. & ff. de præto. ſti. l. pe. In-
ſti. quib. mo. tol. ob. §. præterea. & appellatur hæc noua-
tio voluntaria. Neceſſaria vero nouatio eſt, quæ fit per
lit. conte. ff. de ſolutio. l. ſolutionem. ff. de noua. l. delega
re. per hanc nil tollitur, ſed adijcitur, quia per eam fit
melior conditio actoris, & fit interruptio, & perpetua-
tio. fit ẽt neceſſaria nouatio per ſnĩam. facit. n. ceſſare
vſuras vſq; ad tēpus quadrimeſtre, & poſtea currūt ma
iores, ſcilicet centeſimæ. C. de vſur. rei iudi. l. vltim. Et ſi
plures, quorum quilibet tenebatur inſolidum, condem-
nati ſunt, poſt ſententiam non tenetur quilibet, niſi pro
virili. C. ſi plures vna ſententia condemna. ſunt. l. 1. Et ſi
feratur ſententia pro reo, non tollitur actio actoris, ſed
oritur exceptio reo. Si vero fertur pro actore, oritur rei
actio iudicati. Sed an prima tollatur, eſt diuerſitas. qui-
dam dicunt nō tolli primam, ſi eſt realis. ff. de pignor.
l. Græce. & l. ſi fundus. Si perſonalis, tollitur. C. de vſur.
rei iud. l. fi. Alij, ꝙ nunquam prima tollitur, ſiue perſona
lis ſit, ſiue realis, ff. de fideiuſſ. fideiuſſor. Innouatio pri-
uilegij, vel inſtrumenti, ſi fit cum inſinuatione, perpe-
tua eſt, & creditur ei, etiam ſi pereat inſtrumentum in-
nouatum, de fid. inſtrumen. inſtrumenta. Eſt & alia in-
nouatio, quando priuilegia data per Romanos pontifi-
ces innouantur per ſucceſſores, & de hac hic, & ſ. eo. ex
parte, de confir. vti. vel inuti. cum dilectæ, 12. diſt. præce
ptis. dicit autem, quod quando priuilegium, quod inno
uatur, impugnatur, vel extat, & non impugnatur, inno-
uatio ius non creat, vt hic. Si vero priuilegium abolitū
ſit propter abuſum, vel ingratitudinē, vt in Piſanis, qui
aſtiterunt imperatori Ottoni contra eccleſiam, & in
eorum odium Inn. abſtulit archiepiſcopis ipſorū priui-
legium legationis, & palafreni albi cooperti, cum irent
in Sar-

Google

in Sardiniam, prohibēſq; illis de Sardinia, ne illis obedirent, ſed poſtea Honorius papa archiepiſcopatui priora priuilegia innouauit ex certa ſcientia, per innouationes reuiuiſcit ius ſuum, 24. q. 1. Achatius, & ſup. de feud. ex parte, & ſi vir dedit ſponſæ anulum alienum poſtea constante matrimonio, dat alium anulum pro illo, non videtur noua donatio. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. ſi donatæ. §. ſi ſponſus, ſecundum Vinc. [In eo † ſtatu] qui mutandus non eſt lite pendente, ſ. vt lit. pendē. per totum [Tempore] not. conſiderari tempus datæ. ſic ſ. de reſcrip. eam te. Hoſt. [Extitiſſe] hoc intēdit, ſi contra priuilegium innouatum præſcriptum erat, vel iudicatum. vel erat illud per aliud reuocatum, innouatio illa non præiudicat epiſcopo. [Per hoc] i. per hāc declarationem. ſi. in Clemen. de elect. in pleriſque. in fi. ¶ † Prima gl. ponit duo ſimilia, & caſum, quæ per confirmationem accreſcit. ¶ In † gl. 1. [ibi, Confert] nec ob. ſecundum Vinc. de commo. c. vno. vbi dicitur, quod beneficijs non debemus decipi, ſed iuuari, quia hic non decipitur. Item iuuatur ex conſeruatione iuris, quod al. periret, vel de quo non conſtaret. [Et ibi confirmationem] ex certa ſcientia, quod dic ve no. de confir. vti. vel inuti. c. pe. & vlt. [& ibi perſonalis] agebatur tamen, quod eſſet realis. Secus ſi hic ageretur, quod eſſet perſonalis, ſicut ſ. de decimis, ex multiplici.

S V M M A R I V M.

1. *Priuilegiati vt vbique poſſint cum altari viatico celebrare, id ſine licentia prælatorum.*
2. *Interpretatio maligna vel aſtuta nullo caſu approbatur.*
3. *Præiudicium quando inferatur eccleſiis.*
4. *Phyſici habent librum viaticum vocantes.*
5. *Priuilegium habent epiſcopi altaris viatici.*
6. *Intellectus c. paſtoralis, hoc tit.*
7. *Parochialis presbyteris in quibus licentia requiratur.*
8. *Rebelles compeſcendi.*
9. *Militis priuilegium in teſtamento reſpicit bona non tutelas filiorum.*
10. *Quarta epiſcopalis vel parochialis a quibus non ſoluitur.*

C A P V T XXX.

1 In his. C. † Priuilegiati vt vbique poſſint cū altari viatico celebrare, id poterunt ſine licentia prælatorum. 1. ponit exordium, & facit narrationem. ſecundo prouidet, & reddit rationem. 2. ibi, Cum autem. [Diuinum] qui augeri debet nō minui, de
2 conſt. c. pe. vbi de hoc. [Dinoſcunt] maxime, quia † maligna, vel aſtuta interpretatio nullo caſu approbatur, vel nimis ſtricta, vt j. ſequitur, & ſ. de decimis, ad audientiam, ſm Hoſt. [Prædicatoribus] ex antiquiori approbatione præmittitur ordo iſte. de hoc de elect. quorunda, lib. 6. [Vbicunq;] in tota Chriſtianitate, alibi reſtringitur, de vſu palij. cap. pen. (Fuerint) in habitaculis
3 ſuis. Vinc. [Præiudicio) quod eſſet † ſi in eccleſiarum cōtemptū recipiant parochianos illarum ad diuina. ſ. de paro. vt dominicis, vel ſi in ſuis habitaculis vellent benedicere nubentes, ſi decimas & oblationes parochianorum recipiant, vel defunctorum, ſi iniungant alienis parochianis pœnitentiam, vt eis tradant euchariſtiam. 30. q. 5. aliter, de vſur. quando. 13. q. 2. qui oblationes, de pœn. & remiſ. omnis, de conſe. diſt. 2. tribus, ſecundū Vinc. de decimis, & oblationibus exemplificabat Inno. addebat Hoſt. de primitijs, & mortuarijs, alleg. 32. diſtin. c. præter hæc. de teſta. c. ſi. de ſepul. c. 1. de ver. ſign.
4 cum inter. [Viatico) i. portabili, habent † phiſici librū, quem vocant viaticum, quia itinerantes ſolent illum ſecum portare. alibi dicitur liber itinerarius. 16. di. Clementis, ſed ibi aliter exponitur. & corpus Chriſti dicitur quādoque viaticum, & quare, vide de pœ. & re. quod in te, in gl. 2. & ſuper ea. iſtud autem altare viaticum peregrinis, & alijs tempore neceſſitatis videtur eſſe conceſſum, de con. di. 1. concedimus. ſed ſecundum Hoſt. quicquid dicat illud capitulum, poſſet hoc a diœceſano prohiberi, niſi obſtaret priuilegium, vt hic. [Celebrare]
5 idem † priuilegium habent epiſcopi. j. e. c. fi. lib. 6. Sed nunquid ipſi epiſcopi poſſent hoc priuilegium altaris viatici alijs concedere. Et videtur, quod nō, per hanc dec. & pro. ſi. e. tit. lib. 6. & hoc placuit G. Na. ſ. c. cum olim. 2. contra, de conſe. di. 1. concedimus, vbi de hoc, & capiſtarum, & c. clericos, & c. ſi quis extra, & hoc teneat in ſua diœc. tantum. & facit quod dixi de cenſi. c. fi. & qđ hic dicitur, ver. cum aūt, & quod no. in Spe. tit. 2. §. nunc de epiſcoporum, ver. 121. ad hoc capitulum reſpondetur, quod hoc priuilegium erat generale totius orbis, quod nullus epiſcopus concedere poſſet. ad dec. vltimam eodem modo reſpondeas. facit in auth. vt nullus fa. orado. §. 1. col. 5. & eſt ſi. quod dixi, de ſepul. certificari, in 1. q. [Prælatorum] illorum locorum, ſiue ſint epiſcopi,
6 ſiue minores prælati, In. [Non † poſſint] contra ſ. e. paſtoralis. Sed ibi fuit expreſſum, quod non præiudicaret epiſcopo. Vinc. vel dic ſecundum Hoſt. quod hic non præiudicatur diœc. quia ius parochiæ excipitur. ſed ibi, & ſ. de vſu pal. c. antepe. & de confir. vti. vel inuti. c. ſi. de of. deleg. ſuper eo, ſi non requireretur, ei præiudicium pararetur, vel ibi etiam ſine licentia epiſcopi ſatis confert priuilegium. & poteſt etiam agi coram ſuperiore, vt illum cogat ad dandam licentiā. ſ. de iure pa. nullus. hic vero ſi neceſſaria eſſet licentia, nil valeret indulgentia. & adde quod ibi dixi. [Prorſus] q. nec publice, nec latenter ſecundum Hoſt. qui remit. ad no. de pac. plerique, de ſe-
7 pul. c. 1. in fi. [Abſtineant] vnde, ſi † ſine licentia parochialis presbyteri clericis, vel laicis præbeant euchariſtiam, vel vnctionem extremam, vel matrimonia benedicant, excommunicati ſunt ipſo iure, & per papam ab-
8 ſoluendi, vt in Cle. e. tit. religioſi. [Publicare] ſup. † Ho. & rebelles compeſcere, vt bene continuetur, quod ſequitur. al. forte parum prodeſſet publicatio ſine conſeruatore [Cōſecuti] hac autem gratia vtebantur iſti fratres in nouitate ſua, quando carebant proprijs eccleſijs, & habebant oratoria ſimplicia. hodie vero & habent cœmeteria, & conſecrantur ipſorum eccleſiæ. vnde nec in locis ſuis egent hoc priuilegio, ex quo habent alia altaria conſecrata, alienos tamen parochianos ad ſepulturam nō debent admittere. 16. q. 1. c. 1. niſi forſan ſuper
9 hoc ſint priuilegiati, ar. ſ. de ſepul. in noſtra. Ho. ¶ † In 2. gl. [ibi, ſi quis a principe] vide vt lite pend. c. 1. ſuper vlt. gl. [ibi, impuberi] priuilegium, quo miles teſtari poteſt, quo vult, reſpicit bona, nō tutelas filiorum, quia illæ fiunt iure patriæ poteſtatis, non priuilegio militari, & priuilegia militum ad alienam iniuriam porrigi non oportet [& ibi, nec auus] vide de reſti. ſpo. audita. ſuper 3. gl. [& ibi, quotiens] vide de reſti. cauſam, 2. ſuper vlt. gl. ¶ In glo. 3. [ibi, §. proſcribere] proſcriptio fit in loco publico claris verbis, Græcis, vel Latinis ſecūdum loci qualitatem, ne quis cauſari poſſit ignorātiam literarū. ¶ In gl. vlt. [ibi, l. 1. di. 10.] hanc legē & ſe. vide de reſti. cauſam. 2. ſuper vlt. gl. [& ibi, ſi quando] ſi lego, qđ vxori donaui, intelligitur de don. quæ alias non valet. alias inutile eſſet legatum. [& ibi, diuus] cui legatus eſt vſus ſiluæ, habet etiam fructū, ne legatum ſit inutile. [& ibi, quoties] vide in c. abbate, prox. all. ſuper gloſſ. ſic. ff. [& ibi, ver. ob. quoties] ſequitur in ſtipulationib. ambigua eſt oratio, cōmodiſſimum eſt id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto ſit (& ibi, in contrahēda) ibi ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua ſit actoris.
10 ¶ † In 1. gl. (ibi, quarta epiſcopalis) vel parochialis, vt ibi (& in fin.) fallit in Prædicatoribus, & Minoribus per conſtitutionem, Super cathedram, innouatam per Cōcil. Vien. de ſepul. dudum. ¶ In gl. 2. (ibi, ſi quis a principe) & §. merito, & ne quid in flumi. publico. l. 1. §. ſunt qui putant. ¶ In gl. pen. (in fi.) de Iudæis. ita quorundā, de accuſa. ſicut olim. Hoſt.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis non extendi-
tur ad prius poſſeſſas per alios.*
2 *Poſſeſſio bonæ fidei impedit vires priuilegij.*
3 *Papa quando eximit monaſterium cum ſuis capellis, quomo-
do intelligendum. 4.*
5 *Interpretatio reſtringitur quando de alieno fit gratia.*
6 *Noualium priuilegium quale.*
7 *Indulgentia non valet ſuper re litigioſa.*
8 *Suffragium gloſſarum.*
9 *Argumentum a contrario ſenſu fortiſſimum.*

CAPVT XXXI.

1 Dudum. C.† Priuilegium de decimis noua-
lium non ſoluendis non extenditur
ad prius poſſeſſas ab alijs, niſi de
his fecerit mentionem, ad idem ī. de decimis. c. 2. li. 6.
& prima facti deciſa narratio. In ſecunda deciſio ibi,
De conſilio. & ꝙ dudum durauerit hæc lis, patet de ex-
cep. dilectæ, quæ loquitur de hoc facto. [Super decimis]
quas moniales de quibuſdam noualibus ipſis mona-
chis ſoluere denegabant pp quoddam priuilegium
ab ipſis monialibus impetratum lite pen. ſuper non ſol-
uendis decimis noualium, cum tamen monachi eſſent
in poſſeſſione percipiendi decimas illas; quare priuile-
gium non profuit, quia nec de poſſeſſione illa, nec de li.
pendentia fecerunt mentionem, & alijs rationibus de
quibus ī. patebit. [Noualium] ſm Boa. non procederet
hoc in priuilegio ſimpliciter impetrato ſuper decimis
non ſoluendis [Erant] prior & conuentus. [Poſſeſſione]
2 no. ꝙ † poſſeſſio bonæ fidei impedit vires priuilegij. de
hoc de decimis. c. 2. lib. 6. in 5. glo. dicebat hic Hoſt. ſi
monachi poſſidebant decimas illas ſuo iure communi
ſibi debitas, non debet eis obeſſe priuilegium hoc taci
to impetratum, tū quia abſorbet ius alterius. C. de pre-
cibus impe. offe. quot. tum quia contra ius, eo. tit. reſcri-
pta, tum quia lite pendente eo tacito impetratum, vt li
te pen. c. fi. cum ſuis concor. tum quia non fuit facta mē
tio de poſſeſſione aduerſariorū, quod erat neceſſariū,
vt valeret priuilegium, vt hic, vel reſcriptum, de con-
ceſ. præbē. cum noſtris. priuilegia vero ſurreptitia non
valent. & cum alteri inferunt graue præiudicium, ſunt
reſtringenda, & ſtricte interpretanda. vide quod dicā
de verb. ſig. olim, ſuper vlt. glo. & quantum fieri pōt, ad
ius cōe reducenda, ar. ff. de vul. & pupil. ſub. l. ex facto,
de ver. ſi. quid per nouale, de decimis ſuggeſtum, & c.
cum cōtingat, & c. ex parte. Sed per papam dēt fieri in-
terpretatio. ſ. c. prox. quia nec ad alium ſpectat, de iud.
3 cum veniſſet. & idem † dicendum eſt ſm Inno. qn̄ papa
eximit mona. cum ſuis capellis, vt. ſ. id intelligatur ōt
de capellis, quas alij poſſident, dummodo per hanc e-
xemptionem graue damnum prioribus dn̄is non pare-
4 tur, argumento prædictorum iuriū. vnde & † ſi tali mo-
naſterio dentur poſſeſſiones in aliqua diœc. in quibus
monaſterium aliquam eccleſiam ædificet, illa eccleſia
erit exempta, vbi tn̄ de illis poſſeſſionibus ante illam
ædificationem eps modicum emolumentum conſeque
batur, ſm Inno. ſed Ho. dicit, ꝙ aut eſt ædificata eccle-
ſia cum licentia epi, & ſic vbi non ignorabat exemptiō
nem, vr̄, cum nihil retinuerit, ibi ius ſuum remiſiſſe, ar.
ſ. e. quia circa. §. fi. in prin. aut ſine licentia, & ſic pōt ec
cleſia ab epo vendicari, vt patet ſ. eo. cum olim. 1. §. 1.
verſ. fi. Si vero ignorabat exemptionem, & certificari
potuit, ſibi imputet, ar. 37. di. §. fi. ad fin. ff. ad Maced. l.
pe. Alioquin, ſi hoc inquiſiuit, & monaſterium exemptū
hoc in fraudem tacuit, vr̄ epo ſubueniendum eſſe, ar. ff.
de redhibi. act. l. 1. §. 1. & 2. & l. cum 6. menſes, & arg.
de cleri. ex. mini. apoſtolicę. & ſ. de reſcr. ex parte. 1. §.
5 1. Sed † & hoc notandum, ꝙ vbi de alieno fit gratia, re-
ſtringitur interpretatio, vbi vero de ſuo proprio contra
facientem ipſam gratiam tunc laxatur. ſ. de don. cum
dilectus, in fine. & idem dixi de reſcript. cauſam, ſuper
gl. pe. Item ſm Inno. aliud eſt, qn̄ dicitur. Conferimus
tibi tales eccleſias, vel decimas, vbi quidem non vr̄ do-
natum, quod ab alio iuſte detinetur, ſi iniuſte detinea-
tur, donatum videatur, arg. ſ. de feud. c. 2. vbi quidem
& decimæ, quæ ad alias eccleſias pertinēt, peti poſſunt.
arg. ſ. de bo. vac. l. 2. Aliud, qn̄ dicit, Eximimus tale mo
naſterium cum capellis ſuis, quia tunc videntur exem-
ptę, & ſi alij ipſas poſſideant, niſi priuilegium probetur
per ſubreptionem obtentum. Ratio diuerſitatis hæc
eſt, quia exemptio non fit, niſi cum magna deliberatio
ne, vnde præſumitur, ꝙ papa omnia ſciuerit, & de alte-
rius poſſeſſione, & de alijs, niſi contrarium probetur,
vide quod dixi de reſcrip. cum dilecta, in gl. videntur,
ar. 35. q. 9. apoſtolicæ, & ca. ſuiam, collatio vero maxi-
me noualium, & laborum propriorum, ſiue priuilegij
conceſſio cum minori difficultate conceditur, nec ita
3 *Nota,multa ſignificat,infamiam hic.*
Purgationi non eſt locus in probatis, ſit etiam in negatiua & quomodo,nu.5.
Conſcientia ſcrupuloſa, vel ſcientia occulta remouenda.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
In dubia re certius & modeſtius abſtinendum.
Mater ſemper certa.
Pater quis.
5 *Additio gloſſarum.*
Purgandus qualiter iuret.
A forma conſueta receditur ob facti qualitatem.
Reputationis diuturnæ quod quis ſit legitimus, infamia ſequens non nocet.

CAPVT XIIII.

1 Accedens. C. † Infamatus ſuper defectu na-
talium, ſi vult promoueri, debet
ſe prius exinde purgare. & ſunt
duæ partes. In prima conquæſtio. In ſecunda prouiſio.
ibi,quo circa. (Humili.) de hoc ̃s.de homici. Ioannes.
(Aemulis) ideſt inuidis. ſic ̃s. de renun.lectæ, & vide
qđ ibi dixi.Aemulus dicitur multis modis, vt no.43.d.
dicimus. & poſſunt æmuli accuſare.2.q.6. decreto. qđ
dic vt ibi in 1.gloſſa.Sed contra,ſupra eo.cum in iuuen
tute.vbi dicũt, quod ad dicta æmulorum non debet in-
2 dici purgatio.dic vt ibi dixi.(Alio.)argue † eum,qui læ
ſam habet conſcientiam, non deberet per alium face-
re, quod per ſe facere non vult, vel non poteſt, de quo
dic vt ſupra de offi.or.ſi ſacerdos, & vide quod dixi de
ele.quia propter.§.illud.in prin.Sine permiſſu vero pro
prij diœceſani alius illum ordinare non debeat, quod
dic vt ĩ.de temp.or. cũ nullis,& c.1.& 2.lib.6.(Promo
ueri.) & bene,quia & ſi non ſit &c.vt in fin.quod etiam
hæc continuari poteſt ſecundum Hoſt. (Publice.) ac ſi
d.ſecundum Hoſt.non apud æmulos tantum, ſed com-
muniter apud bonos & graues. ̃s.de accu.inquiſitionis,
3 in fi.quod dic vt ibi dixi.(No.)ideſt, † infamia illegiti-
mationis. habet tamen hæc dictio, Nota.alias ſignifi-
cationes.de quib.Hoſt.remittit, de off.dele.cum olim.
2.vbi vide ſuper ver.notauiſſet,& de fortile.c.fi.(De ip-
ſa.) ſcilicet filiatione, vel veritate notæ. nam de nota,
vel infamia de facili conſtare poteſt. Hoſt.(Non pote-
rit.]ſi enim conſtaret, non eſſet locus purgationi.ĩ.ca.
prox.(Non differas.)remota conſciẽtia ſcrupuloſa, vel
ẽt occulta ſcientia, ſi quam habens, & nolit ad partem
monitus abſtinere,de temp.or.ex tenore.(Promouere.)
ſup.alias non promoueas durante infamia.non obſtat,
quod allegari poſſet,iſtum ex proprio delicto non nota
tum, quia ſi &c.(Delicti.)proprij.(Sacros.) large ſumi-
4 tur,ſicut & ̃s. de fi.pre.c.1.vt ibi dixi.¶ † Secunda gloſ.
obijcit,& ſoluit.¶ In gloſ.(ibi ſeruiles.in fi.)in re dubia
certius & modeſtius eſt a nuptijs abſtinere. ¶ In glo.2.
(ibi,quia ſemper.)ibi dr̃,ꝙ mater ſemper eſt certa,etiã
ſi vulgo concepit,pater is eſt,quẽ nuptiæ demonſtrant.
5 ¶ † In gl.2.(ibi,directe.)venit tñ in purgatione. ̃s.de of.
or.ex parte. vbi purgat ſe, ꝙ in abſolutione non commiſit
exceſſus, imò communiter negatiuæ ſunt, quæ veniunt
in purgatione,(& ibi, non poteſt.)ff.de cõdi.& demon.
l.Lucius,imo, ſi dicis hoc caſu purgationem indicẽdã,
incidit purgandus in inſolubile:nam de veritate iurare
debet qui purgatur. ̃s.c.quot.ſed hic de veritate iuran-
do ſubiret anceps periurium ꝯ iura. ff.de in li.iur.videa
mus.ff.rerum amo. Marcellus.purgatio vero per modũ
de quo ſubmittit ſtatim gl.nõ placet Hoſt.cũ de verita-
te cõceptionis, & natiuitatis ſuæ, & maxime præceden-
tis

Digitized by Google

tis matrimonij iurare non poſſit, vnde dicit cũ Inno.ꝙ ſubiicit,ꝙ hoc caſu iuret de credulitate,cũ ſit eadem rō in purgando, quæ in purgatore.ergo idē ius, de cõſang. tua. Iura vero, quæ volunt, ꝙ purgandus de veritate iuret, loquũtur in illo, qui ſe purgat ſup facto proprio, qđ ſibi non licet ignorare, de reſcrip.ab excõicato. & facit ſ.eo.quoties.ibi, Se ſciente, vt ēt ibi dixi. Alij dicunt, ꝙ non deletur infamia per purgationem talē. Ratio,quia bene pōt eſſe, ꝙ non credit ſe ſacerdotis filiũ,& tñ eſt.& ideo dñt hoc caſu purgationis formam reuoluēdā, vt.ſ. purgatores de veritate iurēt,purgandus vero de credulitate.ſed hoc non placet, quia ex quo per teſtes vere eo mō,quo pōt, probatus eſſet alterius filius, nō eſſet plus locus purgationi.ſ.c.proxi. Teneas igitur, qđ prædixi, & eſt ſpeciale pp qualitatem facti, quod receditur a forma conſueta,quæ ſm ſanam conſcientiam præſtari non poteſt. & hoc ſolum poſſumus &c. de reſcri. ſciſcitatus. dicit etiam Hoſt. ꝙ ſi diu habitus & reputatus fuit legitimus, ſubſequens infamia non eſt attendenda,arg.qui fil.ſint legi.peruenit,de presbytero non bapti.c.fi.in fi. [& ibi,quia ſemper]de hoc ſ.de fil.presby.Michael.[& ibi,vt hic patet]& ſup.de apoſta.c.3.vbi quis ſe purgat ab irregularitate apoſtaſiæ.ad idem de teſtib.tã literis.

S V M M A R I V M.

1 *Purgatio non indicenda ſuper notorio crimine, quando ſit ei locus, nu. 4. in fi. & 13.*

In ea deficiens varie plectitur, num. 5. & 6.

Si recte fiat, an de eodem inquiri poſſit, ibid.

Iteratur ēt de gratia, nu. 8. vt ad eã procedatur, ibi. & n. 13.

Minus iuſta non facit fidem, num. 18.

Recepta ab ordinario non tenet pendente cauſa criminum coram Papa delegatis, & num. 1.

2 *Epiſcopus non appellatur, qui ſit electus tantum.*

Occupata pro detenta, in fi.

3 *Inuadere, vel contra iudicis detinere ſententia, nil intereſt.*

4 *Ad vniuerſitatis petitionem datur inquiſitor.*

5 *Papa aſſertiue de literis alias a ſe ſcriptis non ſcribit, niſi ſibi conſtaret, & id ex ſtylo.*

De crimine eodem nunquid inquiratur ſæpe, & nu. 6. & 7.

Priuatoria ſentētia propter crimen quib. de cauſis nõ teneat.

6 *Accuſatio an procedat contra eũdem poſt inquiſitionē de eo factam ſuper eodem crimine, vel poſt actionem ciuilē, & n. 7. vel poſt exceptionē, nu 7. vel denuntiationē, ibid. §. idem ēt.*

Exceptio eadem an liceat repeti.

7 *Denunciatio poſt accuſationem, & inquiſitionem admittitur. §. idem etiam.*

8 *Defenſionis danda copia reo ſuper imputatis.*

Delegati ſi faciant quid non commiſſum, non tenet.

9 *Lis conteſtanda etiam cum inquiritur aliquo promouente.*

Exemplum, ſiue tranſcriptum quod faciat fidem, in fi.

10 *Relatio iudicum miſſa ad curiam quæ faciat fidem.*

11 *Ordo iuris in quibus hic non fuerit ſeruatus, & ſupra n. 8. & infra nu. 12.*

Sententia quandoque refertur ad factum, non ad ius.

Præſertim, pro maxime, & notat coadiuuãtiã, nõ ſufficiētiã.

Notorium facti quod, & probatur etiam ex auditu. recipit iamen dubitationem.

13 *Perēptoriũ vitiatur ex ſui breuitate et ex nulla cãꝫ expſſione.*

14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 15.*

Super poſſeſſione ſi prius iudex non pronunciat, appellatur.

16 *Additio gloſſarum.*

17 *Collatio beneficij cui facta eſt ob alterius priuationē citãdꝰ eſt.*

Pro notorio ne dubium recipiat iudex, cauere debet, & ſupra num. 11.

18 *Delegatis omiſſis adiri poteſt ordinarius conſentiente parte.*

C A P V T XV.

1 Cum dilectis. C. † Super notorio crimine non eſt indicenda purgatio,& pendēte cauſa criminum corã delegatis papæ purgatio ſuper illis ab ordinario recepta nõ tenet. & ſunt quatuor partes. In prima datio auditoris ad cauſam. In ſecunda ibi, Idem procurator, actoris petitio. In tertia ibi, Dictus vero,rei reſponſio. In quarta ibi, His igitur,cauſæ diſſinitio. [Conceſſimus.] ſuper eo,quod idē clericus petebat ſibi aſſignari corporalē poſſeſſionem eccleſiæ ſibi collatæ per Abbatem ſancti Galli. Innoc.[Epiſcopus.]nunc,
2 ſed † tunc electus, vt infra patet.ſic ſupra de electio.bonę.1.vel alludit vulgari Teutonicorũ,qui electos vocāt epiſcopos,ſm Hoſt. cui prima plus placet.vel inteligas proprie, ſ.ꝙ primo cauſa fuerit coram epiſcopo,ſecudo illo mortuo coram electo ſubſtituto, qui forte fauebat presbytero,& ipſius purgationem recepit. [Indixit.]ſi intelligas de electo, dic cauſa iam pendente coram delegatis, & ideo non valuit, vt in fi.capituli.[Nequiuiſſet.]vt procurator iſte dicebat, ſed contrarium erat verũ, vt infra dř ſm Hoſt.aliter intelligo, vt prædixi, vel de iure ſm eũ.[Quas.]eccleſias.[ipſe.]presbyter.Hoſt. (Nihilominus.) ideſt non obſtante deſtitutione prædi-
3 cta. [Occupatas.]i.detentas. & ſic not. ꝙ † nil intereſt inuadere, vel contra iudicis ſñiam detinere. vel dici pōt, ꝙ epiſcopus ſñiam mandauit executioni, ſed preſbyter poſtea violenter occupauit eccleſias, ſed prior expoſitio plus placet Hoſt.[Cunque.]hic incipit caſus ſm Hoſt.[Conſanguinei.]pp hoc verbum.ſupra dixit, Inceſtus.& pp ver. Vxorē,quod ſequitur, dixit ſ.adulterij.
4 (plebani.) dicit Inno.no. ad petitionem † vniuerſitatis
a dari inquiſitorē. [a] Idem Ab.forte non habebant in textu,Quorundã,quod ſequitur[Conſtantienſis diœc.]quotum intererat ſaltem ratione correctionis euangelicæ. ſecunda,quæſtio.1.ſi peccauerit,& ſic impetrauerũt in modum denunciationis,de accu.eum oporteat,& c.cũ dilectus.vel dic ꝙ directe impetrauerunt contra ipſum agendo,vel accuſando, vnde fuit lis cõteſtanda, vt innuit, infra §.1. Nec opponas, quod dicitur in literis,ꝙ ſe purgaret,qa illud intelligitur, ſi fuit infamatus apud bonos,& graues,& impetrantes in probatione deficiãt, vt patet ex no.inf. §.fi. & de accuſa.cum P. [Dicimur.]
5 aſſertiue,† papa hoc non aſſereret,niſi ſibi conſtaret, vnde ſecundũ ſtylum ponit hoc verbum. [Et inceſtus]forſan alterius,quam illius,de quo corã epiſcopo fuit actũ. de illo enim non erat ſæpius inquirendum. ſ.de collu. c.fi.vel loquitur de eodem, nã bene inquiritur pluries, quando quis extitit condemnatus, ſecus ſi abſolutus.ſ. de accuſa.de his,vel dic,ꝙ epiſcopus proceſſerat nõ inquirendo, ſed audita infamia ſtatim indixit purgarionem presbytero, quam quia non præſtitit ſententiali-
b ter,[b] cum ſuis eccleſijs priuauit,& male,quia ipſum tantum ab officio ſuſpendere debuit, & etiam beneficio,ſi maiora crimina eſſent.2.q.5.presbyter.ſi a plebe.ſ.eo. inter ſollicitudine.reſpon.1.Sinautē præceſſiſſet inquiſitio, tunc ipſo deficiente in purgatione ſententia amotionis in eum ferri poſſet, vt ſupra eo.inter ſollicitudines. §.fin.& c.cum P.§.1.ſupra de re iud.quòd ad conſultationem. & ſimiliter male proceſſerunt ſuper eodem iſti iudices, quia non præmiſſa inquiſitione de veritate criminum,ipſum per ſententiam priuauerunt, & ideo reprobatur eorum proceſſus, quia hunc iuris ordinē non ſeruarunt.& ſic poteſt intelligi, infra eo.§.his
6 igitur. Item † ſi non præceſſerit inquiſitio, ſed tantum indicta fuit purgatio, ſiue præſtita fuerit, ſiue non, tamen alius admittetur ad inquirendum, arg.eius, quod dicitur in populari actione, in qua extra iudicium non licet paciſci. ff.de pact.iur.gentium. §.fin.nec ad arbitrum ire.ff.de arbi.non diſtinguemus.§.de liberali.a ſimili, nec iuſiurandum deferre, & idem argumentandum videtur in inquiſitione. tamen Innocen. videtur ſenſiſſe, quod ſi ſcandalum, ſiue periculum, ſiue infamia,ſiue ſuſpitio grauis ſit contra aliquem, poteſt prælatus ſuus procedere ad inquiſitionem. vel ſi non inue-

niat probationes, indicet purgationem, quam ſi præſti-
terit, denũciabitur per ſniam boni teſtimonij, & ab in-
famia abſoluetur. ſ. eo. accedens. & c. inter. & c. ex tua-
rum, &c. cum P. §. 1. & ſi defecerit, nõ condemnatur de
crimine, ſed priuatur beneficijs. ſ. eo. cum P. §. fi. ſal-
uo, quod ibi no. Sed & deponitur pp maiora crimina. ſ.
eo. inter. §. fi. nec fit contra eundẽ de cætero inquiſitio
de eiſdem criminibus, vt no. ſ. de collu. detegen. c. fi. ſ.
de accuſa. de his, Dicunt ẽt quidã, quod placet Dama.
vt ſcripſi in Spe. de inquiſi. §. penult. verſ. vtrum autẽ. ꝙ
ſi poſt abſolutionẽ, vel condemnationẽ alter, vel idem
velit accuſare de crimine eodem, ſi ẽt ſciuit priorẽ egiſ-
ſe, hoc poteſt facere, nec obſt. exceptio rei iudicatæ, cũ
ad aliud agatur per modum inquiſitionis, ſ. ad abſoluẽ-
dum de infamia, vel ad priuãdum beneficijs. Aliud per
modum accuſationis, ſ. ad condemnandũ de crimine,
& pœnam corporalem infligendam, argum. ff. de excep.
rei iudic. cum quæritur. & l. an eadẽ. §. fi. & ff. ad legem
Iul. de vi pub. qui cœtu. §. ſi de vi. C. de fal. damus. ſ. de
cauſa poſſeſ. paſtoralis. licet in ciuilibus actionibus a di
uerſis iterum non poſſit agi ad idem, ſed in eo tantum,
quod plus eſt. ff. pro ſocio. ſi quis pœna. & l. ſequen. ff. de
pactis. reſcriptum. §. ſi pacto. nec eſt contra. ſ. de elect.
cum dilecti. in fine. quia ibi ad idem prohibet agere di-
recto, vel excipiendo, vel ratione eius, de quo conſta-
bat inquirendo, non caſſaretur electio, ſiue non repel-
leretur electus ab epiſcopatu. vide quod ibi no. in gloſ.
penult. & quod dixi in gl. not. ꝙ ſententia, & quod dixi
de re iudic. cum ſuper. in fine. Item ſi oppoſuit aliquis
dilatorias exceptiones ad elidendum reſcriptum, & fe-
ratur ſnia cõtra eum, quam acceptet tacite, vel expreſ-
ſe, & poſtea eaſdem velit opponere contra aliud in ea-
dẽ cauſa nõ admittitur, quia ſemel calumniatus eſt &c.
ff. de accuſat. ſi cui. & argum. ff. de except. rei iudic. cum
quæritur, & l. ſequen. ſm Innoc. cuius eſt tota hæc gloſſ.
Sed contra ſ. de teſti. veniens. 2. quinimo eadem exce-
ptio in eodem iudicio ad eundem effectum ſæpius pro-
ponitur, de except. pia. Hoſt. Sed & ſecundum Innoc. ex
hac decret. non colligitur, ꝙ ſæpius fuerit inquiſitum ſu
per crimine ipſius ſacerdotis de conſcientia papæ, quia
in cõmiſſione ipſius non fuit facta mentio de inquiſitio
ne Conſtant. & forte non erat verum, quod ex parte cle-
rici proponebatur, ſm Inn. hęc gl. intellectum deſtruit
decret. quõ enim potuiſſet fieri mentio, cũ adhuc non
proceſſiſſet Conſtãt. vt ſ. no. & j. patet. Nam de eo qđ
non eſt, mentio fieri non poteſt. ſ. de conſtitut. cum ac-
ceſſiſſent. §. 1. in fi. cum ſuis concord. ſecundum Hoſtiẽ.
Item ſm Innoc. corã capellano auditore dato non age-
batur per modum inquiſitionis, ſed de iure agebatur in
ter partes. Quidam tamen dixerũt, & bene, ꝙ ſi aliquis
primo obtinuit inquiſitionem cõtra aliquem, & reus eſt
abſolutus, poſtea idem actor non audietur contra eun-
dẽ in modum accuſationis, arg. ff. nau. caup. ſtab. l. &
ita. §. fi. & l. licet. §. fi. ff. de ſepar. l. 2. §. illud. quod ex eo.
patet, quia vbi alicui competunt duæ actiones tantum,
licet vna maiorem pœnam requirat quàm alia: tamen
poſtquam actum fuerit de vna, nunquã agitur de alia,
vt eſt videre in actione iniuriarum, & l. Corneliæ, quæ
ambæ competunt pro homine verberato, nam ſi primo
actum ſit iniuriarum, nõ agetur poſtea l. Cornelia. ff. de
iniur. prætor. §. 1. & l. quod ſenatus. & ſic eſt in inquiſi-
tione, & accuſatione, quia ad vindictam tantum. Sed
cõtra, quia ſicut competũt duæ actiones, vna ciuilis, &
alia criminalis, ſiue pro publico, ſiue priuato crimine,
neutra earum aliam impedit, vt C. quando ciuilis actio
e priu. l. vnica. ᵉSol. illud intelligitur, quãdo ciuilis actio
competit propter rem familiarem, puta, quia petitur
quod ſibi abeſt, vel abſuit de patrimonio ſuo, & in illa
lege multa exempla inuenies pro primo dicto. Sed &
tunc quandiu proponens proſequitur actionem ciuilẽ,
ſuperſedendum eſt criminali. ff. vi bo. rap. l. 2. §. 1. ff. de
pub. iud. l. 4. Quinimo & ſi aliquis conuentus ciuiliter
ſatisfecerit, poſtea criminaliter de priuato crimine ſu-
per eodem non poterit accuſari. C. de crimi. ſtell. l. 1. ff.
de cri. expil. hær. diuus. & idẽ videtur in publico. C. ne
tu. vel cu. l. 1. dic vt ibi no. ff. de adul. ſi adulterium. §. 1.
ſm Innoc. & adde quod not. ſ. eo. ex tuarum. in fin. De
7 † exceptionibus etiam conſueuit dubitari, & quæri,
vtrũ poſtquam exceptio fuerit propoſita de aliquo cri-
mine, & iudicatum in quæſtione, in qua excipiebatur,
an vlterius de eodem crimine poſſit accuſari, vel inqui-
ri? non quærit, an poſſit per alium excipi. de quo vide
ſ. de accuſa. ſuper his, in gl. dicit hic Innoc. & videtur
ꝙ nõ, arg. ſ. de ele. cum dilecti. §. fi. & facit ad hoc, quia
exceptio, quæ fit contra electos, eſt quaſi quædam accu
ſatio, vnde & ipſam vindictam ſequitur, vt patet in eo
quod leg. & no. ſ. de accu. ſuper his, & c. accedens. §. fin.
ſ. de electio. ſuper eo. vbi dixi de hoc. Sed dicendum eſt
contra, quia qui excipit, non agit. vnde, cum de hoc cri
mine primo actum non ſit, nulla cauſa eſt, quare modo
agi non poſſit, & maxime, quia de crimine excepto nõ
iudicatur, licet propter crimen exceptum a dignitate
repellatur, ſecundum Inno. ſup. de or. co. cum dilectus.
§. fi. vide quod dixi de præbẽ. graue. in gl. ad quod epi-
ſcopi. ver. item ſecundum Inn. & quod not. de elec. cum
inter canon. in 3. gl. & quod ſuper ea dixi. Item quia ſe-
cundum Inn. exceptionem non ſequitur vindicta ex ſui
natura, cum ad vindictam actum non ſit, vt ibi. Sed ex
accidenti eſt, ꝙ propter infamiam remouetur a digni-
tatibus obtinẽdis, quia infamibus portæ &c. C. de dig.
l. 1. lib. 12. ſecundum Inn. Quid ergo, ſi priuetur ẽt obtẽ
tis, ſecundum id quod legitur, & no. ſ. de accu. c. acce-
dens. §. fi. vtique in illo caſu videtur aliter ſentiendum,
vt patet in ſeq. ver. iſtius gl. ſecundum Hoſ. Idem etiam
dicendum eſt ſecundum Inn. in denunciatione, ſ. ꝙ non
impedit accuſationem, quia non eſt ad vindictam, ſed
ad pœnitentiam. ſ. de accu. qualiter, 2. & 2. q. 1. ſi pecca
uerit. veruntamen, ſi per denunciationẽ ſatisfiat de cri-
mine, poſtea non poterit inde criminaliter accuſari, ar.
in iuribus inductis ſ. ea. gl. ver. quinimo. alij tamen con
tradicunt. ſed denunciatio poſt accuſationem, & inqui
ſitionẽ admittitur, ar. ſ. de iureiur. quemadmodũ. §. fi.
8 ſecundum Inn. [Non poſſet] † de gratia fuit hoc, quia li
cet defeciſſet in purgatione, & iam eſſet ſpoliatus eccle
ſijs, tamen iterum datur poteſtas ſe purgandi, & ſuper
hoc citãdus erat ſacerdos, & danda defenſionis copia,
& facultas dicendi contra ſniam epiſcopi, quod quia
non fuit factum, ſed ſolum ſtatutus terminus ad pur-
gandum, ideo vitiatur proceſſus, vel clericus non pro-
bat, quod dicebat, Inn. [Conſtitiſſet] prætermiſſo iuris
ordine, vt ſequitur. [Contumacem] ſuper eo, quod epi-
d ſcopi ſententiæ ᵈ nõ parebat, & male, quia non erat hoc
cõmiſſum. Inn. [Cõcedentes] id eſt, conceſſam oſtendẽ-
tes. [Qui] abbas S. Galli. [Eas] ſ. eccleſias, & forſan vna
pendebat ex altera, alias eidem perſonæ conferri non
debuiſſent, de præben. cum non ignotes, de æta. & qua-
li. cani te. Hoſtien. (Et infra.) hic deciditur concluſio
procuratoris dicentis, quòd cum per ordinarium, & de
legatos priuatus fuiſſet presbyter, & ipſius eccleſiæ ſibi
collatæ, ſibi adiudicari deberent [reſpondit] & bene,
9 cum † non procederetur in modum inquiſitionis, ſed
accuſationis. Innocen. Si vero dicas, quòd in modum
inquiſitionis, tunc dicas cum Hoſtien. quòd non fie-
bat inquiſitio ex mero & puro iudicis officio, ſed alio
procurante. quare cum illo fuerat lis conteſtanda. de
hoc de accuſationibus. qualiter. de re iudicata, cũ I. &
A. [Lite non conteſtata] dicit Goff. quod hæc allegatio
non erat bona, quia litis conteſtatio non erat facienda
coram illis, quibus mandauerat, vt purgationem indi-
cerent, & punirent. [Electo.] nunc epiſcopo. vel dic, vt
dixi

Google

dixi ſ.in princ.[Exhibere.]de his duobus, quæ allega-
bat presbyter, facta eſt fides papæ, ſm Hoſt.& hic deci-
ditur concluſio presbyteri, qui dicebat pp hæc, & alia
ſe abſoluendum, & parti aduerſæ ſilentiū imponendū.
[Tranſcriptū.]ſolēniter publicatum ita, q fidem face-
ret ſm Goſ.de quo ſ.de oſt.deleg. cum in iure, de fi.in-
10 ſtru.c.1.& in fi.[Ac ſi literę.]no.ſm Hoſt.q † relatio iu
dicum miſſa ad curiam facit fidem. Ad idem de exceſ.
præla.inter dilectos,& cap.ex literis.de accuſa.cū dile-
cti,de dolo & contu.veritatis, de off.deleg.cū olim, ſi-
cut & acta, de proba.qm̄. Sed contra, quia culogia fiūt
ex multa fide. ff.de cuſto.reorū,diuus.nec ſemper credi
tur literis cardinaliū, vel papæ,de hoc de fi.inſtr.q ſup.
Sol.ſm Hoſt.Relationi vnius iudicis non creditur. ſ.de
proba.qm̄. plurium vero ſic. & hoc vr̄ curia approbare
de conſuetudine, vel ſm eum creditur relationi exhibi
ter per partē in eo,quod eſt contra illam,& ei ſtetur,niſi
probetur contrarium, vt hic. vbi vero non eſt pars, nec
hēt ſigillū notum & auctenticum,non eſt ei credendū,
de do.& contu.cum olim, de cler.pe.c.1. Si vero hēt ſi-
gillum notum & auctenticum, prima facie ſtatur illi,ſi-
cut & publico auctentico. Audiendus eſt tñ volens pro-
bare ꝯrium, vt in contrarijs ſ.allegatis. Probantur hęc,
de elect.cum inter.R.& c.ſcriptum,de fide inſtr.c.2.de
11 teſti.cum a nobis.[Iuris † ordine.]Forte nō fuit citatus
presbyter, quia iudices reputauerunt notoriū,quod nō
erat, vel aliter, vt dixi in gl.de gratia, & gl.& bene, &
dicam in gl.forte.[Retractamus.]i.retractatā & nullā
pronunciamus,vel de facto,cum de iure ſit nulla,de lit.
cont.c.vno.[Pręſertim.]i.maxime.coadiuuat.n.ſed nō
ſufficeret per ſe, vt j.patet. Hoſt.[Populus teſtis.]& ſic
loquitur de notorio facti.q.d.a quocunq; iuuene,vel ſe-
ne rationem habente quæſieris,reſpondebit,q ſic eſt ſe
cundū Hoſt.qui per hoc arguit ſic probari notorium, &
ſi nil dicatur de viſu. Eſt.n.notorium ēt his qui hic non
fuerunt, qđ Bonon.eſt ſtudiū generale,quod vltra ma-
re eſt Accon.quod Hēricus nuper coronatus eſt in Ro.
Imperatorē, & his ſimilia,& tñ teſtis interrogatus non
dicet ſe vidiſſe,ſed audiuiſſe, & talē eſſe famā cōem ne-
mine reſragante.ad idem de dolo,cū olim, circa prin.
vbi de hoc,de accuſatio.euidentia,cum ſins concor. Di
cit tñ notorium ſemper poſſe aliquam dubitationē reci
pere. Remittit ad decr.bonæ.1.de ele.§.licet.[Ibidē.]
12 ſin relatione.[Peremprorium.]forte † nimis breuem,
& non præmiſſa alia citatione, nec cā expreſſa, quare
hoc fieret,& ſic iuris ordinē peruerterūt, de dil.c.1.
& ſic nec debuerunt illum reputare contumacem, ſm
Hoſt.[Et infra.]hic dicitur, quod mādat prædictū preſ-
byterum priuari eccleſijs,ſi per clericum illum,vel aliū
de prædictis criminibus accuſatus fuerit conuictus, de
accuſa.accedens,& ſic bene cōtinuatur, quod ſequitur
13 ſm Hoſt.[Et graues.]ſi ergo † exilis eſſet infamia,non
indiceretur ei purgatio.23.di.c.vlt.[Prædictis.]ſ.adul-
terio,& inceſtu.[Iudicatis.]ſup.quam ſi præſtiterit,ab-
ſoluatis eūdem,alias ipſum priuetis prædictis eccleſijs,
non obſtante &c.quod ſequitur.[Pēdente.]qñ dicatur
14 pendere,remittit Hoſt.vel ite pen.cap.1.¶ † Prima gl.
reſpondet per quæſtionē, an bene fecerit epiſcopus &c.
¶ Penult.gl.notat,ſignat contrarium,ponit op.ſolutio
15 nem.¶ † In quarta gl.[ibi.l.1.]ſi iudex non prius ſuper
poſſeſſione pronunciat, appellatur.¶ In glo.vnde non.
[ibi,ſcripſerit.]ponit caſum decre.ſ.proxi.alleg.¶ In
gl.quia nec.[ibi,cauſam, in prin.]maior.20.qui manu-
mittendi cauſa ſeruum donatum accepit, ex abundāti
probat cauſam,cum & ſi nō manumitteretur, ille fieret
liber.¶ In gl.vlt.[ibi.§.vlt.& l.ſe.]vide de fo.compet.
ſignificaſti.ſuper gl.2.[& ibi.§.vlt.]vide in c.ſtatim al-
16 leg.in vlt.gl.¶ † In gl.1.[in fi.]vt no.de ſimo.inſinua-
tū.¶ In gl.3.(ibi impetrauerunt.) tñ apparet aperte ex-
tertu, q fuerit commiſſa inquiſitio, licet multi docto-
res ſic loquantur aperte,dixi, quia dici poſſet illam ta-
cite incluſam.¶ In gl.ſi ordo.(ibi.l.1.) de hoc.2.q.1.in
ſumma.¶ In gl.vnde nō ſunt.[ibi,eccleſiarum.]ſed nō
17 † videtur,q illud fieri debuerit, niſi vocato clerico, cui
facta fuerat collatio, vt dicit Innoc.hic vnus & idē erat
clericus accuſans & agens, & cui facta fuerat collatio,
& ideo ſuper vtroque fertur ſimul ſententia.¶ In gloſ.
quia nec.[in fi.]& cauere debet iudex, ne dubiū pro no
torio recipiat,de app.conſuluit.1.Hoſtien.¶ In gl.no.
quòd.[in fi.]quod nō loquitur in purgatione,ſed in in-
quiſitione.& vide quòd ibi dixi ſuper 5.gl.¶ In gl.vlt.
[ibi,& ita.]ſecundū Io.[Et ibi,† fidem.]nec iuuat,quo
minus alia ſit præſtanda,ac ſi nulla præſtita fuiſſet.Inn.
Hoſt.[& in fi.]nō intelligas, quòd hi qui impetrauerūt
reſcriptum ſuper illa cauſa,adiuerint poſtea ordinariū,
quod eis licuiſſet re integra conſentiente parte aduer-
ſa, ſm Hoſt.qui remit.de appel. vt debitus,& tunc ordi
narius eſſ.t iudex. nec delegati amplius audirēt impe-
trantes, argumento ff.de arbi.ſed & ſi.§.ſi.& l.ſequē.&
per hoc renunciant literis, ar.de ap.ſollicitudinē,ad fi.

ADDITIONES.

a ¶ Inquiſitorem.an autem poſſit accuſari, vide Bart. in l.1. ff.de accuſat.

b ¶ Sententialiter.Non quia poſſet,quia defeciſſet in illa, ſed quia illa alias non præſtitit, & vide Io.And.ſupra eo.cum P.

c Vnica. Vide ibi Cy. Bal.& do.Bar.de Saly. & vide in c.tuæ, de procura.

d ¶ Sententiæ ſi parebat. No.ex iſto tex,quod ſi iudex talem cauſam in ſententiam iuſtam exprimit etiam cum iſta edictione, maxime,ſententia eſt nulla,quod facit ad materiam l.qui teſtamento, ff.de excu.tu.& c.ſicut.de re iudica.

SVMMARIVM.

1 *In purgatione plato de criminib.infamato iurare quæ ſufficiat.*
In ea duobus modis deficitur, & deficiens condemnatur.n.4.
generaliter ne, an ſpecifice ſit indicenda, num.6. & de quibus,num.11.
2 *Pro iudice quo & qua in re præſumendum.*
Quæ cauere debeat,& non admittere,nu.10.
3 *Per pœnitentiam reparatur homo lapſus.*
Veram pauci agunt.
Simplex quis.
Odio,an amore dignus quis ſit,nemo ſcit.
4 *Poſſe, & velle quandoque ſe impediunt.*
Nolle, & non poſſe æquipollent hic.
5 *Incontinentia carnis numeratur inter grauiora, & qualiter id intelligatur,qui in eam facile incurrant,nu.9.§.1.*
Graue pro commum capitur interdum.
6 *Specificatio, vel declaratio criminum, vel rerum quibus caſib. & quomodo facienda,an non.*
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum . num.8.*
In dubia re benignior interpretatio ſequenda.
9 *Suppletio gloſſarum.*
Luxuria blandum malum, quam aliquando facilius accuſare, quam vitare.
11 *Promotores contra factum ſuum venire non debent, eorum quod ſit officium.*
Inquiſitio excuſat,ſi quid emergat poſtea.

CAPVT XVI.

1 Accepimus. Caſus. † Non ſufficit prælato de criminib.infamato iurare, cū ſe purgat,q ſit immunis ab illis,immo iurare dēt, qđ poſt promotionem ſuā illa crimina non cōmiſit. & ſunt 4.partes. In prima iudicum conſultatio ſuper forma purgationis, quam purgandus offerebat. In ſecunda ipſius purgandi ſupplicatio. In 3. ipſius formæ reprobatio. In 4.cauſæ remiſſio cum expreſſione debitæ formæ purgationis.2.ibi, ipſe vero.3. ibi,porrò.4.ibi,ideoq;.[Et j.]deciditur, quòd iudices

dubitantes ſuper hac forma conſuluerunt papam.[Non
2 credatur.]alias credamus, & no.ſm † Hoſt.præſumẽdũ
pro iudice,ꝙ nõ grauet,nec ↄ̃ iura faciat,maxime ſi re-
ligioſus ſit & honeſtus,de præb.niſi,de no.ope.nun.c.2.
de procur.in noſtra, & eſt ↄ̃ id, quod dr̃ de probat.qñ
contra. Sed dic prædictum notabile verum,ſi tñ quæri
tur de iudiciali actu,cui pars contradicat,ſoli verbo iu-
dicis non creditur, vt in contrario.ex quo tñ proteruita
tẽ partis negantis iudex conuincit per legitima docu-
menta, eis ſtatur & pars ipſa punitur.ſ. de pœnis, dile-
ctus,ſm eum[potius.]ſic conſtrue,Potius præſumimus,
3 ꝙ forte alia de cauſa &c.[per pœnitẽtiam.]per † quam
reperiatur homo lapſus. de ſum.tri.c.1.ad fi.nec debet
tunc deſpici in eo,quod fuit.50.di.ferrũ.hæc vera de ve
ra pœnitentia,q̃ pauci agunt,maxime clerici,de quibus
Ambro, dicit plures inueniſſe innocentiam ſeruantes,
quam congruam pœnitentiã agentes, de pœ. diſt.1.ſunt
qui arbitrantur,2.q.3.reperiũtur.quod exponas,vt ibi.
[Iob.]9.c.& Eccleſiaſtes.9.in prin.Nemo ſcit,an odio,
vel amore dignus ſit[Simplex.]i.ſine plica, & inuolu-
tione peccati.[& Apoſtolus.]Nihil mihi conſcius ſum,
nec in hoc iuſtificatus ſum,de pœ.di.3.adhuc inſtãt,cir-
ca fi.Goff. & 1.ad Cor.4.a.[Ignorat.]põt tñ aliquis ſci-
4 re ſe habere charitatẽ.de hoc 2.q.7.[Paulus.2.† [Et po-
tuerit.]qñque hæc duo ſe impediunt,de off.del.cum ſu-
per,no.hic hæc duo æquipollere,ex quo purgatio per iu
dicẽ eſt indicta,ſ.nolle,& non poſſe,puniretur ergo infa
matus,qui intra competẽtem terminum ſe non purgat,
quaſi conuictus ſiue ex voluntate,ſiue ex impotẽtia hoc
accidat. Ad idem de cohabi.cle.& mulie.tua.§.ſi.ver.
de hoc,& ſ.c.inter, & c.cum P.[Incontinentiam.]not.
5 delictum † carnis numerari inter grauiora. & ſi dicere-
mus illud grauius.i.cõius, ſicut exponitur.32.q.7.quid
in omnibus,tũc planũ.alias dici oportet multa grauio
ra.& facit quod no.hic & in gloſ.2.vel eſt grauius, quia
per ipſum perditur bonum rectæ conſcientiæ,ſm Hoſt.
qui remit.de temp.ord.c.ſi.in prin.[Promotus eſt.]ad-
6 huc † obijcitur,ꝙ non debuit indici purgatio tam gene
ralis,imò ſpecificandum eſt crimen,vt dicat iuro,ꝙ nõ
cõmiſi fornicationem cum tali muliere ſpecialiter no-
minata.nam, ſi dicatur infamatus in genere, & non de
certa perſona, vilipendenda eſt talis infamia, nec dẽt
pp ipſam purgatio indici infamato,ar.ff.de accuſa.l.li-
bellorum,& in eo quod le.& no.ſ.de procur.tuæ.§.1.&
facit, quod no.de elec.c.pe.li.6.in fi.3.gl.nec.n.de tali
crimine in diſcrimẽ alterius vagari oportet, imò neceſ-
ſe eſt, ꝙ certum quid proponatur, vt ff.de iniur.prætor
edixit.reſpon.1. §.quod autẽ prætor.ff.de verb.ob.vbi
aũt.§.qui illud.ff.de iure fiſci,ita fidei. Item expreſſum
eſt,ꝙ in inquiſitione capitula ſunt exprimenda & ſpeci-
ficanda.ſ.de accuſa.qualiter.in §.debet.ſed cõtra,quia
inquiſitio fit in genere, vt patet ſ.de ſimo. licet Heli.ſ.
de accuſa.licet,& c.veniens. & c.qualiter.1.& c.cũ dile
cti, & c.cum olim.1. V.& Pe.& c.antepe.pe.& c.ſi.& ſ.
de off.or.c.1.& c.irrefragabili.ſ.de ſta.mo. in ſingulis,
& c.ea quę.ff.de off.præſi.l.3.& l.congruit.ſ.de accuſa.
ca quidẽ,in auct.de collato.§.iubemus.3.col.4.in qui-
bus nõ hr̃, ꝙ aliqđ crimẽ fuerit ſpecificatũ.& in genere
indicitur purgatio vt hic, & ſ.c.accedens.& c.conſtitu
tus. & c.ex tuarũ,& c.nos inter alios, & c.ſi quis de gra-
du,& c.moniales,& c.2.& 3.vbi ẽt ſi in aliquibus expri-
mantur crimina in genere, ſ.furto,periurio, falſo teſti-
monio,libidine, ſicut & hic,non tñ deſcenditur ad ſpe-
cialem expreſſionẽ, ſicut nec hic.& vt refert Innoc.non
mirum,ſi aliud in accuſatione, quæ odioſa eſt,& cõiter
fit ad perſecutionem iniuriæ,& qñque grauiſſimam pę-
nã hẽt,non ſic in inquiſitione, dicit ẽt ꝙ nec aliter eſſe
põt.nam pp infamiam fit inquiſitio,& indicitur purga-
tio, vt in dictis iuribus, quæ tñ qñque ex incerto aucto-
re procedit,de con.diſt.4.ſanum eſt. Qualiter ergo id,
quod omnino incertũ eſt, poterit declarari. Solutio.in
accuſationibus,actionibus,& libellis,& vbicũque inter
partes iure ordinario agitur,poſitionibus, reſponſioni-
bus,exceptionibus,& ſimilibus ordinarijs nõ debet ſta
ri in genere, ſed ſunt omnia ſpecificanda & declarãda,
qñ quis accuſatur criminaliter indiſtinctè, vt patet in
eo quod legi.& no.ſ.de procur.tuæ,& in ciuilib. perſo-
nalib.actionibus, ſi hoc petatur,alioquin contra. C.de
an.exce.l.ſi.in fi. Licet ſecus ſit in generalibus,& in vni-
uerſalibus, ſed admittitur in ſpecialibus, ſiue in perſo-
nalib. incerta petitio, qñcunque petens non ex ſuo fa-
cto, ſed ex alieno incertus eſt.dũmodo poſtea proceſſu
negocij declararetur. ff.quorum lega.l.1.§.ꝙ autẽ non
nunquam,quod dic vt le.& no.plene ſ.de libel.ob.c.1.
& 3. & idem eſt ſm Hoſt.in exceptionibus criminũ pro
poſitis, vt quis repellatur a teſtimonio, vel ordine, vel
beneficio.ſ.de accuſa.ſuper his, vt ſcilicet omnia ſpeci-
ficentur, ſicut expreſſum eſt lib.6. de teſt.præſentium.
§.teſtes,ver.primo tñ, vbi de hoc,& §.ſi vero dictus Ab
bas,ver.ſimili ſpecificatione.vide tñ,quod ibi dicã ſup
gl.no,vbi oſtendam hic per illos tex.non probari.Dicit
ẽt Hoſt.ꝙ in exceptione excõicationis ſpecialiter obti-
net,lib.6.de excep.pia.§.ſi quis igitur, vbi de hoc.& ſic
loquuntur & intelliguntur iura inducta. ſ.eo gl.in prin.
dixit ẽt Innoc. quoſdam dicere,ꝙ ſi in modũ exceptio-
nis contra aliquẽ opponatur, vt a dignitate repellatur,
ꝙ infamatus eſt de crimine,puta adulterio, vel cõſimi-
li,non ſemper cogitur dicere perſonam, cum qua com-
miſit crimen illud,maximè ſi iuret ſe ignorare,ar.ff.de
fur. in actione. Subdit Hoſt. ꝙ vbi aliquis iudex proce-
dit ex officio generaliter inquirendo,non habet neceſ-
ſe aliquid ſpecificare illis,cõtra quos procedit, licet po
ſtea in proceſſu teſtes debeant interrogari de ſpecialib.
vt iudex certam poſſit ferre ſententiam, ar. Inſt. de ac.
§.curare.30.q.5.iudicantem, & in eo, quod le. & no.ſ.
de teſti.cum clamor,& ſic ſpecialiter loquuntur iura. ſ.
de accuſ.qualiter.1.& ſe.ſ.de of.or.c.1.& c.irreſragabi
lis.ſ.de ſtatu mo.in ſingulis,& c.ea.quæ.ꝙ ſi quis cõtra
aliquem ſpecialiter inquirat, & generaliter infamatus
ſit ita, quod non appareat per famam de circunſtantijs
ſpecialibus, idem iuris eſt, vt in contrarijs ſ. eo.glo.in-
ductis,nec ob.ſ.eo.de accuſa.qualiter.2.§.debet.Intel
ligendum eſt enim, quod ſecundum quod fama eſt ge-
neralis, vel ſpecialis, capitula generaliter, vel ſpeciali-
ter tradi debent, ſicut notaui ſi.extra de ſen.excom. ſta
tuimus.§.ꝙ ſi ex locutione,& ſic locum habet regula,ꝙ
tantum facit generalis infamia quo ad omnia, quantu
ſpecialis quo ad quædam.ff.pro ſocio.act.§.renuncia-
re.ff.de admini.tu.ſi duo, in fi.& eodem modo dicen-
dum eſt, quod vbi quis eſt generaliter infamatus, nec
apparet de ſpecialitate, indicenda eſt purgatio in ge-
nere.& ſic intellige,ꝙ hic dicitur, & in contrarijs ſ. ſi-
gnatis.verũ,ſi de ſpecialitate conſtet, exprimenda eſt
in purgatione, quantũ de ipſa conſtat, & hoc fieri põt,
vt ſ.c.prox.reſpon.1.ver.cumq; idem,in prin. ſ.de pr
ſum.cum in iuuentute. ſ.de acc.cum P. Manconella. ſ.
c.quoties, & ſic loquuntur etiam prima iura inducta in
prin.huius glo.& ſecundum hoc in traditione capitulo-
rum non eſt aliquis ſpecialiter infamandus, niſi qua-
nus eſt ſpecialiter infamatus.hoc enim eſt diligẽter ob-
ſeruandum, ne cogatur aliquis ad alicuius maximè oc-
cultam infamiam denudãdam. vt patet in eo, quod le.
& nõ ſ.de teſti.eo.c.dilectorum. Alioquin, ſi diceres de
neceſſitate omnes circunſtantias eſſe denudandas, &
ꝙ aliter non poſſet inquiſitio procedere, contingeret
quandoque multa occulta publicari, & plerunque cor-
rectiones peccatorum impediri contra verba,& mentẽ
iurium prędictorum, ſm Inn.cuius fuit mens huius glo.
& ſecundum Hoſt.cuius ſunt verba.[Alioquin].i.ſi non
valuerit,vel non potuerit hanc purgationẽ pſtare. Et c.
hoc

hoc eſt, contra ipſum procedatis, ac ſi cõuictus eſſet, qd
7 die vt ſ. co. inter, & c. cum P. Hoſtiẽ. ¶ † Gloſſ. 3. arguit.
8 ¶ Quarta ſignat 9trium, & ſoluit. ¶ In † gl. 3. [ibi, ſem-
per.] vide de teſti. cum tu, ſuper. 1. gl. [Et ibi, ea quæ in
partes. §. 1.] ibi, in re dubia benigniorẽ interpretationẽ
ſequi non minus iuſtius eſt, quam tutius. ¶ In gl. antep.
[ibi, l. 2.] vide de fur. ca. fi. ſuper 3. gl. ¶ In gl. pen. [ibi, ſi
9 vxor) vide de adulter. c. fi. ſuper 1. gl. ¶ In gl. † 1. [in fi.]
quibus ſcribat hic non apparet. & ibi ſcribit ipſi Biſun-
tino, tamen ibi in fi. facit mentionem de iudicibus, qui-
bus commiſit inquiſitionem infamię. ¶ In gl. 2. ibi, diſ-
ficile.] maxime iis, qui lapſi ſunt. de hoc de cler. con. q
a te, ſuper 1. gl. Valerius lib. 9. in prin. Blandum malum
eſt luxuria, quam accuſare aliquando facilius eſt quàm
vitare. ¶ In gl. 3. [ibi interpretatio potius.] no. ſecundũ
10 Hoſt. q † diſcretus iudex ſibi cauere debet, ne per poſi-
tionem, reſponſionẽ, proteſtationem, vel quamuis pro-
poſitionem cauilloſam, vel duplicem aliquid admittat
in animarũ periculum. ad idẽ de ap. oblatæ, ad fi. vel p
qđ veritas obfuſcetur, ipſe, vel pars decipiatur, ſeu ſuo
proceſſu eludatur. ad idem vt li. non conteſt. quoniam,
in princ. de alii. iudi. mu. ca. fa. cap. 1. ¶ In gloſ. & ideo.
[ibi, & non eſt.] prima Ioannis, 1. ¶ In gl. pen. [ibi, pur-
11 gabitur.] dixit Phi. q etiam de † crimine ante promo-
tionẽ cõmiſſo compelletur ſe purgare, argum. 24. diſt.
vlt. ſi ſit enorme, alias ſecus. 67. di. c. 1. [& in fin.] ſupra
de teſti. co. præterea. & dicit Hoſtiẽ. hæc bene notanda
per prælatos, & alios in officio conſtitutos, facit etiam
hoc caſu pro eis, quia non debent promotores venire
contra factum ſuum, de cler. coniu. diuerſis, cum ſuis cõ.
cor. Item q occulta ſoli Deo ſunt relinquenda, de ſimo.
ſicut nobis. in fine, & cap. tua. Nec ob. ſi dicatur promo
tores ignoraſſe, quia ſi non inquiſiuerunt, fuerunt in cul
pa, argum. 38. diſt. §. fi. ſupra de elect. cum iura, vide de
hoc Si inquiſiuerunt, & nil inuenerunt, præſumitur fuiſ-
ſe occultum, quod ſoli Deo relinquitur, & promotionẽ
non impediuit, de temp. or. c. fin. Eſt tamen argumen-
tum contra. ſ. de præben. cum non ignores, ad fi. ¶ In
gl. vlt. [in fi.] & c. de teſtibus. & c. conſtitutus.

¶ De purgatione vulgari. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De purgatione vulgari loca iuris alia, quam præſentis tituli demonſtrat.*

1 ¶ † Viſo de purgatione canonica & permiſſa, videndum
eſt de vulgari & prohibita, & dicitur vulgaris, quia illã
vulgus inuenit, ſicut canonica, quam canon induxit. ha-
2 betur † materia 2. q. 5. conſuluiſti, vſque ad finem quæ-
ſtionis. Conuenit ſupra ne cle. vel mo. ſententiam, ver.
nec quiſquam, & ſupra tit proxi. ex tuarum.

SVMMARIVM.

1 *Purgationes vulgares prohibitæ, & quare.*
Duella inter eas annumerantur, prohibentur & nu. 3.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Spectacula cruenta, & gladiatores vetantur.
3 *Additio gloſſarum.*

CAP. PRIMVM.

1 Iura ſuſcepti. C. Ad totũ nigrũ. † Duella,
& aliæ vulgares purgationes
prohibitæ ſunt. hoc primo, qa
per eas ſæpius damnatur abſoluẽdus. hoc 2. Et quia per
eas Deus tentari videtur. hoc tertio. Et primæ decret.
cõmunis diuiſ. 2. ibi, tuæ. [Super eccleſiarũ poſſeſſioni-
bus.] dupliciter poteſt legi. Primo ſic, an in platea, præ-
dio, vel poſſeſſione eccleſiæ duella debeant fieri, vel vt
fiant ſuſtineri. conſueuerũt enim ibi fieri, quia amplio-
ra loca, vel plateas, vel magis ad id aptas habere ſolẽt
eccleſiæ. Poteſt etiam ibi fuiſſe quæſtio, quia dum liti-
garetur de prædio, vel poſſeſſione inter eccleſiã, & pri-
uatum, vel inter duas eccleſias, quęrebatur, an ſecũdũ
morem patrię deberent dari pugiles. [In eo caſu] ideſt
loco ſecundum primam, vel proprie ſecundum aliam.
(vel aliis.) ſecularibus, & ſecularium virorum. Tan.
2 ¶ † Gl. 1, reſpõ. per ob. cui reſpõdet, & reſponſioni dat
duo ſimilia. ¶ In. 1. glo. (ibi. l. vna) dicit liſta, Cruenta
ſpectacula in ocio ciuili, & domeſtica quiete nõ placẽt,
3 quapropter oĩno gladiatores eſſe prohibemus. ¶ † In
gl. 1. (ibi, Dauid.) 1, Regũ. 17. (& ibi inſtinctu.) idem
no. 2. quæſt. 5. monomachiam. (& ibi. geminum). ac. 5.
ſ. de Anania, & Saphyra. (& in fi.) licet ſit argumentũ
contra, ff. ad l, Aquil. qua actione. §. ſiquis in colluctа-
tione, Goſt. vbi de hoc. & Inſti. de hæredi. quæ ab inte.
§. per contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Armata vi terreri quem non oportet.*
Accuſare plures vnus de eodem poteſt crimine, ex diuerſis autem quot.
Duella Franciæ conſuetudine ſuſtinentur, in fi.
2 *In eis quos mori contingat, & nu. 4.*
Peccati effectus qui.
Peccatum vetus adducit nouam vindictam, prouerbium.
3 *Spoletani iuriſdictionem habent temporalem, & quo modo, & in quibus.*
Ciuitates de patrimonio eccleſiæ Romæ, vt ſibi acquiſierit iuriſdictionem temporalem.
Præſcriptio quæ non præiudicet.
4 *Spoliatus, pro per ſententiam priuatus.*
Vniuerſi nomine etiam ſingula comprehendimus.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Sententia quibus de cauſis retractetur, & nu. 6.
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

Significantibus Summatum eſt. Et in
1. cõqueſtio. in ſecun
da proiiſio. (Eos).
1 quos † non oportebat armata vi terreri. C. de act. & ob.
l. negantes. Hoſ. (Accuſaret.) no. quod vnus accuſat plu
res de eodẽ crimine, ſic ſupra, ſi reus, vel ac. l. prima. ff.
de adul. l. vim paſſã. §. inceſti. ex diuerſis uero factis nõ
põt accuſare duos eodẽ libello (Diuerſis.) ſic duos, ſed
non tres. C. qui ac. non poſ. l. eũ rationibus ſecundum
quoſdam. Alij dicunt quod nec duos poteſt, cum vna
accuſatio impediatur per alteram, niſi ſuam, vel ſuorũ
proſequatur iniuriam, vt hic erat, & ff. de accu. l. hos ac
cuſare. §. leg. ff. de adul. inter liberas. ª §. fi. nec ob. l. eũ
rationibus, quæ narrat factum. nam ſi de duob. quæſi-
tum fuiſſet, ita de duobus negaſſet, ſicut de trib. ſecun-
dũ D. Hug. de qua materia dic, vt no. in ſum. de or. co.
Hoſtien. vide etiã de hoc in Spe. de accuſatore, in prin.
& de inciden. quæ. ver. porro, & ver. ſequen. (Coacti.)
ex lege, vel conſuetudine loci, vel de facto. Gui. in Spe.
de accuſatione. §. vl. ante fi. ſuadet aboleri conſuetudi-
2 nẽ regni Frãciæ, q̃ tali a ſuſtinet. (Peccatis,) modus † lo
quendi, quo vulgus vtitur. nam, prout dicebat Innocẽ.
& Hoſtiẽ. forſan fuit hoc ex defectu viriũ, vel ingenij,
vel alia de cauſa. [Præcedentibus.] alias præpedienti-
bus, & no. q peccatum impedit hominem, & ipſius pro
ceſſum. ſic inducit infirmitatem, de pę. & re. cum infir-
mitas, & mortem, de hoc de ap. qua fronte, & vt dicit
Hoſtien. eſt vulgi prouerbium, peccatum vetus addu-
cit nouam vindictam, & multum de facto verificari vi-
dimus hoc prouerbium. (Spoletanos.) iuriſdictionem
3 † temporalem habentes. & dicit Hoſtien. q hi ſunt de
dominio

dominio Ro.eccl.licet nō bene, et plene recognoſcāt
dicens,ꝙ hæc ciuitas Spole. & aliæ de patrimonio ſibi
conſules conſtituerunt in prin. ſic nomen vniuerſitatis
aſſumentes,qui de humilioribus cognoſcebant, vt hic.
de iureiur.demū,vt dicit, paulatim vſurpauerunt om-
nia fere iura eccleſiæ Ro.eligendo poteſtates, & capi-
taneos,ſpretis etiam ſententijs,& pęnis eiuſdem eccle
ſiæ, ſicut lupus paulatim agnū comedit. 13.q.1.§.1.&
ſunt hæc contra lecta,& no.de exceſ.prælа.dilecta, cū
ſuis remiſ.& ideo nec illorū præſcriptio de iure illi præ
iudicare pōt.93.di.illud,Inſtit.de vſuca.§.quod autē.
in eo ꝙ leg. & no.de pręſcri.c.fi.ſm Hoſt.de alia culpa
Spoletanorum dixi de re iudic.cū olim,ſuper gl.ſimile
4 ſupra.(Spoliari.)i.per † ſententiam priuari,concordā-
tias de hoc dedi,de reſti.ſpol.conquerenre.(Innocen-
tes.).in l.Lombarda legitur imperatorem dixiſſe.Mul
tos vidimus iuſtam cauſam fouentes ſuam clypeo inſti
tiā amiſiſſe.Vinc.(Vniuerſa.)non dixit ſingula,ſicut ſ.
5 de exceſſ.pręla.nimis.1.in fi.ibi dixi.¶ †Glo.1.obijcit,
& ſolnit.¶ In 1.gl.(ibi cū putarem.)loquitur de illo,q
erat hæres ex aſſe,ſed putabat ſe cohęredem habere,&
per iudiciū fami.erciſ.cōdemnationes ſoluit(Et ibi.l.
1.) indebitū per errorem,non ex cauſa iudicati ſolutū
repetitur. (Et ibi,alias.§.vlti.1. legis.) credens filium
mortuū egi de peculio,qa lapſus erat annus, fui repul-
ſus,nunc apparet illū viuere,adhuc ago. (Et ibi, ſi ful-
lo.)loquitur in fullone, qui cōduxit veſtimēta lauāda,
quib.perditis eorū preciū ſoluit domino ex locato cō-
uentus,illud repetet veſtimētis poſtea per dominū re-
pertis.(Et ibi,admonendi.)vide de iureiuran.c. ſi. ſu-
per ſi.1.gl.(Et ibi,ſi ex falſis.) vide de proba. licet.ſup
6 gl.2.¶ † In gl.1.(ibi,cum putarem.) dicebat Vinc. hic
nō ſeruato iuris ordine ſunt condemnati. Secus ibi, li-
cet ibi putaret coheredē,qui cohæres non erat.vel hic
fuit duellū iniunctū a iudice. vnde cōperta veritate ve
nitur cōtra.ſſ.de iureiur.admonēdi.(& ī fi.)dicit Hoſt.
ſe ex hac ſolutione aliud nō hēre, niſi ꝙ nō retractatur
in primis cōcor.& retractatur in ſecūdis.Dicebat ēt In
noc.ꝙ ſpeciale eſt pp veritatē ſuperuenientis caſus, ꝙ
recedatur a ſentētia,& ſi ſentētia nō eſt mandata exe-
cutioni,excipitur cōtra eā. C.de re iud.l.1.Dicit Hoſt.
ad ſolutionē,ꝙ quandoq. ſentētia eſt annullāda,quan-
doque nulla,quando eſt annullanda,licet ſit iniuſta,vt
quia cōtra ius litigaroris lata nō retractatur ex ſuperue
nienti euentu, vel ꝓbatione,niſi fuerit appellatū, vt in
contrarijs, vel niſi pp periculū animæ illud cōtingar,
ſicut in matrimoniali, quæ non trāſit in rem iudicatā,
de frigi.fraternitatis, de re iudi.lator, & c.conſangui-
nei.vbi vero ſentētia nulla eſt,vt quia per falſos teſtes,
vel falſa inſtrumenta lata eſt,ſemper retractabitur cō-
traria veritate reperta,quod dic,vt no.de excep.cū ve
nerabilis,vel ſi feratur obtentu reprobatæ ꝓbationis,
vt hic,quo caſu etiā is,qui tulit ſententiam,illā reuoca-
re pōt,ſi eſt ordinarius,vt hic,& de accuſa. qualiter.1.
ꝙ dic,vt ibi.Sed & vbi proceſſū fuit ex officio,videtur
ꝙ ex cauſa ex eodē officio poſſit reuocari nō ad partis
requiſitionē,ſicut not.ſi. de ap.cū ceſſante de teſti. per
tuas, & c. cū clamor,de reg.iur.c.1. maxime veritate,
& æquitate pēſatis.arg.ſ.de tranſac. c. fi. Sed & forſan
ſm eū,vbi reperitur error,& probabilis, & ſi ſententia
tranſierit in rem iudicatā,poterit ſubueniri lęſo ex clau
ſula generali,ſi qua iuſta cauſa,arg.de reſti.in integ.ex
literis. ff. ex quib.cau.ma.l.1.§.fi.& l. ſed & ſi per pro-
rē.§.fi.& l.necnō.§.ꝙ eis.& ſic poteſt intelligi. C. de re.
cre.l.fi.ff.de iureiur.admonendi,& ff. quando actio de
pecu.eſt an.l.1.§.fi.alias eſt l. 2. Dicit tamē ſpatioſius
hoc tradi ī ſumma de ſen.& re iud. ſub Rubrica de ſen
tentia.§.quot ſint eius ſpecies,ſub §.diffinitiua, & ſub
§.ſed nūquid eſt hoc.Ia.de Are.circa iudicis errorē ſic
diſtinguebat.Aut errat in ordine iudicij,aut ī prolatio

ne ſententię,primo caſu nulla eſt ſententiā. C.de ſent.
& interl.l.prolatam. can.2.q.6.§. diffinitiua, in princ.
ſecus, ſi ꝯ ordinē cauſarū tulit ſniam.C.de app.l.1.po-
nit caſum,qn prius de proprietate,quam de poſſeſſione
b pronūciat,tunc.n.appellandū [b] eſt.Si vero fuerit error
in prolatione ſniæ, aut quia tulit aliter, quam volebat,
aut quia aliter,q̄ debebat. primo caſu aut manifeſte co
ſtat de errore,& tūc non valet,quaſi ore dixiſſe non vi-
deatur, qđ mente non agitauit. ff.de ſupel.l.Labeo,de
reg.iu.in ambiguo, & verba deſeruiunt intentioni, non
econtra.ſ.de app.ſecundo requiris. ſi aūt non conſtat,
ſtatur ſententiæ.ff.de arbi.l.qualem,de iudi.l.iudex.Si
vero fuit error in aliter proferendo,quam debebat, aut
fuit expreſſe contra ius, vel expreſſus error in illa, &
tunc eſt nulla.11.q.6.§.diffinitiua,poſt prin.verſi.item
ſi ſententia contra ius, quæ eſt lex 2. C.quando prouo.
non eſt ne.ſ.de re iud.c.1.ſ.de ſen.exc.ſacro. ff.de app.
ſi expreſſum,de re iudi præſes.C.quæ ſen.ſine ap.reſcin.
l.1.ſi autem non expreſſe contra ius ſcriptum, ſed cōtra
ius litigatoris lata eſt,tenet, ex quo non fuit appellat.
ſ.de re iud.cum inter.in fi. & in prædict.l.2. C.quando
prouo.non eſt neceſ.& ff.quæ ſen.ſine app.reſcin.l.1.

ADDITIONES.

a ¶ Contra.Ibi vide latius Io.And.& in c.præſentia,de renunc.&
licet iura loquatur in definitiua, pro qua præſumitur propter
maturitatem deliberationis, idem tamē in interlocutoria, licet
in illa non ſit tanta deliberatio, vt probat ille tex.qđ bene not.
b ¶ Appellandum.Ad hoc l.1.C.de app.& in l.ſi mancipiū, C.de
euictio.& vtrobique vide doct.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia de iuriſdictione temporali quo caſu ſe ingerat.*
Clerici, qui morantur in terris templariorum, gaudent omni
priuilegio clericali.
Pœna corporalis infligitur contra auct. hic allega.
2 *Deus tentari videtur per vulgarem purgationem.*
Purgatio vulgaris quib. modis tentetur, & cur prohibeatur.
Supplementum ad contextum hic fit.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

Dilecti filij Summatū eſt ſupra. Et pars pri-
ma ponit conuerſorum querelā,
ſecunda dat iudicem ibi, cum
1 igitur.[Temporalem.]arg.Hoſt.eccleſiam ſe † intromit
tere de iuriſdictione temporali, quando ipſa abutitur
is,ad quem ſpectar, remit.qui fi.ſint le.per venerabilē:
§.rationibus.[Exercent.]arg.ꝙ clerici, qui morantur
in terris templariorum, gaudere debent omni priuile-
gio clericali.Vin.[Quib.] Neophytis,quibus talis pur-
gatio eſt indicta.[Ciuilem.]quaſi ſine morte, vel mem-
bri truncatione caſtigabant, in auctent. vt nulli iudi.§.
quia vero,colla.9. C.de ſeruis fugit.auct.ſed nouo. Sed
vt plurimum ſm Hoſt.quicquid dicat illa noua lex, pę
na corporalis infligitur,& talem ciuilem pęnam,ſed nō
ciuiliter infligebant,& de hoc dixi ſ.de homi.tua.2.rñ.
2 [Tentari videtur.] hoc † intendit, ferrum igneum ma-
nu captum naturaliter debet manum lædere. Idem de
aqua feruenti.Idem in pugile.nam qui fortior eſt, & in-
genioſior, vincere debet minus ingenioſum & fortem.
Quærimus ergo in purgatione vulgari miraculoſum, &
ſupernaturale, vt.ſ.fouens iuſtam cauſam ferro igneo,
vel aqua feruenti non lædatur, & ijs ſimilia. quærendo
igitur hæc miraculoſa, & ſupernaturalia tētamus Deū.
[Conuerſorum.]de nouo ad fidem, & ſuppl. , max.quia
idem de alijs,ſecundum Abb.cum ratio prohibitionis
3 ſit communis. ¶ † In gl.2.[in fi.]vide ſ.c.1.ſuper 1.gl.
¶ In gl.vlt.[ibi,iuxta illud.]Deuter.6. Lucæ.4.Matth.
4.[& in fi.]& 2.q.5.monomachiam. Iacobus.

¶ De iniurijs,& damno dato. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia, ſeu continuatio tituli.*

De damno dato etiam vbi alibi, & num. 2.
2 *Contra iniuriæ illatores dantur quandoq; conſeruatores, quandoque fiunt diuinorum ceſſationes.*
De iniurijs quibus alijs in locis præterquam in hoc titulo dicatur, & num. 2.

1 ¶ † Viſo de varijs exceſſibus, quia ex eis frequenter inferuntur iniuriæ, & damna, ideo ſubmittit de iniurijs,
& dam. da. de parte prima 2. q. 7. accuſatio, in fin. 15. q.
1. illud, 23. q. 4. inter querelas. de ſecunda. 17. q. 4. diffiniuit. 23. q. vlt. peſſimam. de vtraq; 23. quæſt. 2. & 3. per
totum. Reperitur in 6. ad primam partem conueniunt,
de reſcript. nonnulli, de elect. cum eccleſia, de teſti. co.
peruenit 2. de re iu. cum te, de ap. peruenit. 1. de emp. &
ven. c. fi. de ſtatu mo. in ſingulis. §. porro, de eccl. ædifi.
cum dicat, de accuſa. qualiter. 1. & per iteratioñe ſacramenti fit iniuria primo, de apoſta. c. 2. & vim repellere
licet, non ad vindictam, ſed ad injuriam repellendam,
de homi. ſignificaſti. 2. in fi. Item faciunt de ſen. exc. in
audientia, & c. contingit, & li. 6. de elect. ſciant cuncti,
de pœnis. c. 1. de ſenten. excomm. dilecto. & c. quicunq;
2 & c. ſi clericos. 1. tn. in fi. Item † contra injuriatores dātur qñdoq. conſeruatores, de offi. dele. c. 1. & vlt. eo. li.
6. Quandoq; fiunt ceſſationes diuinorum, vt in Cle. de
ſenten. excom. c. 1. ad fi. Interdum æquiparatur aliquid
fieri jure, vel iniuria, de no. ope. nun. c. 1. Ad ſecundam
partem, de reſcrip. c. vlt. in fi. de offi. deleg. cum olim. 1.
de foro com. dilecti, de fideiuſ. peruenit, de imm. eccl.
quia pleriq; . de ſimo. de huc. in fin. & c. audiuimus. vbi
patet eccleſiæ ſoluendum, ꝗ acquiſitum eſt in ejus damnum. Item acquiſitum in diſpendium terræ ſanctæ reſtituitur duplicatum, de Iudæis, ad liberandam. Et hæres
defuncti damna per illum illata emendare tenetur, de
rapto. in literis, in fi. Item facit de ele. commiſſa. li. 6. in
fi. & de foro compe. c. vlt. eo. lib. Ad vtranq; partem facit de foro compe. conqueſtus, de reſtit. ſpo. grauis, de
do. c. fi. de ſent. exc. conqueſti. Et de off. or. ſi canonici.
§. 1. in fi. & de immu. ecc. quoniam, in fi. li. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Percuſſor, ſeu vulnerator ad qua damnetur, & nu. 2. & 3. & qua actione, ibid. & nu. 4.*
Remiſſa iniuria, an videatur remiſſum damnum ex ea.
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*
Damna ex iniuria prouenientia per iuramentum probantur.
Libero homine vulnerato quæ actio detur, & nu. 4.
Seruo vero quæ.
4 *Iniuriarum lege Cornelia quibus caſibus agatur.*
Inter pulſare, & verberare differt.
In litem propter iniuriam, & damnum datum quo iure liceat iurare.

C A P V T I.

Si rixati. Breue eſt, & quod in ſuperſcriptione
dicitur, in Exodo dicitur. 21. c. [Per-
1 cuſſerit.] iniurioſe † non ſe defendendo. [Si iacuerit.] alias ſed, quicquid habeas, ſup. max.
licet enim non iacuerit, locum habet, quod ſequitur,
Hoſt. [In medicos] & medicinas. [Reſtituat.] & ſi vulneratus remiſit iniuriam, dicunt quidam, ꝗ adhuc po-
1 teſt agere ad impenſas, de hoc in Spe. de accuſatore.[a]
2 §. 1. verſ. quid ſi vulneratus. ¶ † In glo. 1. [ibi, amiſſas.]
& quas amiſſurus eſt, quia factus inutilis, vt dicant iſtæ
3 tres ll. ¶ † in gloſſ. 1. [ibi præſtabit.] & idem in omni
alio intereſſe, & hæc probabuntur per iuramentum taxatione præmiſſa. j. eod. olim. Hoſtien. [& in fin.] datur autem libero homini vulnerato vtilis actio legis Aquiliæ, non directa, quia membrorum ſuorum nemo
eſt dominus. ff. ad l. Aquil. liber homo. Si vero ſeruus fuerit vulneratus, teneris mihi, in quantum eũ deteriorem
feciſti. ff. ad l. Aqui. ſi ſeruus ſeruũ. §. rupiſſe. Phil. poteſt
4 etiam liber † homo percuſſus agere iniuriarũ ex l. Cornelia, quæ in tribus caſibus locum habet, cum quis dicit
ſe pulſatum, verberatum, domumve eius introitum. ff.
de iniur. l. lex Cornelia, eſt autem differentia inter pulſare, & verberare. Pulſamus ſine dolore, verberamus cũ
dolore, vt eo. l. inter. Et eſt ſciẽdum, ꝗ in hac actione l.
Cor. non juratur in litem, ſed per judicem æſtimatio fieri debet, vt ff. eo. l. conſtitutionib. Sed in actione ciuili,
quæ datur ex conuitio, vel iniuria, re, ſiue manu illata.
ff. eo. l. 1. §. injuriam, iuratur in litem. inſti. eod. tit. §. pena. Go.

A D D I T I O.

a ¶ Accuſatore. An autem poſſit accuſari criminaliter, vel contra illum inquiri ad pœnam fiſco applicandam, vide Bart. in l. 1. §. vſque adeo. ff. de iniur.

S V M M A R I V M.

1 *Aperire ciſternam, & fodere, & non aperire, qui dicantur, in ſcripturis diuinis.*
Ex non faciendo quis obligatur.
Ex culpa aliena quis puniri non debet.
2 *Suffragium & additio gloſſarum, nu. 3.*
Occaſio data oportet ſit propinqua.

C A P. II.

Si quis aperuerit. Breue, & in ſuperſcriptione dic eo. c.
& dicit Aegy. quòd
1 † prædicatores exponunt de his, qui aperiũt dubia ſcripturarum diuinarum, quæ poſtea inſoluta relinquunt.
[Operauerit.] i. cooperauerit ita, ꝗ nil ibi cadere poſſet, & ſic ex culpa obligatur, non faciendo, quod potuit,
alias aperuerit. i. publicauerit [dominus.] qui fodit illã.
alias ex aliena culpa debeTet puniri, de his quæ fi. a ma.
par. c. q̃ſiuit. Hoſt. [Ipſius.] domini ciſternæ. Dixit Hoſt.
ꝗ non habebit neceſſe mittere ad macellum. ſic j. c. 1.
2 verum dicit de boue, ſed non de aſino. ¶ † In gl. 1. [ibi,
nihil intereſt.] vide hanc, & ſe. de teſti. ſicut, ſuper 3. gl.
¶ In glo. 1. [ibi, qui foueas.] & de homi. ex literis. 2. [Et
ibi, occaſionem.] propinquam: de hoc de homicid. de
cætero.

S V M M A R I V M.

1 *Ad ſcientiam cornupetæ bouis quot ſufficiant dies domino.*
Supplementum dictionis ad contextum.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Aggreſſorem impune occido, & in dubio quid, nu. 3.
3 *Additio gloſſarum.*
In dubio, ſi neſcitur vter bouũ fuerit aggreſſor, neuter tenetur.

C A P. III.

Si bos. In ſuperſcriptione dic. eo. c. ad fi. [Nu-
1 dius tertius.] quaſi dicat ſufficit, ꝗ † ſint
duo, vel tres dies, quòd vitium bouis ſciuit. & ſup. maxime. nam & ſi ignorauerit locus eſt diſtinctioni aggreſſionis, quam ponit gl. Hoſtien. [Bouem.]
2 æquiualentem. ¶ † In glo. ſecunda, [ibi, itaq;] ſeruum
tuum latronem me aggredientem impune occido, quia
naturalis ratio permittit, vt contra periculũ me defendam. [Et ibi, cum ſtramenta.] ſi duo tranſilibant ſtramenta ardentia, & corruerunt, & alter igne cõſumptus
eſt, alter non, tenetur, ſi neſcitur illum ab iſto eliſum.
3 ¶ In glo. 2. [ibi, aggreſſus.] repetere non tenetur. Dicunt quidam, ꝗ in dubio ſemper ſuperſtes tenetur, quia
præſumitur, ꝗ tanquam fortior aggreſſus fuerit, quod
non placet, & dicimus in dubio neutrum teneri. §. ſtatim alleg. Lau. idem Vinc. & Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctio pro diſiunctione.*
Ex damno dato per me ipſum, & iumentum meum teneor excepto caſu, & nu. 2.
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Si quis læſerit. Breue, & in ſuperſcript. dic. 23. ca. [Et dimiſerit.] &, † pro aut. ff. de ver. ſi. l.
1 ſæpe. Si enim tenetur de damno per iumentum dato, fortius de dato per ſeipſum. quo caſu obligatur inſolidum. ſic ſ. c. proxi. ſed alio caſu non, ſed vt dicit gloſſ. [Depaſcat.] hoc ſaluo, q̃ tranſeũdo licet herba & viridi ſilua pro ſua commoditate, & vſu neceſſario ſine vaſtatione equum proprium pabulando reficere, & nouali-bus vti, in li. feu. de pace tenenda. l. quoniam diuina. §.
2 ſi. qui incipit, quicunq; per terram tranſiens. ¶ † In prima glo. [ibi ſi glans.] loquitur, cum glans ex arbore tua in fundum meum cadit, quam pecus a me immiſſa depaſcit.
3 ¶ † In gloſſ. prima [in ſi.] alias eſt lex, & incipit, quamuis. contrarium ſeruatur apud nos, & de hoc in Spe. de actore. §. 1. verſ. ſed pone in uemo, & dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ex igne incenſo culpa tua damnum datum teneris reſarcire.*
Quando id dicatur culpa tua contigiſſe, nu. 3. §. 1.
Reddere pro dare, vel emendare.
Improprietas dictionis, in dict. redde.
2 *Forum iudiciale, & pœnitentiale differunt.*
3 *Suffragium, & additio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 Si egreſſus. In ſuperſcript. dic. eod. c. [aceruos frugum.] hoc † intendit, ſiue ſegetes eſſent collectæ, & in monte, vel aceruo poſitæ, ſiue cum radice adhuc in agro pendent, ſi ex culpa tua ſunt incenſæ, teneris. & qd de frugibus dicit, idem in alijs rebus intelligas. ſ. c. proxi. [Reddet.) i. dabit, vel emendabit. ſi. de adul. c. 1. cũ ſuis concor. (Succenderit.) circa hoc capitulũ & ſequẽs
2 Dio. & Hoſt. diſtinxerũt inter † forum iudiciale, & pœnitentiale, in decre. ſicut dignum, de homic. vbi vide in
3 gl. magna vltra me. ver. ſi autem culpa, & ſe. ¶ † In gl. 1. (ibi, §. in hac.) pe. eſt. & vide ſ. c. 2. ¶ In gloſ. 1. (ibi, culpa.) vt ſi poſuit in ſtipulam ſuam ignẽ tpe ventoſo. (Et ibi, non tenetur.) pone enim, q̃ ſubito vẽtus inualeſcẽs ad aceruum vicini ignem defert. Hoſt. vel pone, q̃ ſine vẽto forte pp nodũ ligni, quod ardebat, ſaltauit ignis, ac ſi ſagittarius fuiſſet, vt expertus fui Paduę, vel muſcipula appropinquans igni, & incenſa trãſiuit ad locum, vbi erant fruges. Idem autem de ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituendi verbum proprie, & improprie, vel abuſiue ſumitur, & quo modo.*
Peccatum non tollitur per emendationem damni, imò neceſſaria pœnitentia poſt eam.
2 *Suppletio gloſſarum.*
Aedium appellatione omnis ſpecies ædificij continetur.

CAPVT VI.

1 Si quis domum. Reſtituat.) proprie † quo ad ſublata, ſi extant. Improprie quo. ad incenſa. ſ. ibi, emendet. (Pœniteat.) peccatum ergo non tollitur per emendationẽ dãni, imò neceſſaria eſt pœnitentia poſt emendam. concor. de ſimo. ex diligẽti, de homi. ſicut dignum. §. eos, de rapto. c. 2. de fur. c.
2 ſi. ¶ † In gl. vl. (in ſi.) ſecundum Ala. de appellatione ædium omnis ſpecies ædificij continetur, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Secularis poteſtas, quæ clericum banniuit, per eccleſiaſticum iudicem damnatur, & ad quę, & nu. 3.*
Vltra duas dietas cauſam non committere ſatis olim erat, licet extra prouinciam committeretur.
2 *Iniuriarum quædam requirunt ordinem iudiciarium, quædam minime, & quæ, & nu. 3.*
Epiſcopus agit pro damnis, et iniurijs illatis eccleſijs ſibi ſubiectis, agit ad ſatiſdationem iniurię ſibi illatæ, & ad quam pœnam, nu. 4. & quando eam videatur remittere, ibid.
3 *Clericos laici bannientes quibus afficiantur pœnis.*
4 *Iniuria irrogata etiam prælato, vel clerico quæ & quibus caſibus remiſſa videatur.*
Ea cui eſt irrogata nunquam cogitur remittere ſatisfactionẽ, ſed odium tenetur.
Eam irrogans tenetur ſatisfacere tit. ſin. de forma iuramenti in eius æſtimatione, nu. 6. §. 1. remiſſ.
5 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 6.*
Lis quandoque conteſtanda etiam cum cauſa committitur in modum inquiſitionis.

CAPVT VII.

1 Olim C. † Secularis poteſtas, quæ clericum banniuit, ſecundum æſtimationem iniuriæ, et penſatum, & damnorum per eccleſiaſticũ iudicem condemnatur, & duo facit. recitat proceſſum delegati, quem ſecundo reuocat, & cauſam diffinit. 1. ibi, quare nos. (Mutinẽſi.) no. ex hoc, & ex ſuperſcriptione, qđ ſatis erat olim, q̃ cã non committatur vltra duas dietas, licet committatur extra prouinciam. de hoſti-
2 xi de iudi. c. ſi. in. 1. gl. (Iniurijs.) quarum † quædam requirebãt ordinem iudiciarium, & ſic li. conte. & ſic planum eſt, quod ſequitur de caſſatione proceſſus ſuper dãbijs, & pronũciatione papæ ſuper liquidis. Vinc. (Eccleſijs.) no. q̃ epiſcopus agit pro damnis, & iniurijs illatis eccleſijs ſibi ſubiectis, de cõ. di. 1. omnes, de exceſ. pla. ſicut vnire, Vin. Idem Mutinẽ. epiſcopus. (Recepit.) &
3 male, vt ſequitur. (Banniuerat.) hodie † per cõcil. Vien. de pœnis, ſi quis ſuadente, tales excommunicati ſunt, & pœnis varijs puniũtur. Et de hoc conſtitit, vel quia erat notoriũ, vel qa fuit ſeruatus ordo iuris, vt lis cõte. Vin. [Libertatẽ.] de hoc dicam de ſen. exc. nouit. [Expẽſas, & damna.] ſic ſ. c. 1. Hoſt. [Condemnandũ.] ſeruato iudiciario ordine. Inn. & ſ. dixi ſm Vin. & no. ſm Hoſt. q̃
4 † agit eps ad ſatisfactionem iniuriæ ſibi illatę. 16. q. 4. ſi quis deinceps. C. de iniur. attrocẽ, qd eſt verũ quo ad pœnã ciuilem, vel pecuniariã. Capitalem enim ob ſanctitatis gloriã remittere debet, & ſic nõ contradicit. C. de epiſcopis, & cle. ſiquis in hoc. Sed quid ſi viua voce, vel per literas ſalutat iniuriantẽ ſibi, nunquid per hoc remittit iniuriã? ita vt. nã hæc actio diſſimulatione tollitur. Inſti. de iniur. §. ſi. ff. eo. tit. non ſolũ. §. 1. & p ſalutationem fit indignãtis recõciliatio. 63. di. cum Adrianus. Sed contra, quia ẽt expreſſe ſibi factam remittere non poteſt. 63. di. Salonitanæ. ſ. de ſenten. excomm. cũ deſideres, in ſi. Itẽ eps tenetur rancorem oẽm, & odium remittere, ita q̃ nec ſignũ rancoris retineat. Nõ eſt ergo imputandũ, ſi ſalutauerit iniuriantẽ, vel ẽt cum eo comederit, vel celebrauerit, cũ ad hoc ex officio aſtringatur, q̃ nemini dẽt eſſe damnoſum, no. ſ. de renũ. §. ſane, cũ ſi. Solutio, actio iniuriarũ ab initio diſſimulatione aboletur. i. ſi is, qui iniuriam recepit, non iraſcatur, nec moueat. Porro, ſi exinde ſemel motus, & turbatus fuerit, & ſic iniuriam ſtatim ad animũ reuocauerit, & iniuriantẽ citari fecerit, non tollitur, niſi expreſſe renũcietur, vel tranſigatur, vel paciſcatur, & ſic intellige. ff. e. nõ ſolũ. §. 1. ff. de pac. ſi tibi. §. quędam, & l. ſi vnus. §. pactus, verſ. ſed ſi pactũ. Cęterum iniuria p̃lato, vel clerico irrogata quãtum ad perſonã tolli poteſt tacite, vel expreſſe, ſed quãtũ ad eccleſiã nullo mõ. & ſic intellige dictũ c. Salonitanæ. & ca. cum deſideres, in ſi. & 23. q. 4. ſi is, qui p̃latus eſt. Siue aũt prælatus, ſiue priuatus ſit is, cui iniuria eſt irrogata, nunq̃ cogit ſatisfactionẽ remittere. 20. di. c. ſi quis cõtriſtatus. 23. q. 4. ſic illic. 45. di. & qui emẽdat. 23. q. 8. de occidendis. Sed & ex quo lit. cõte. facta eſt, nec per ſalutationem dicam ipſam remitti, nec per pacis oſculum in eccleſia datum, ſed ſolum odium; qđ nemo dẽt in animo retinere, vt patet 23. q. 4. cum in lege, & 11. q. 3. inter verba, & intellige 63. di. cum Adrianus, de con. diſt. 2. pacem, & idem videtur

ſecundum

Google

ſm cano. & ſi ſola citatio facta ſit, ar. in eo, quod leg. &
no. ſ. de off. deleg. relatum, & c. gratum. Hæc aũt nõ de
facili cõcederent omnes doctores legum. Læſus igitur,
& ſi tenetur parcere quantum ad odium, lædens tamen
tenetur ſatisfacere, vt expreſſe probatur, de pe. d. 5. cap.
fi. ad fi. niſi. n. ſic intelligeres illam literam contradice-
ret ſibiipſi hic. & ſi nouus videatur in aliquibus, tamen
eſt rationabilis intellectus. & adde, quod no. j. de ſent.
exc. contingit. 1. & c. ea noſcitur. & c. cõqueſti. §. illico.
& ſupra de arbi. c. dilecti, ad fi. Hoſt. vide quod dicam
5 de homici. c. 2. lib. 6. ſuper 4. gloſſ. ¶ † In gl. pen. (ibi, ſi
quando.) ponit caſum decre. j. alleg. ¶ In gloſ. vlt. (ibi.
§. vlt. hanc l. & ſequentes vide in c. ex parte. j. alle. ſup.
6 2. & 3. gl. ¶ In gl. 1. (ibi non valet.) non. n. fuit delega-
tum negocium in modum inquiſitionis. ſicut forſan pu
tabat delegatus. ſic ſ. de iud. exhibita, & tamen ẽt eo ca
ſu quãdoque lis conteſtari debet, de hoc dixi ſ. de pur.
ca. c. pe. in gl. & bene. ¶ In gl. pe. (ibi, iurare.) de forma
vero iuramenti in æſtimatione iniuriæ vide in Spe. eo.
tit. ver. in hac, & de off. ord. ſi canonici, lib. 6. in gloſ. Et
hac. ¶ In gl. vlt. (in fi.) & j. de reg. iur. in obſcuris, lib. 6.
quod dixit hic Goff. dixi, de cenſi. olim, ſuper vlt. gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Damnorum reſtaurationem non petere qui iurant, expenſas repetere poterit, & nu. 4. diſtinguitur, vide nu. 10. ad dict. interpretatio.*

Damnum quid, num. 4. circa rem quod dicatur. num. 8.

2 *Facti ſpecies narratur.*

3 *Commune, vel vniuerſitas an poſſit ſtatuere in præiudicium ſingulorum.*

Non tenetur de delictis ſingulorum, neque è contrario.

Abſentes non obligat, & quo caſu.

4 *Expenſæ quæ rẽ augeant includuntur appellatione damnorũ. num. 5. excipitur, ibid. earum moderatio a quo fiat. nu. 6.*

A ſignificatione vocabuli non recedendum, niſi aliud conſtet.

5 *Moderatio mandata continet diminutionem potius, quam exceſſum, & alias vt accipiatur.*

7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 8.*

8 *Vitioſam rem qui vendidit, ad quid teneatur.*

Fraus quid aliud eſt cum dolo, aliud ſine eo, nu. 10. in fi.

9 *Additio gloſſarum.*

Ad intereſſe tu teneris, ſi quid in certo loco & tempore promiſſo non ſolueris.

Lucratio, & quando habeatur.

10 *Ad quod actum, vel cogitatum non fuit, non fit extenſio, & quorum hic.*

11 *Contributio quibus fiat caſibus, iuncta gloſſa.*

Propter concordiam quædam tolerantur, quæ alias non tolerarentur.

CAPVT VIII.

1 **In noſtra.** C. Qui † iurauit reſtaurationem dã-
norum non petere, expenſas repete
re poterit. Et ſunt duæ partes. In pri
ma deciſæ conſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, cũ igi-
2 tur, [Brixienſis.] dicit Innoc. ꝙ forte † factum ſic fuit.
Cũ olim eſſet diſcordia inter populũ, & milites Brixiẽ.
multa ſibi damna ad inuicem intulerunt. Multi ẽt ex ip
ſis pro ſuis partibus expenſas fecerunt, tandem pace fa-
cta cũ damnificati ex vtraq; parte ſibi peterent ab alte-
ra damna reſtitui, cõe videns ex hoc imminere pericu-
lum, vel hoc ſibi nimis oneroſum, ſtatuit, ꝙ nullus ſuper
damnis agere poſſet, & hoc omnes iurauerunt. verum,
cum poſtea peterent expenſas, obijciebatur eis iuramẽ
tum, dr̃ hic, ꝙ obijci nõ poteſt. Dicit Ab. ꝙ idem caſus
fuit Auinione. [Vel.] repete, non. [A cõi.] poteſt deter-
minare gerundium, recipiendo, & participium, æditũ,
ſm Innoc. & Hoſt. ſm quos forte cõe ſe obligauerat ad
expenſas, & damna, ſed pp periculum, vel detrimẽtum
magnum inde proueniens. idem cõe poſtea ꝯtrium ſta-
3 tuit ſuper damnis. & ſi † dicas, quõ potuit hoc cõe ſta-
tuere in præiudicium ſingulorum? Reſpondet Inn. quia
in hoc ſingulariter ſinguli conſenſerunt, vel potuerunt
hoc ſtatuere in eorum præiudicium, ſecundum ea quæ
dixi, de conſtit. quæ in eccleſiarum. vide quod dixi de
ma. & obe. c. vlt. in princ. & in gloſ. no. ꝙ in arduis. nam
cum commune Brixiæ tam populi, quam militum ſi-
mul iunctum non eſſet etiam naturaliter obligatum ad
damna, quæ nec dederat, nec dari mãdauerat, licet quę
libet pars per ſe poſſet de aliquib. cõueniri, ad quæ erat
naturaliter obligata, ſicut ſuo generali ſtatuto ſe obliga
uerant ad damna reſarciẽda, ita ſtatuto generali cõtra
rio per illos tantum, per quos regitur ciuitas, obligatio-
nem tollere potuerunt. j. de regul. iur. cap. 1. ſecundum
Innocen. Vniuerſitas enim de ſingulorum delictis non
tenetur, ſicut nec ecõtrario, ar. ff. qđ cuiuſ. vni. ſicut mu
nicipium. §. 1. ſicut nec noui incolæ ad antiqua debita.
C. de decuri. prouidendum. lib. 10. Nec præſentes obli-
gãt abſentes. ff. de mag. cõ. l. 1. 1. rñ. Quod verũ quo ad
priuatum, & proprium intereſſe. nam in quantum quis
eſt de vniuerſitate, & quo ad executionẽ in rebus vniuer
ſitatis, præiudicat eis, ar. ff. ad municip. l. qđ maior. ff. ꝙ
cu. vni. l. nulli, & l. ſe. & adde quod no. de ſentẽ. excom.
grauem, de ſimo. dilectus. 2. de elec. ſcriptum. Hoſ. & vi
de remiſ. quas dedi de reſcrip. cum dilecta, ſuper gl. fi.
[Approbauerit.] remittere potuerunt, alias debebat fie
ri contributio, ſicut in caſu ff. ad l. Rho. de iac. l. 1. ſm
Vinc. [Et infra.] hoc deciſum, quod ſupra dixi. [Damno
4 rum] dãnum † dicitur diminutio patrimonij facta per
nocumentum alicuius. ff. de dam. in. l. damnum. Phi. 3.
l. eſt, & hoc non dicit, quod ſubditur de nocumento. Di
minutum, qđ de hæreditate exijt. ff. de pe. hære. l. deper
ditũ. Expenſæ vero vtiliter, vel neceſſario factæ rem au
gere videntur. ff. de impen. in rebus do. fac. l. 1. 2. 3. & 4.
& quæ fiunt in vtilitatem municipij, de procura. cũ pro
cauſa, de accuſ. ex parte. & c. olim, de elec. vt prætęritę.
5 Goff. [Non debeat.] ex vi † ſignificationis vocabuli, a
quo nõ dẽt recedi, niſi aliud cõſtet. ff. de le. 3. non aliter.
[Expenſarum.] Vinc. videtur hoc intelligere de expẽſis
factis de mãdato cõitatis, quæ debitæ ſunt. ſ. de procur.
cum pro cauſa. [Pro bono concordiæ.] ſupra de præbẽ.
niſi eſſent, & hæc poteſt eſſe ratio; quare expenſæ nõ in-
cluduntur verbo damnorum, cum alias includantur, cũ
in his ſit diminutio patrimonij, & in his damnificatus
ſit, qui illas fecit. vel dic, vt dixi ſuper ver. cõi, vel vt di-
xi ſuper ver. expenſarum. [Moderandum.] hoc potius
6 † diminutionem continet, quãm exceſſum, de verb. ſig.
c. fi. Hoſt. moderatio autẽ poſt obligationem admmit-
titur propter periculum, ſecundum Inn. vel loquitur de
communi & arbitraria moderatione expenſarum, quã
ſemper facit iudex, qui ad illas condemnat, de qua ſ. c.
7 proxi. ¶ † Gl. 1. diſtinguit damnũ, & expenſas, & dãnũ
ſubdiſtinguit circa rem, & extra rem concludens expẽ-
8 ſas hic non includi, quia de his non agebatur. ¶ † In 1.
gl. [ibi, Iulianus, in prin.] ſi venditor ſciebat vicium rei,
ad omne dãnum ex emptione ſecutum tenetur empto-
ri, vt ſi propter tignum ædes perierunt, vel contagione
morboſi pecoris pecora perierunt. [Et ibi, aliud pœna.]
9 fraus eſt noxa, ſed pęna noxæ vindicta. ¶ † In gl. 1 [ibi,
2 ſiue intereſſe.] de hoc vide plenius in Spe. de fructi. [2] &
intereſſe. §. 2. & ſequen. & maxime §. pen. ver. in ſum-
ma. [Et ibi, non cõſequeris.] ſemper ſub. hoc ideo, quia
ſi certo loco, & tẽpore ſoluere promiſiſti, illud venit in
arbitraria, in qua non ſolum damni, ſed & lucri habebi
tur ratio, de ſo. compe. dilecti. de plus pe. ea. vno. ff. de
eo, quod cer. loco. l. ſi vt certo. §. fi. Hoſt. [Et ibi, non ex-
10 tenditur.] cum de his factum, vel cogitatum nõ fuerit,
ſic ſupra de iureiur. c. pe. Idem in tranſact. vt ibi no. [Et
ibi, interpretatio.] vide quæſtionem, quam plene proſe-
quor ſup. reg. pro poſſeſſore, de reg. iur. lib. 6. [Et ibi, pę-
na.] ſed fraus eſt noxa, ſed pœna noxę vindicta. [Et in
fi.] ſic

fi.]ſic aliud fraus cũ dolo, aliud ſine dolo. de hoc 81.d.
b c.1.[b] ¶ In gl. vlt.[ibi, factus † eſt.]ad euadendum com
11 mune periculum, ſic & alias in cõmuni negocio, de ſta.
mo. in ſingulis, de cen. procurationes. [& in fi.]propter
quam quædam tolerantur, quæ alias non tolerarentur.
ſ. de deſpon. impu. c.2.3.q.6. hoc quippe. Phi. & iudex
ad eam laborare debet, de tranſact. c. fi. Goff.

ADDITIONES.

a ¶ De fructi. & Bar. poſt Cy. in Lvna. C. de ſen. quæ pro eo, qđ interest, & ibi Bal. & Sali. & Io. And. de ſen. exc. facto.

b C. 1. & per Bar. in l. iuriſgen. §. ſed fraudãdi, ff. de pac. vbi plenius.

SVMMARIVM.

1 *Gregoriana decretales Laconice, ſeu breuiter dictata.*
Culpa varijs temporibus accidit, varijs etiã de cauſis euenit, & quibus, & nu. 2.3.4. & 7. & ex ea quis tenetur, & quando, & num. 3.4.
2 *Occaſio requiritur propinqua, in fi.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Damnum quibus modis dicatur dari, & ſupra nu. 1. & 2.
4 *Additio gloſſarum.*
Ex caſu non culpa eueniente teneor. §. 1.
Ignorantia quando non excuſet ibid. iuncta gl.
5 *Verum dicens in conuitio an & quando teneatur iniuriarum.*
6 *Conuitium qui ſibi inuicẽ dicunt, an alter alterũ ob id accuſet.*
7 *Ex incitatione animalis in te ego teneor, & ſupra nu. 2.*
Ex animalibus feris quando tenear, animal dando an liberer.
Fera depoſita ſi fugit, & capiat depoſitarius, cuius ſit.
Pauperies quid, in fi.

CAPVT IX.

1 Si culpa tua. Hæc † Grego. ſe ſummans, &
habens plura dicta, quæ per ſe
patent, plus egent exemplis,
quam ſummatione. Dicit Goff. ꝙ culpa quandoque præ-
cedit, quandoque ſequitur, quandoque ineſt. ad primũ
alleg. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac, & l. qui foueas.
ad idem ſ. c. 2. & 3. Sequitur in medico, qui bene ſecuit,
ſed incuratum reliquit. idem eſt in eo, qui male ſecuit,
probatur vtrunque. ff. eo. l. idem iur. in prin. & l. præce.
in fi. ad idem ſ. de homici. tua. [Damnum.]ſ. ca. 2. & 3.
2 [Iniuria.]ſ. eo. c. 1. & c. olim. [Tuliſti.]de † homic. ſicut
dignũ, ali. G. & dicit Inno. idem in eo, qui incitauit, pu-
ta canem. ff. ad l. Aquil. Item Mela. §. ſi alij, & §. ité. [Im
peritia.]de æta. & qua. ad aures. [Negligentia.]de off.
ar. ea, quæ. [Excuſat.]ex quo culpa tua datum eſt dãnũ
[Si.]alias ſed. (Facto tuo.)in quo non eſt error tolerabi-
lis, ſ. de reſcrip. ab excõicato. (Tua.)ſ. eo. ſi læſerit. (Oc
3 caſionem.)propinquam. de hoc remittit gloſ. ¶ † Gl. in
textu ſoleo recitare. ¶ In 1. gl. (ibi, non tenetur.)nec in-
iuriarũ, nec l. Aquil. vt probant iura ſtatim alle. [Et ibi,
cũ aliter.]vide de reſti. ſpo. olim. 1. ſuper gl. pe. (Et ibi,
in lege.)ſequitur, Aquilia leuiſſima culpa venit. (& ibi.
§. ſi nauis.)ponit caſum, qñ nauis in ſcapham damnum
dedit impulſa ſine culpa nautarum. ¶ In gl. 2. (ibi. §. ité
cum eo)ſi irritaui canem, quẽ tenebam, & momordit,
teneor Aquilia, ſi non tenebam, agitur in factũ. [Et ibi,
in prin.)ſi dolo feci, vel mandaui, ꝙ tibi maxilla pugno
percuteretur, teneor iniuriarum. (Et ibi. §. & opẽ)loqui-
tur in illo, qui ſcalam ſupponit, vel frangit, vel fertamẽ
ta præſtat, vel ſcalas ſciẽter ad id. (& ibi, is cuius.)ſequi-
tur, ope, & conſilio dolo malo factum eſt, vt deprehẽſus
in adulterio pecunia, vel aliter ſe redimat, pœna lenoci-
nij damnatur. ¶ In glo. (ibi, ſi quis fundũ.)alias, ſiquis
d[illegible], vide ne præ. vic. ſu. c. vlt. ſuper gl. 2. & ibi, ſi ex
plauſtro.) ſi lapis ex plauſtro cadens damnum dedit, te
netur plauſtrarius, ſi cecidit, quia nõ compoſuit. (& ibi.
§. in hac.)pe. eſt. vide de teſti. ſicut. ſup. 3. gl. ¶ In 4. glo.
(ibi §. pe.)hanc & duas ſe. vide j. in ſupplem. ¶ In vl. gl.
(& ibi, qui foueas.)vide ſ. c. 2. in 1. gl. (& ibi, ſi putator.)
4 vide de homici. c. ſi. ſtatim al. ſuper vlt. gl. ¶ † In glo. 1.
(ibi, illud.)& in Cle. de homici. ſi furioſus. (& in fi.)qua-
liter quis deprehẽdatur in culpa, dic vt no. ſupra de æta.
& qua. ad aures. Hoſt. ¶ In gloſ. 4. (ibi. §. pe.)ibi tenetur
Aquilia tãtũ. (& ibi. §. ſi iniuria.) ibi, iniuriari volebat,
licet nõ illi, quẽ percuſſit. dic vt ibi (& ibi, ſi cũ ſeruo.)
ibi nolebat iniuriari volẽs pcutere ſeruum ſuum, ſi per-
cuſſit liberum. & dic, vt ibi, ꝙ licet non teneatur iniuria-
rum, tenetur Aquil. (& ibi, cõuitium dicitur.) de illo, ꝙ
5 vocat † alium latronem, periurum, adulterum, & vere
dicit Hoſt. dixit hic, ꝙ ſi dicit accuſando, vel denuncian
do, & ad pœnam. ſi probat, non tenetur. ff. de iniur. eum,
qui nocentem. C. de iniur. ſiquidem auiam. §. fi. Idem,
ſi hoc facit excipiendo, vt repellat ab ordine, vel teſti-
monio, vel his ſimilibus, de teſti. ex parte Adę, de accu-
ſa. ſuper his. Cum. n. hoc concedatur a iure, non videtur
iniuriam facere & c. de elec. cum eccleſia. cum ſuis con-
cor. Si vero id dicit ſolum ad infamãdum, quod patet,
quia non dicendi iuſtam habet cauſam, tunc tenetur
C. de iniur. l. 3. & l. ſiquidẽ auiam, 1. reſpon. 6. q. 1. ex me
rito, & c. deteriores. ſi vocat cucurbitam, non occurrit
iuſta ratio, Hoſtien. quare hoc poſſit dici, cum ipſe pro
alijs doleat, all. ff. de adul. ſi vxor. 1. rñ. & quod ibi no.
Idem in baſtardo. 56. di. naſci. ſi tamen hoc dicat ad in
famandum, tenetur vt ſupra, ſi vt repellat hereditate,
6 non, qui fi. ſint le. cauſam, & c. lator. De his † vero vici-
ſim ſibi dicunt conuicium, an alter alterum accuſet, vi-
de in Spe. de accuſatore. §. 1. ver. ſi te omnino. vide qđ
de ijs addam in Spe. eo. tit. poſt prin. & facit ad id quod
dictum eſt de excipiente, quod no. eo. tit. ad fi. ver. ſed
pone. Et vide quod ibi dixi. ¶ In gl. ſic ergo. (ibi, dede
7 rit.)non ab † alio cõcitatum, alias tenetur concitans, nõ
dominus animalis. ff. ſi qua. pa. l. 1. §. & generaliter. [Et
ibi, teneris.) niſi deceſſerit animal ante litem conteſt.
ff. ſi qua. pa. l. 1. §. plane. [& ibi potes.]fallit in caſu præ.
l. 1. §. interdum, ſ. cum negauit animal ſuum eſſe, & po-
ſtea cõſtat contrariũ. (Et ibi naturali.) primæua. vnde
habet hoc locum, ẽt ſi domeſticatæ ſint. (Et ibi, cerui.)
de ceruo depoſito, qui aufugit, quẽ poſt tempus depo-
ſitarius cepit, tenent Pileus. q. 55. & Bartho. in domini
52. ꝙ ſi nomine deponentis id fecit, reſtituere tenetur.
ſecus ſi proprio, per id, qđ hic dicit gl. (Et ibi, de paupe
rie) pauperies eſt damnum ſine iniuria facientis datum.
ff. ſi qua. l. prima, in priuc. [& in fi.)de hoc 23. q. 5. de oc
cidendis. ¶ In gl. vlt. (in fi.)melius diceret, antepenult.

¶ De pœnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De pœnarum materia quæ alia iura quã huius tituli loquãtur.

1 ¶ † Quia pro delictis, de quibus præmiſit, pœnæ deben-
tur, ideo ſubijcit rubricam de pœnis. ad materiam facit,
23. diſt. quamquam, in fi. 12. quæſt. 2. in antiquis, & tri-
bus c. ſequen. 23. quæſt. 4. & 5. per totum, 16. quæſt. 2. Re
petitur in 6. & Clemen. per totum. Conueniunt rubricæ
de conſtit. cap. 2. de poſtu. prela. cap. 1. de elect. cum di-
lecti, ad fi. de off. deleg. de cauſis, de off. le. niſi, de ferijs,
cap. 1. de preca. cap. 2. de ſpon. Gemma, de accu. inquiſi
tionis. 1. reſpon. Item lib. 6. de elect. ſtatutum, & ſi cõ-
promiſſarius. §. porro, cum §. ſequen. de off. vic. licet,
de offic. deleg. c. 2. de offic. ord. quia plerique, & capit.
cum epiſcopus, de reb. eccl. non alie. hoc cõſultiſſimo.
§. contractus, de hęre. cap. 1. & cap. ſtatutum. 2. de ho-
mic. pro humani.

SVMMARIVM.

1 *Ad expenſas quoties quis condemnandus.*
Præuaricatio duobus modis accipitur.
Pœnam ex eodem delicto quoties exigi liceat, in fi. & n. 2. 3.

2 *Epi-*

2 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum. num. 3.*
Pœnitere an toties quis debeat quoties fornicatus eſt cum eadem muliere.

CAP. PRIMVM.

1 Ea, quæ. Breue, & dicit Ab. ponẽdum † caſum per dec. pia, de excep. lib. 6. vbi ſæpius proponens exceptionem, & deficiẽs ſępius condemnatur in expenſis. [Frequenti.] vide quod de hoc no. de vita & ho. cler. monaſteria. [Preuaricatione.] largè ſumitur pro quauis tranſgreſſione præceptorum, ſtrictius ſumitur pro accuſatore, qui colludit cum reo. ff. de præuarica. l. 1. 2. quæſt. 3. §. notandum. [Condemnetur.] ita tñ, ꝙ ex eodem delicto non vltra tertiã vicem in anno pœna pecuniaria exigatur. C. de modo mul. l. fi. Gl. & Phi. & vide quod dicam ĩ, cap. proxi. ſu-
2 per gl. 2. ¶ † Gl. 1. all. duas concor. & duo ſimilia, & arguit. ¶ In 1. gl. [ibi, ſi ſic ſtipulatus. 2.] ſtipulatio ſic facta, nec per te, nec per heredem vim fieri ſpondes? Vim
3 ẽt ſæpius factam cõplectitur. ¶ In † gl. 1. [ibi, imitare.] & ibi no. an quis toties debeat pęnitere, quot fornicatus eſt etiam cum eadem muliere. & vide quod not. in Spec. de ſen. prola. §. 2. ad fi. & de contuma. §. fi. ver. ſed pone iudex. [Et ibi, ſinnitate.] de hoc 25. q. 2. ſi eccleſiæ. & ſup. de arbi. dilecti. [Et in fi.] quod dixit hic Goff. vide de ſecundis nup. vir autem, ſuper prima gl.

SVMMARIVM.

1 *De pœna, quam ſoluit interfector presbyteri, quid faciendum.*
Pœna pecuniaria non eſt vindicta, & cui danda, num. 2.
Epiſcopus agit pro iniuria ſuo clerico irrogata.
De crimine ciuiliter agitur ad pœnam pecuniariam.
In eleemoſynam diſpartiendum, dandum egentiori.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Fiſci ratio non eſt habenda, vbi agitur de correctione morum.

CAP. II.

1 Presbyteri. Dicit † quid ſit faciendũ de pœna, quam ſoluit interfector presbyteri. [Parochiam.] i. diœceſim. ſic ſ. de dena. apoſtolicæ, de rapto. capit. 1. [Pertinet.] no. proprium epiſcopum agere pro iniuria ſuo clerico irrogata, ſic 2. quæſt. 1. in primis, in prin. de reſcrip. ex parte, ſm Innoc. facit quod dixi ſupra tit. 1. olim, & de ſent. excom. contingit. 1. ſuper 1. gl. [Soluatur.] dicit Innoc. no. de crimine agi ciuiliter ad pęnam pecuniariã, quia pęna pecuniaria non eſt vindicta. [Medietatem.] compoſitionis, vel pęnæ. [Præfuit.] presbyter interfectus. [Diſpartiatur.] i. diſparciendam iuſtè retineat ipſe epiſcopus. Hoſt. vel dic ſecundum eum. [in eius.] ſcilicet p̃sbyteri. hoc eſt pro ipſius anima. Al. 1. in diſpar-
2 tiat, i. dãdo magis egenti, 86. diſt. non ſatis. ¶ † Gl. 2. arguit. ¶ In gl. 2. [ibi, illud.] Zach. 11. [Et ibi, non lucratur.] & ideo nõ videtur ꝙ poſſit illas remittere, de hoc no. & dixi de off. le. niſi, in 1. gl. (& ibi, dicunt.) Idẽ Goſ.
a ſ. cap. proxi. alleg. ſ. de ſimo. audiuimus.[a] 18. diſt. quoniam. 27. q. 1. ſi quis rapuerit, col. 9. 17. q. 4. ſi quis deinceps. C. de rapt. vir. l. vnic. al. in contrarium, ꝙ pauperi
b bus debeant erogari.[b] C. de ſecun. nup. l. 1. quia vbi de correctione morum agitur, fiſci ratio non eſt habenda, vt ibi. ¶ In gl. vlt. (in fi.) merito igitur debet ſuam portionem habere, vel dic quam ſup. epiſcopus, & eccleſia. [Qui.] ſcilicet epiſcopus, & eccleſia. 7. q. 1. ſcire. [Sociauit.] id eſt ſociarunt epiſcopus ordinando, eccleſia prius baptizando. & ideo hoc inter ſe diuidunt, de ſucceſ. ab inteſt. cap. 2. & 3.

ADDITIONES.

a ¶ Audiuimus. Vide Bar. in l. agraria, ff. de ter. amo. & Ioã. And. in Spe. de dolo, & contu. §. 2. in prin.
b ¶ Erogari. Vide Io. An. in c. irrefragabili, & in c. dilectus, de off. or.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam pecuniariam qui non poſſint imponere, in pias cauſas conuertant, & nu. 5.*
Perſona pro prælatis, Anglis.
2 *Generalis clauſula ſubmitti ſolet, vt omnia comprehendat.*
Punienda quæ.
3 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

CAPVT III.

1 Licet iuxta. C. † Archidiaconi, & alij prælati, qui in criminibus diſpenſare non poſſunt, vbi alia pęna a iure ſtatuitur, pecuniariam non poſſunt imponere, & duo facit. Primo ponit archidiaconorum actus reprehenſibiles, ſecundo mandat illos inhiberi & compeſci ibi, M. [Et infra.] ſequebatur, arguere, obſecrare, increpare debemus. 2. ad Timo. 4. A. 45. di. cum beatus. [Pro corrigendis.] i. ſub ſpecie corrigendorum exceſſuum omittendo pœnas ſtatutas, vel recipiebant pęnam, vt criminoſos in ſuis criminibus ſubſtinerent, & ſic vendebãt iuſtitiam. ſ. tit. 1. cap. fi. Hoſt. (Pro annua.) ſm delictum. [Exactione.] indebita, vel de nouo imponenda. Innoc. alleg. contra. de his, quæ fi. a ma. par. c. quæſiuit. Hoſtiẽ. [Perſonas.] i. prælatos, iuxta vulgare Angliæ. [Eccleſias.] tertium delictum. [A vicarijs.] 4. delictum. [Cãtare.] i. celebrare, vel officiare. T. & Innoc. [Et alia.] ſub-
2 mittit † generalem clauſulã, vt comprehendat omnia, ſic de reſcrip. ſedes, de procur. qui ad agendum, lib. 6. [Obuiãt.] ſic ſunt puniẽda, de ma. & obe. c. 2. & c. illud. [Cupiditatis.] ſic ſ. de preb. auaritię, de deci. c. 1. de cẽ. ea quæ. [Interdicas.] ſic de æta. & qua. c. 2. ad fi. [Cẽſu-
3 ra.] quam pręcedet monitio. ĩ. tit. 2. ſacro. ¶ † Gl. 1. quęrit, & dupliciter ſol. ¶ Gl. 2. no. pęnas pecuniarias &c. ſignat contrarium, ſol. diſtinguendo, ponit op. Hug. quã
4 determinat. ¶ In † gl. 2. [ibi §. vlt.] vide de dolo, & cõ. c. 1. ſuper vlt. gl. ¶ In gl. 1. [in fi.] de hoc de delic. pu. ca. 2. Dicit Hoſt. hoc poſſe intelligi, vt le. & no. de offi. ord.
5 dilectus, de ſimo. nemo. & c. ad aures. ¶ † In gl. 2. (ibi, ſi vos.) vbi de hoc. [& ibi quoniã.] vbi de hoc in vlt. gl. & 21. q. 5. ſi quis cuiuslibet. per Hoſt. in ſum. de off. ord. §. quid pertinet. Et conſuluit Hoſ. ĩ. de homi. pro humani. lib. 6. vt ibi ſcripſi ſuper ver. animaduerſionis, in fi. ꝙ ad ſuſpitionem auaritiæ tollẽdam iudex eccleſiaſticus pęnas pecuniarias conuertat in pias cauſas. [& ibi, timeatur.] alij dicunt pœnas infligendas ſecundum conſue. Innoc. ad quod facit de ſent. excom. venerabilibus. §. denique. lib. 6. [& in fi.] de hoc 94. diſt. cap. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Victus condẽnatur in expenſis in pecuniarijs cauſis exceptis caſib. & quibus, & nu. 3. 4. & 5.*
Actoris officium prius conſulat peritos, quam litiget, condemnandus in expenſis, ſi ſuccumbit, non tamen ſemper.
Aduocatus non tenetur ex ſuccumbentia clientuli, excipiũtur caſus, & qui.
2 *Expenſarum condẽnatione propter contumaciam multę quæſtiones remiſſiue. ex duabus cauſis fit. nu. 4.*
Amplectenda quæ conſonant iuri.
Facta mediocriter tolerantur.
Huius decretalis mens quæ, in fi.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Calumniæ damnatus quando fiat infamis, & quæ reſtituat.
Calumniæ iuramentum non excludit expenſas, nu. 4.
4 *Additio gloſſarum.*
Indefinita æquipollet vniuerſali in iuramentis, cir. fi.

CAPVT IIII.

1 Calumniam. Etiam in † pecuniarijs cauſis victus condẽnatur in expenſis, vnum caſum excipit. Et poſt legem recitat, quam ſeruo approbat ibi, quoniam. vnum caſum excipit ibi, Niſi. (Temere.) quod apparet, quia ſuccubuit ſecundum Hoſt. ar. C. de iu. rem non

Google

non nouam. Sit ergo cautus actor, qui eũ ad iudiciũ vo-
cat, ꝯſulat peritos. C. de inge. manu. ſi auiã, veritaté ex-
primat, qa in facto ius poſitũ eſt. ff. ad l. Aqui. ſi ex pla-
gis. §. in cliuo. aliter melius ageret ſe inanib. ſumptibus
nõ vexando. ff. de inoff. teſt. l. 1. ad fi. Condemnatur er-
go victus ex præſumptione calumniæ, niſi videat, ꝙ pro
babilẽ habeat cauſam litigandi, ꝙ ſua ſñia dẽt expri-
mere, vt ſic appareat, quare nõ ꝯdẽnat, in auct. de iudi-
cib. §. oportet. col. 6. Sed quid ſi periti conſulti? Rñde-
tur, ꝙ iuſtam hẽr cauſam, & tñ ſuccumbit. Dicit Hoſt. ſi
veritatem tacuit, de ſe conqueratur, ĩ. de reg. iu. dãnũ,
qđ quis, lib. 6, cum concor. Si ignorauit, quia latuit veri
tas, vt ſi in alterius locũ ſucceſſit, nec obligatur aduoca
tus, qui non eſt in culpa, de conſtit. c. 2. cum concor. &
principalis abſoluitur a ꝯdẽnatione expenſarũ, ex quo
reperitur habuiſſe probabilẽ cãm litigandi, vt dictum
eſt, ꝙ ſi totã veritatẽ expreſſit, & aduocatus ſcienter il-
lũ decepit, vt poſſet habere ſalariũ, ꝙ finis cãæ maniſe-
ſtat. C. de iud. rem non nouã, obligatur aduocatus in ſo-
lidũ non ſolum ad damnum, ſed ad intereſſe, ar. C. de
admi. tu. ſi bonam, & l. non eſt ignotum. ff. de admi. tu.
quo. §. ſicut. Idẽ, ſi clientulus negligentia, vel imperitia
aduocati perdidit bonam cãm, quam habebat, ar. ŝ. de
emp. & ven. c. ſi. cum concor. ŝ. de æta. & qua. ad aures,
ſm Hoſt. [In expenſis.] quãdam magnam gl. poſuit hic
2 Inn. continentem † de condemnatione expenſarum pp
contumaciã, an fiat illo plus non citato. & quid ſi poſt
apparet de impedimento facta vel non facta condẽna-
tione, quid ſi pars præſens illicenciata receſſit, & quid
ſi tunc venit contumax, & quid ſi iudex nõ venit in ter-
mino, vel aliter nõ intereſt preſentis contumacẽ veniſ-
ſe, & qũo petantur expenſæ contumaciæ lite finita, &
quædã alia circa hoc, q̃ gl. prætermiſit hic Hoſt. & ego
breuitatis cauſa prætermitto, quorum plura poſt eum
ſcripſerant, de off. deleg. conſuluit, in gl. ex hoc collige,
& quia potes quaſi ad literam videre illã in Spe. de ex-
penſis. §. ſi. ver. tu aũt iudex, vſq; ad ver. qñ aũt. (Inſti-
tutis.) de calũ. c. 1. & 2. de do. & cõtu. c. 1. & vlt. [Conſo
nare] & ſic amplectenda, ſecus, ſi contradiceret, de hoc
de no. ope. nun. c. 1. (Precipimus.) neceſſitaté importat.
ĩ. de ver. ſign. in his. (De cetero.) ac ſi dicat prius facta
mediocriter toleramus, ſm Hoſt. al. de conſe. ec. vel al.
aqua. ad idẽ de poſtula. c. vno. lib. 6. Dicit aũt, ꝙ hec eſt
mens litere, opiniones ſup hoc decidẽdo reprobare, qđ
quidẽ olim dixerant non in ciuilibus, ſed in criminali-
bus locũ eſſe condẽnationi expẽſarũ. (In pecuniarijs.)
3 ſupp. ẽt abſente & contumace. Hoſt. ¶ † Gl. 2. ponit op-
poſitam ꝯriam, & remittit. ¶ In gl. 1. (ibi. l. 3.) dãnatus de
calumnia eſt infamis, ſecus, ſi ſimpliciter pronunciatur
nõ probaſſe. (Et ibi. §. 1. ibi, dãnũ.) & expenſas litis re-
ſtituit. ¶ In gl. 2. (ibi, cũ quẽ temere.) vide de li. ob. ca.
2. ſup. 1. gl. ¶ In gl. vlt. (ibi, & ſi quidẽ.) & §. ſe. ibi dr, qđ
actore abſente iudex fert pro ipſo ſñiam, ſi videt illum
iuſtam cãm hẽre, & ſibi condẽnat reũ præſentẽ in expen
ſis tantũmodo litis, quas reus legitimẽ ſe expẽdiſſe iura
4 uerit, ꝯdemnatione excipiendis. ¶ † In gl. 1. (ibi punia
tur) vide qđ ſcripſi de dolo & contu. cum dilecti, ſuper
gl. n. (& in fi.) ad horũ intellectum vide in Spe. parte 2.
ti. ti. ſi. per totum. ¶ In gloſ. 2. (ibi, alij dicunt.) quod pla
cet Hoſtien. vt dixi in tex. quod credo, ẽt ſi de calumnia
ſit iuratum, niſi aliter excuſetur, & dupliciter hoc proba
tur per hãc dec. primo quia vt patet ex prin. cõdẽnatio
expenſarũ fit non ſolũ ppcalumniã, ſed ẽt pp temerita-
tem. potuit. n. non calumnioſe, & tñ temere litigare. 2.
q. 3. §. vlt. ver. ſi aũt. Cum igitur ſacrm calumniæ nõ ex
cludat vtrunq;, ſed alterũ tñ, per qđ fit condẽnatio ex-
penſarum, ergo nec ꝯdẽnationẽ excludet. Secundo pro-
batur, quia dicit ꝯdemnari victũ in ⁓ pecuniaria, ſed
certũ eſt, ꝙ in illa iuratur de calumnia ſm omne ius, &
tẽpus, ergo ſacrm condemnationem non excludet. Fa-
uet equitas huic dicto, quia docet experientia litigan-
tes faciles in iuramento calumniæ preſtando. Grauẽ er-
go eſſet per hoc victorem damnificari forſan in magna
ſum. expenſarum, quam pp hoc expẽdit quaſi coactus,
ad contraria reſponde, vt dixi in dec. fine, ſuper gl. ſed
nunquid. (& in fi.) & 2. q. 1. in primis. ¶ In gl. vlt. (in fi.)
intellige † de condemnatione expenſarum ſm Ioañ. & 5
Accur. licet Pla. contradicens, ꝙ ſuas non petit actor ab
ſens, & reus victus de principali condemnatione ſuas
deducit. & per hoc facit hæc litera. itẽ quia nec abſens,
ſuper ſuis expenſis iurare poteſt. pro hoc facit, qđ not.
de ap. per tuas, in fi. vnicæ gl. Cõiter legiſtæ approbant
primam pp equitatẽ, & ne dupliciter grauetur abſens.
inducunt. ff. de his, qui. vt in. l. reſcrip. Itẽ optime facit,
quia ſm op. contrariam erit inequalitas inter ſententiã
quæ fertur pro reo, ad ſententiam, quę fertur pro actore.
nam reo abſoluto ipſe actor victus de principali condẽ-
natione, cum nulla fiat, expenſas deducere non pote-
rit, ſed ſi intelligatur de condemnatione expenſarum,
tunc ceſſabit inequalitas. Ad hanc vero literam reſpõ
detur, ꝙ quia in iur. indefinita equipollet vniuerſali, &
hoc ĩ. de elect. vt circa, lib. 6. quod dicit hic in expẽſis,
intelligitur de omnibus, &, niſi excipiet, a ſubaudito,
non a condemnatione. Ad ſm reſponde per ea quę dixi
de ſequeſtra. poſ. c. 1. in fi. adde qđ dixi in Spec. de ex-
a pen. §. nunc de expenſis, ſuper verſi. [a] quod autem.

ADDITIO.

a ¶ Super verſ. quod. Et plenius Bal. & Sali. in prea. l. l. properandũ, cum §. & ſi quidem, alleg. in gl.

SVMMARIVM.

1 *Huius decretalis partes vbi.*
Sacerdotum nomine etiam clerici continentur.
Bellicis rebus vacare prohibentur, iuncto contextu, & quatenus, & num. 3.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*

CAPVT V.

1 Quod in dubijs. Breue eſt. & † huius
pars. de renun. de con
ſe. ec. vel al. de ſen. ex.
qđ in dubijs. [Sacerdotes] ideſt, clerici. ſic ŝ. de cohab.
cler. z. de heret. in eos. alij intelligunt tantum de præla
tis. Inn. Sed tu dicas, ꝙ in omnibus locum habet. Hoſt.
[Naues.] ſi de nauibus Saracenorũ intelligeret, planũ
eſt, de Iudeis, ita quorundam, & c. ad liberandam. Hoſ.
[Ad pugnam] primus caſus. [Exercerent] ſecundus ca-
ſus, i. qui ſunt, vbi alij confliguntur, & ipſum conflictum
cũ alijs faciũt. Inn. (Incitant.] 3. caſus. [nonniter.] pon
deratur quãtitas criminis, de hoc de tẽp. or. ex tenore.
2 ¶ † In gl. 1. [ibi. §. item cum eo.] vide ŝ. tit. 1. c. ſi. ſuper
3 gl. 2. ¶ In † gl. 1. [ibi. hortari.] ſed non pugnare, de ho-
mi. c. pe. Dicit hic Inn. ꝙ licet prælatus ratione tẽpora-
lis iuriſdictionis poſſit bellũ indicere, & antequã ſint in
percuſſionibus, hortari vt viriliter pugnent, & bellis in
tereſſe, & hortari ad capiendum, dum tamen ſunt in
percuſſione, ſi incitet ad percuſſionẽ alterius, forte eſt
irregularis, ſecundum Innoc. imò ſine forte ſecundum
Hoſt. ſi ſequatur mors, vel membri truncatio. Dicit ta-
men talem non deponendum, & quandoque cum eo di
ſpenſatur, ſecundum ea quæ no. de homic. ſicut. §. fi. ibi
vide ſuper gl. no. ꝙ. & ar. ĩ. ti. 1. c. 3. ad fi. Idem forte ſe-
cundum Innocen. ſi ſuper bellatores vocem emittentes
clamant, fortiter pugnate, vel audacter. ar. contra. de
homic. c. pe. de cle. percu. c. pen. & vlt. vel ſecundum eũ
in defenſione poſſunt gubernare naues, & alios ad pu-
gnam defenſionis incitare, & in tãtum hoſtes confliga-
re, ꝙ eos dimmittant, ar. prædictorum iurium, & no. de
hoc, ne cler. vel mo. ſententiam. Inn. Hoſt. remittit ad
prædicta c. de cle. percuſ. ad decre. ſecundam, de homi.
& vide in dec. ſignificaſti. 2. eo. tit. in gl. ergo ſi.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Clericus in magno crimine deprehenſus, ex quo depoſitus in monaſterium detruditur.*
Latro plus, quam fur.
2 *Degradatio hic pro verbo, depoſitio.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*

C A P. VI.

1 **Tuæ diſcretionis.** C. † Clericus in magno crimine deprehenſus, depoſitus in
monaſterium detruditur, [Latrocinijs.] latro plus eſt,
quam fur. de homi. c. 1. in fi. per quod vr̃ ſm Hoſt. loqui
de his, qui ſe immiſcent enormitatibus], de ſen. excom.
perpendimus, quaſi non loquatur de ſimplicibus furib.
tamen & propter furtum eſt clericus deponendus, de iu
2 di. cum non ab homine. [Degradati.] intelligo † de verbali
degradatione. i. depoſitione, nõ de actuali. de hoc
dixi de iudi. at ſi clerici. in gl. fi. & c. cum non ab homi-
3 ne, in gl. quid nocet. ¶ † Gl. 1. ponit duas lecturas, & ſe-
4 cundam declarat. ¶ † gl. 1. [ibi prælati] quod intellige,
vt dixi de iud. cum non ab homine. ſuper 1. glo.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnam inuicem promiſſam neuter contrahentium põt exigere, cum vterque venit contra contractum, nu. 1. & 3.*
Procuratio debetur varijs de cauſis, et quando admittat compenſationem, & nu. 2.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Mora vltima nocet.
Ex pari delicto non inciditur in pœnam, & nu. 4.
4 *Additio gloſ.*

C A P V T VII.

1 **Conſtitutus.** C. † Neuter contrahentiũ exigere poteſt pœnam inuicem promiſſam, cũ vterq;
venit ꝯ contractum. & ponit diffinitionem, cuius cauſa,
interſerit ibi, cum tñ. [Inſtrumento.] continente partiũ
compoſitionem, cuius tenor ĩ. colligi poteſt. [Procurationem.]
ex pacto, priuilegio, vel conſuetudine prius debitam.
de hoc de cen. procurationes. Nam ſuper debita
ratione viſitationis non poſſet fieri cõpenſatio, ar. de
cen. cum venerabilis. de do. paſtoralis. Dicit Hoſt. ꝙ ẽt
de debita pp viſitationem hic loquitur, vt patet in decre.
cõſtitutus. de reli. do. quæ eſt pars huius [Exegerit.]
2 quid † ſi non exigit, ſed procurationem ſimpl̃r extra iudicium
petitam abbas liberaliter & gratis ſoluit? tunc
non incidit eps in pœnam ſm Inno. ad quam incurrendam
neceſſarium eſt alterum duorum, ꝙ abbas in iudicium
ſuper hoc trahatur, vel ab eo violenter procuratio
eripiatur, alle. Hoſt. in ar. ff. ſi quis cau. l. 2. in princ. Sed
quid ſi exigit, & recipit vt debitum, & abſol. vt debitũ,
quid erit? Inno. hic quærit, nec ſol. Dicit Hoſt. ꝙ videtur
vtrunq; in pœnam incidiſſe, eps, quia exigit, & Abbas,
quia penſionem non ſoluit, licet ſoluerit procurationẽ,
& ſic fiat hincinde compenſatio, vt hic. ff. de pac. reſcri-
3 ptum. §. ſi pacto, remit. etiam ĩ. c. ſuam. ¶ † Gl. 1. oppo
nit dupliciter, & ſoluit. ¶ In glo. 2. [ibi, illud.] loquitur,
cum emptor fuit in mora, & cum omnia eſſent integra,
ſuperuenit mora venditoris, uel econtra. [Et ibi, cum
par.] ſequitur eſt delictum duorũ, ſemper oneratur petitor,
& melior habetur prioris cauſa, ſicut cum de dolo
excipitur petitoris, non datur talis replicatio petitori.
[& ibi viro.] hanc & ſeq. vide in decre. pe. ¶ In gloſſ. 2.
[ibi, nocet.] de hoc ſ. de decimis. cum homines. [& ibi,
in pœnam.] adde quod no. ĩ. de re. iu. fruſtra ſibi. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Inter variare, & vacillare differentia.*
2 *Suffragium gloſſ.*
Infamis quis non fit ex carcere, vel vinculis, aut ictu fuſtium, ſed ex condemnatione in arenga. & nu. 3.
3 *Additio gloſſarum.*
Carcer an ſit pœna.

C A P V T VIII.

Super his. Breue eſt, & pars huius de teſti. cogen. & de accu. ſuper his. [Variauerat
1 rat † de hoc verbo & ſequẽti, in quo
differant, uide quod dixi de teſti. cog. præterea. in glo.
2 antequã. [vacillauerat.] 4. q. 3. in teſti. ¶ † In gl. 2. [ibi,
l. 1.] carceratus, vel vinculatus mandato iudicis, non
eſt infamis. [& ibi, nullam.] ictus fuſtium non præcedẽ-
3 te ſñia non infamat. ¶ In † gl. 2. [ibi, pęnę,] an carcer ſit
pęna, dic vt ĩ. e. q̃uis. li. 6. Dixerũt hic Inn. Hoſt. & Ab.
ꝙ eſt cuſtodia, non pœna. ff. de pœ. aut facta. §. ſolẽt. [&
ibi, ſñia.] qd de cõdemnatis, vel mulctatis in arẽga, vide
in Spe. de ſen. prola. §. 1. ver. qd de iſtis. & ver. ſe. [&
ibi, nullam.] vbi de hoc. Et ibi ſoluitur contrariũ. de l.
fuſtib. c. ti. & de l. ictus. ff. e. per quæ iura opponebat hic
Inn. ꝙ infamia irrogetur ex genere pęnę, ſi pręceſſit delictum,
de quo dãnatus, confeſſus, vel pactus fieret infamis,
nã & ſi non dãnetur, nec confiteatur in iudicio, nec
paciſcatur, ſi tñ captus eſt in facinore ab officialib. vel
cõfiteatur extra iudicium tale crimen, ꝙ infamet per
ſñiam, vel confeſſionem, puta furtũ, & ſequatur ictus fuſtium,
fit infamis per pręl. ictus. Sed hic talis cã pręceſſerat,
ſ. crimen falſi, de qua damnatus eſſet infamis, ergo
ſecuta ob id pęna carceris erit infamis. Soluit per id
qđ prædixi, ꝙ carcer eſt cuſtodia, & ſic aliud quã pęna,
vel ſm eum nõ poteſt quis ſic indubitãter capi in vacillatione,
ſicut in furto, & plures excuſationes ibi poſſunt
haberi. ad hoc de ac. cum dilecti. vnde & licet ibi ſequeretur
pœna, non eſſet per omnia ſimile.

S V M M A R I V M.

1 *Parte pœnę ſoluta, nõ tenetur, qs ad integrã pęnã. et quo caſu, n. 2. qñ ſit hoc verũ, vi. latius nu. 3. ver. § ſi fortẽ, & n. 6.*
2 *Queſtus inhoneſti qui.*
3 *Per moleſtationis prohibitionem quis hortatur, nõ præcipit.*
Pro appellatione habetur additio papę, in fi.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Pœnę renunciaſſe quis vr̃ per ſortis receptionẽ, niſi aliter cõuenerit, et qñ cõmittatur pęna ſorte in totũ nõ ſoluta, et n. 6.
Debitor ex plurib. cauſis in quam cauſam ſimpliciter ſoluens, videatur ſoluiſſe. §. ſi.
6 *Additio gloſ.*

C A P V T X.

1 **Suam.** C. Qui † debet certa die ſoluere quantitatẽ ſub pęna, ſi ſoluit partẽ, ad pęnã integrã
2 nõ tenet.[a] & ſunt duæ partes. In 1. cõqõ.
in 2. ibi, qa igitur, prouiſio. Erat aũt olim hæc dec. in 3.
cõpil. ſub ti. ne cle. vel mo. [Rectores clericorũ.] forte
erãt iſti, quales illi, de quib. ſ. de ex. pręl. dilectus [Tibi.]
epo Spoletano loquit [triginta trib.] forte vendiderãt
60. corbes bladi ad rõnem 11. ſolido. pro corbe. & dicebat
Ho. iſtos excuſari, qa tunc non potuerũt plus ſoluere.
ad hoc de ſo. Odardus. de iureiu. breui, alias incidiſſent
in pœnã, & ſic ſoluit. ſ. de arbi. dilecti. & ibi remittit.
vel illud de rigore, hoc de honeſtate, & ęquitate ſm
eũ. [Tacita.] de 33. perſolutis ſm Inn. [Inhoneſtis.] in-
2 honeſti † ſunt, ex quo in grauamen alterius, nam & ſi dicamus,
ꝙ nõ ſit malũ, eſt tñ ſpecies mali ſm Apl̃m. [Abſtinendũ.]
de vi. & ho. cler. cum non ab hoie. [Ditari.]
de reg. iu. locupletari. lib. 6. [Triginta lib.] nõ dicit, vel
eius parte, per quod nõ vr̃ hic prohiberi petere pœnam
ꝓ rata ſortis nõ ſolutę, & facta calculatione rata pœnæ
ad ratã ſortis nõ ſolutæ ꝯſiſtit in 5. lib. & 5. ſol. pro qualibet.
n. libra ſortis nõ ſolutę facta rõne hẽs 15. ſol. pro
3 pœna. [Nõ † moleſtes.] hortat, nõ pcipit. & ſic non ob.
qđ dr̃ ſñiam trãſiuiſ. in rẽ iud. ſm Ho. vel ſubuenitur ex
puro, & mero offõ dñi papę, vel qa lrę erãt ĩpetratæ tacita
veritate, & ſic nõ valebit ꝓceſſus ſm opi. Hoſt. ſed
hoc nõ approbat, vt ſatis no. ſ. de reſcr. ad audiẽtiã. vel
dic, ꝙ iſti rectores appel. licet hic nõ dicat, vel dic, ꝙ ĩ
tps applonis interponẽdę ꝯ illã ſñiã adiuerũt papã, qđ
Io. And. ſuper 5. Decret.

hr̃ pro appellatione, & eſt ſi. de exce. p̃. dilectus. & hoc
4 vltimũ ſatis vr̃ ex loci vicinitate. ¶ † Gl. 1. ſig. ꝯtrium, & ſoluit diſtinguẽdo. ¶ Vlt. glo. no. ſig. ꝯtrium, & remittit.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſ. nu. 3.*

C A P V T XLIIII.

1 Inquiſitioni C. † Si coniux ſcit pro certo im
pedimentum matrimonij, nō
dēt reddere debitum, ſed po-
tius excōicationem pati, reddit aūt, ſed non exigit, ſi
credit ex cauſa probabili & diſcreta. Sed ſi ex leui & te
meraria, reddit, & exigit. Et primo ad caſum, de quo
quæritur, diſtinguit. & primum membrum proſequi-
tur ibi in primo. Circa ſecūdum ſubdiſtinguit ibi, In ſe-
cundo. & tertium ſubdiſtinctionis membrum proſequi-
tur ibi, verū cum. (Diſtinguendū) ſm hanc diſtinctionē
intellige, de reſtit. ſpo. literas, & de diuor. porro, ſm In-
2 no. (In primo) ſ. qñ † ſcit impedimentum, nec poteſt illi
cōmiſceri ſine mortali, vt quia ſcit illam conſanguineā
in gradu prohibito. de conſan. & affi. non debet. Et di-
xit Inno. in add. idem dicendum in ſimilibus, vt quan-
do indubitanter vidi iniurioſe verberari clericum, quē

vitare

vitare teneor in priuato,& in publico,ſi fuiſſet publicũ,
& potius excõicationẽ ſuſtinebo,q̃ ei cõicem.ſi vero ne
ſcio pro certo percuſſionẽ iniuſtã,ſed ſi credo probabili
ter & diſcrete, tũc per me illi non cõicabo,ſed ad peti-
tionẽ percuſſoris eũ nõ vitabo ẽt in priuato. Rõ diuerſi
tatis;quia cõio eſt voluntaria , redditio debiti neceſſa-
ria.ſi aũt credo percuſſionẽ iniuſtã ex leui & temeraria
credulitate,nedũ ad petitionẽ alterius,ſed & per me po
tero illi cõicare. Refert quoſdã dicere, ꝙ quantũcunq;
quis publicè percutiat clericũ , nunquam ẽt a videntib.
vitari dẽt,quia licet vere ſit excõicatus, non tñ nomina
tim , niſi per iudicis ſñiam excõicetur, vel nuncietur. 2.
q. 1.multi.Sed Inn. dicit ẽt aliter, q̃ per ſñiam excõica-
tionẽ eſſe poſſe notoriã , ſicut de fornicatione dr̃ . ſ̃.de
cohabi.cle.r eſtra.& c.multi,loquitur, qñ excõicatio non
erat notoria,licet talis eſſet,ꝙ probari poterat,puta qa
facta fuerat percuſſio iniuſta multis videntibus,tũc nõ
vitabitur,niſi primo condẽnetur,vt ibi. ¶ Subdit autẽ,
ꝙ qñ quis per ſñiam fuit publice excõicatus , & denun-
ciatus, præſens in ſñia, qui poſtea inuenit illũ in remo-
tis , tenetur eũ vitare ẽt in publico. ridiculoſum.n.eſſet
dicere,ꝙ non deberet probare niſi habens probationes
paratas , immo vitabit illũ ẽt ſi mortui ſint oẽs , qui in-
terfuerunt ſñiæ.nec ob.6.q.2.c.2.& 3.quę loquuntur,cũ
excõicatio nunquã fuerat notoria,hic loquitur,qñ fuit
notoria per ſñiam , vel facti euidentia indubitata.ſuffi-
cit.n.factũ aliqñ, & alicubi fuiſſe notoriũ , licet proba-
tiones perierint.Dici tñ poſſet,ꝙ ſi p̃latus ſubdito præ-
cipiat,ꝙ celebret illo p̃ſente,quẽ ſubditus ſcit taliter ex
cõicatũ,tñ prælatus, & alij ignorãt, ſubditus ipſe pare-
bit,ſed proteſtetur ſaltẽ illi,quẽ excõicatũ nouit,ꝙ non
intendit orare, nec celebrare cũ excõicato,ſed cũ alijs.
ſed ſi p̃cipetet ei, ꝙ cũ illo ſolo celebraret, non obediet
ei,ẽt ſi ſit monachus, cui abbas præcipit.rõ , quia pec-
catum eſſet. ſ̃.qđ met.cã, ſacris , ſed quid ſi ille dicat ſe
abſolutũ ab illa excõicatione,licet inſtrũ,vel teſtes pa
rata nõ habeat? Vñ,ꝙ nõ ſit ei credendũ,niſi habeat ali
qua argumenta ſuæ abſolutionis, ar.de cler.perc.c.1.&
2.ſed vñ,ꝙ ſi eius excõicatio nulli eſt prejudicialis, ꝙ ei
cõicari poſſit, ſi alias perſona eſt bonæ vitæ,& maxime
ſi hoc iurat,ar.de cleri.pe.tuæ.finita eſt additio, redeũ
3 do ad textũ q̃ro. † Quid ſi põt illi cõmiſceri ſine pecca-
to,illa tñ priuata eſt iure petendi debitũ ? Rñ.ad mãda
tũ eccleſiæ põt illi reddere debitum , nec ſit illi per hoc
p̃iudiciũ , vt per hoc videatur accuſationi adulterij re-
nũciaſſe , cũ ſi aliter diceretur, eſſet lex,vel p̃ceptũ iu-
dicis iniquũ,& illum laqueans.27.q.1.de viduis,de re-
ſti.ſpo.literas. Sed nec per hoc incurrit irregularitatẽ ,
de q̃ in 34.diſt.ſi cuius. Exigere autem non debet.Item
quod dixi,ꝙ tenetur ſoluere,hoc verũ,niſi factum adeo
ſit notorium, quod nõ ſit locus inficiationi, tunc.n.ſua
auctoritate poſſet illã dimittere , de diuor.ſignificaſti .
fortius debitum denegare,quod etiam ſi redderet ſpõ-
te,p̃iudicium ſibi facit,ꝙ irregularitatem incurrit.ſi tñ
id facit de p̃cepto iudicis,& ſi hoc iniuſte præcipientis,
vel iuſte, vt quia de adulterio ſibi non conſtat,nec ſit ſi-
bi p̃iudicium,nec irregularitatem incurrit, ſ̃m Inn.qui
dicit,qđ aliqui ꝯ. & Hoſt.dicit, qđ de illis eſt remit.ad
ſum.de biga. §.quare bigamus. ſub §.ſi. ver.nono. & de
hoc de adul.c.ſi.ad ſi.& de conuer.cõiu.c.ſi.[Mortale.]
4 ẽto † Inn.ſi præciperet,alias iniuſtum,licet nõ mortale,
puta quod det mihi libros ſuos , parere non tenetur , &
aget ad renunciationem grauaminis coram ſuperiore, ex
cõicatus tamen eſt,conſulens tñ ſibi ne pareat,& ſibi in
hoc aſſiſtens non eſt excõicatus maiori,cum non cõicet
a in crimine, a cum ibi non ſit crimen.ſed minori tantum
ſ̃m Innoc.immo nec forte minori ſ̃m Hoſt. dummodo
aliis non excedat,& patet ex no.de cler.exc.mini.pro-
5 poſuit.arg.de excep.cũ inter. ¶ Sed † quid ſi papa, qui
ſuperiorem non habet iniuſtum præcipiat, põt dici,ꝙ ſi

de ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis perſonis aliquid præ-
cipit, ſemper eſt obediendũ , & ſi per quam dutum ſit,
cum nemini liceat de ipſius factis iudicare.de hoc dixi
ſ̃.eo.cum pro cauſa, in gl.ẽt , & no.de æta.& qua.cã te ,
in 1.gl.9.q.3.cuncta,& c.per principalem, niſi id,quod
p̃cipit, ſaperet hæreſim.40.di.ſi papa, vel niſi ex iniuſto
p̃cepto præſumeretur ſtatum eccleſiæ perturbari.vel ex
inde alia mala eſſe ventura , tũc.n.peccaret obediẽdo,
cũ futura mala præcauere debeat, non iuuare ad illa cõ
mittenda ſ̃m Inn.ad quod Hoſt.alleg.dec.de cler.exc.
mi.propoſuit,in ſi.de voto,magnæ. Si vero aliquid prę-
cipit de tpalibus alicui laico,qui nil tenetur ab eo, nec eſt
de iuriſdictione ſua rõne perſonæ, vel cauſæ. Dicit Inn.
quod nõ videt,quare debeat obedire,ſed excõicationẽ
ſemp debet ſeruare, quia cum eccleſia militans ſit in ip-
ſius poteſtate , nullus ꝯ ipſius mãdatum ſe debet ſacris
eccleſiaſticis immiſcere,alle.Hoſt.de hæreti.ad abolẽ-
dã,in prin.& remit . Hoſt.ad ſum.eo.tit.§.ex quib.cau-
6 ſis,ſub §.qđ aũt dixi.[Conſiliũ.]no.qđ ad † paſtoris p̃-
prij conſiliũ conſcientia propria in dubio eſt regenda ,
qđ dic,vt ſ̃.de ſimo. Matthæus,& de æta.& quali.ad au
res.Hoſt.[Nõ euidenti.]Quid ſi maritus ꝯfitetur impedi
mentũ , qđ ſciebat ante matrimonium ꝯtractum , vt quia
dicit,ꝙ ante matrimonium cognouit conſanguineã cõ
iugis , tñ hoc probare non põt ? Rñ.non poteſt vxorem
impetere,ſed potius vxor ipſum, vt patet ex his,quæ le.
& no.de eo,qui co.cõſan.vx.tranſmiſſæ,& de eo,qui du
xit in matri.c.1.ipſe tñ , qui certus eſt de impedimẽto ,
nec exigere poteſt, nec reddere, imò potius excommu-
nicationẽ tolerabit, vt ſ̃.eo.[contra legem.]non reddẽ
do, vbi reddere tenetur.[Iudicium conſcientiæ.]exigẽ-
7 do.ſ.vbi nõ põt exigere . ¶ † Secunda gl.q̃rit, & ſoluit.
¶ Vlt.q̃rit,& ſol. ¶ In gl.ideſt[in ſi.]vel depoſita. Hoſ.
¶ In gl.vlt.[ibi,ante matrimoniũ.]Hoſt.forte non ha-
bens hoc ver.in gl.non approbabat iſtud exemplũ , di-
cens, quod hoc nocere nõ debebat mulieri,quæ nõ fuit
particeps iniquitatis,alle.de eo,qui co.conſan.vxo.ſuę.
c.pe.& vlt.ſed loquuntur in affinitate ſuperueniente ad
matrimonium, & bonum eſt exemplũ . Dicebat autem
exemplificandum per dec.de ſecundis nup.dominus .

ADDITIO.

a ¶ In crimine.Quia non obediendo hoc caſu nullum eſt crimen,
& conſulum,vt non contumaciter reſiſtat,ſed per viam iuſtitiæ .

SVMMARIVM.

1 *Clericus quibus de cauſis perdat clericale priuilegium, & nu.
2.in ſi.& 5.*
2 *Clericus a laico quibus modis diſcerni poſſit.
Ex ſuperſcriptione ſumitur argumentum .*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu.4.
Renunciare ea tantum poſſum , quæ me contingunt .*
5 *Additio gloſſarum .*

CAP. XLV.

1 Contingit. C.† Clericus ſi a prælato ſuo ter-
tio monitus non reaſſumit habi-
tum,& tõſurã , perdit priuilegiũ
clericale. Et in prima comitis quærela,in ſecunda proui
ſio ibi, verum quia. [Dięceſi tua.] loquitur epo, in cuius
dioec.erat comitatus , vel aliqua terra ſubiecta comiti.
2 [Tonſuræ.] tria † ponit hic p ordinẽ , p quæ cognoſci &
diſcerni põt clericus a laico.de primo, de vi.& ho.cler.
clericus.1. & 2.& c.clericos.de 2. e.ti.clericis.2. De ter
tio.e.ti.c.ſi.& ſ̃.ne cle.vel mo.c.1 . [Subterfugiũ.]ſic ſ̃.
de cle.co.ex parte.[Luxu.]quaſi luxuria, & diſſolutiõe.
Goff.(Protrahũtur.]dic vt ĩ.e.ſi iudex laicus,li.6.(Cri-
minib.) ſic ſ̃.de priuil.ex parte, vbi de hoc . Et vide qđ
no.in Cle.de vi.& ho.cle.qm̃, in gl.ſi ergo.(A te.)dięce
ſano loquitur, vt patet ex tex.& ſi nõ ex ſuperſcriptione,p
qđ patet,qđ nõ ſufficit illos a quocunq; moneri. & dixi
a de hoc ĩ.e.ſi clericos.a li.6.probatur idẽ ſ̃.eo. in audien
3 tia.(Extorres)i.excluſi, vel inexpertes.Abb.¶ † Gl.4.

alle. ad trinã monitionẽ tres concor. & ad caſum duas, all. dum intra in ↄ̃rium, & ſoluit. Iterũ alia duo, & ſoluit.
4 ¶ Vl. gl. notat, arguit, & dat ſĩlẽ. ¶ † In vlt gl. [ib. §. vſq; adeo.] vide ſ̃. eo. parochi anos, in 1. gl. & l. ſi quis ſeruũ, fit mihi iniuria, cũ hĩ ludibrio filius, vel ſeruus, licet volẽs. [Et ibi, ne pro l. 1.] pactum ſ̃m cũ emptore, ne ancilla proſtituatur, reſpicit illos, qui ab emptore emerũt ẽt ſine pacto. [Et ibi. l. 1.] ſi donaui ſeruũ, vt poſtq̃ tibi 15. annis ſeruiſſet, liber eſſet, poſſum mutare voluntatem.
5 ¶ † In gl. 2. [in fi.] & ſ̃. eo. cũ illorum, in fi. ¶ In gl. hæc eſt legitima, [ibi, ſed nõ in ↄtrarijs.] Dicebat hic abbas diſtinguendũ, aut clericus incedit in habitu clericali, & ſine armis, & tũc retinet priuilegium clericale vſque ad depoſitionẽ & traditionem factam curiæ ſeculari. ſ̃. de iu. cum non ab homine. Aut incedit, vel inuenitur in habitu ſeculari, puta in armis, veſtibus virgulatis, vel alijs clericũ nõ ↄdecentib. & tũc ſubdiſtingue. Aut non portãt tonſurã, quo caſu ab exercentib. iuſtitiã põt ſine pœna puniri. ſ̃. de priuil. ex parte, de apoſta. c. 1. Nõ exercẽs vero iuſtitiã, qui illũ percuteret ſciẽs illũ eſſe clericũ, excõicatus eſſet. ſ̃. eo. ſi vero. 2. licet ignorãtia excuſaret eũ, vt ibi, aut inuenitur deferẽs tõſurã, licet in habitu laycali, & tunc aut immiſcet ſe enormitatib. perſeuerãs in illis, & tũc ſine pena excõicationis puniri põt. ſ̃. e. cũ nõ ab hoie, &c. perpẽdimus, ẽt ab eo, q ſcit eũ clericũ, vt ibi, aut nõ perſeuerat in eis, vt quia ſemel furtum, vel homicidiũ ↄmiſit, & receſſit. & tunc ſubdiſtingue, aut eſt tertio monitus, vt deſiſtat, quo caſu perdit ex toto priuilegiũ clericale, aut nõ eſt monitus, & tũc gaudet priuilegio vt hic, & ſ̃. eo. in audiẽtia. Vide qđ dixi ſ̃. eo. perpendimus [& in fi.] dic vt de cler. con. c. vno, lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ Si clericos. Et aduerte, cum hic dicatur. Tertio moniri, nõ ſufficit vna longa pro omnibus, vide gl. in clement. 1. de vi. & hon. cler. in ver. tertio. & Io. And. in Spec. de cle. non reſi. in rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ab excommunicati denunciatione repellitur, qui eum nõ præmonuit, & ex communicauit.*
Et ſi communicaui, an perpetuo taceam, & vitare debeam.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*
Per patientiam quis perdit ius exceptionis.
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Cõionis exceptio, vel replicatio an & qua cauſa admittatur.*

CAP. XLVI.

1 In præſentia. Ab † excõicati denunciatione repellitur, qui non premonuit, & illi cõicauit. Dictum ponit, cuius rõnẽ ſubdit ibi, cum ſuper. [Obijcere.] in modum denunciationis, qđ ſequitur. hoc probat ibi, ↄmonitus. [Euitandum.] nunquid ſi cõicaui excõicato, perpetuo tacebo, an vero illũ potero vitare, ſi poſſum hoc probare? ar. q nõ tacebo, ſed vitabo. ſ̃. de except. exceptionẽ, de ſimo. p tuas. & fit ſpãle in excõicatione. nec ob. hoc ca. qđ põt legi ſ̃m Vin. vt dicã ſup gl. vel loquitur in teſte, vt. ſ. canonici nõ repellãt decanũ a teſtimonio, excõicationis ptextu, ex quo cõicauerũt illi. qđ poſſet tollerari ſ̃m Vin. i ciuili, vel cũ pduceret teſtis in cã denũciationis. hoc puto eſſe falſum, q replicatio cõionis tolat excep. p dec. de excep. a nobis. vel ſ̃m Vin. põt hoc intelligi, qñ decanus dicebat ſe abſolutũ, ad qđ probandũ inducebat hęc indicia, & ſup hoc vide qđ dixi de cler. ex.
a proposuit, ſuper fi. vlt. gl. [a] ¶ † Prima gl. ſignat ↄ̃rium,
2 & ſoluit. ſcdo elicitur. quod reprobat. ¶ In † 1. gl. [ibi,
3 ſi vxor, in fi.] vide de adul. in cap. 1. ſup 1. glo. [Et ibi labeo.] nõ teneor aquæ pluuiæ arcẽdæ, cũ patiente vicino opus facio, p qđ ſibi aqua nocet. [Et ibi. §. 1.] vide de cã poſ. cũ eccleſia, ſuper gl. antepe. [Et ibi, quos prohibet] vide in p̃. c. exceptionẽ, in vlt. gl. [Et ibi, l. vlt.] vide de
4 poſt. bonę. 1. ſup 1. gl. ¶ † In 1. gl. [ibi, rõne cõionis.] q. d. gl. excep. cõionis admittitur, replicatio repellitur. Et ſit ratio ſ̃m Vin. quia prima datur reo. 2. actori, vt ibi, ſed rei fauorabiliores. [Et ibi, cum dilectus] accuſans vero repelletur p peccatum, quod ↄ̃mit in participando excõicato. ſup. de accuſ. cũ P. 2. q. 7. quæ tendum, & c. accuſatio, Inn. Dixit hic Vin. quod ſi iſti de nouo moneãt illum, non obſt. communione admitterentur ad denunciandum. & fit ſpeciale, ne pereant communicando perpetuo, de excep. exceptionẽ. [Et ibi, excõicatio] de quo dic plenius, vt no. de reſcrip. c. 1. lib. 6. ¶ In gl. vl. [in fi.] quod dic vt ibi no. Hoſt. Dicebat Vin. q forte decanus dicebatur excommunicatus a papa, & communio illi notum induxerat excõmunicationem maiorem vt ibi, quare non eſt mirum, ſi repelluntur ab agendo.

ADDITIO.

a ¶ Vlt. gl. Vide Io. And. ſupra. eo. inquiſitioni, in gl. quando ſit impedimentum, ver. ſed quid ſi ille, & ſup. eo c. ſicut.

SVMMARIVM.

1 *Clericum percuti qui permittit, excommunicatus eſt, cum poſſit prohibere.*
Præſumptio, opinio.
Canonem, ſi quis ſuadente, quis incidat & quot modis.
Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.
3 *Defendere qui ceſſat aliquem, cum poſſit, an peccet, & fautor dicatur, ac incidat in canonem, & num. 4.*
4 *Additio gloſſarum.*
Redimere vitam alterius an ſuo pretio quis teneatur.
Non prohibens verberationem clerici, ſi poſſit, an incidat in canonem, circa fin.

CAP. XLVII.

1 Quantæ. C. † Excõmunicatus eſt, qui permittit clericum percuti, cum poſſit prohibere. permittit culpam, quam ſecũdo aggrauat ibi, Ne tamen. tertio aggrauationem declarat ibi, Eos. [Rectores,] vel quoſcunque clericos, aggrauatur tamen per hoc delictum. ſup. de pœnis, in quibuſdam. [Præſumptio] ideſt, opinio. [Interpretans] ipſa canonica authoritas. Dicit Hoſtiẽ. q canonem incidit ex verbis, qui percutit ex mente, qui mãdat, vel expreſſe conſentit, non tamen percutit. ſup. contingit, ex mẽte mentis in caſu ipſius decr. [Facinori] quod committitur
2 in perſonam clerici, vt eſt dictum. ¶ † Gl. 2. alle. concor. ponit duplicem op. & reſpõſionem Io. & aliorum cõtra
3 ſecundam alle. can. & reſpondet dupliciter. ¶ In † gl. 2. [ibi, necare] vide de infan. & lan. c. vno. ſuper 4. glo. [& ibi, §. hæc autem ancilla.] & ſi non aliter, ſaltem voce & ploratu forti iuuare debuit dominam. [& ibi, ſi data fuerat.] illi, qui non ſubmiſit metum, alias ſecus, vt ibi. & ideo non repetitur, quia merces eſt operarum, vel eximij laboris, vt dicunt hæ duæ leges. [& ibi, l. vlt.] ſi dedi pecuniam, vt mihi reddas, quod tibi commodaui, vel vt ſoluas, quod debes ex teſtamento, vel ex ſtipulatu, illam repeto. [& ibi, ſunt perſonæ] vide de iudi. dilecti. ſuper 1. gl. [Et ibi, ſancimus,] vide in prę. c. quæſiuit. ſu-
4 per vlt. gl. ¶ † In gl. 2. [ibi, non eſt gradus] vbi no. in fi. gl. an quis vitam alterius teneatur ſuo pretio redimere. [ibi non inferẽdam] vbi de hoc. & 2. q. 7. negligere. [Et ibi, §. hæc autem.] & §. potuiſſe. & §. ſe. & §. pen. Ho. [Et ibi pecuniam] ſi. quod no. ſup. de furtis. cap. penult. in vlt. gloſſ. & capit. ſequen. & ſup. de homi. ſicut dignum. Hoſt. [& ibi, ſiue.] repete video. [Et ibi, cum poſſum 23. di. nerui. 24. q. 3. tam ſacerdos. Vin. & Abb. [Et ibi intelligo] Idem Vin. (Et ibi, a ſocio) & j. eodem. dilecto. lib. 6. (Et in fi.) tenetur tamen is, cuius occaſione fit verberatio, ſi poteſt id prohibere, & non prohibet ſecundum Innocen. alle. Hoſtien. de homi. Petrus, de teſti. conſtitutis. Et hic tenẽt finaliter prædicti, qđ ſiue quis habeat verberantem in poteſtate, ſiue non, ſiue ille verberetur homine illius, ſiue non, incidit in canonem, qui poteſt prohibere, & non prohibet, dummodo doloſe dimittat,

alias

alias non. in hunc. n. vel aliũ canonẽ nullus incidit ſine dolo, ar. ff. de adul. l. pe. ff. de ſica. l. 1. & patet ſ. e. c. ꝓx.

SVMMARIVM.

1 *Excõicare prælatus non dẽt niſi monitione præmiſſa, quicũq; ſit, & ex qua cauſa, & in fi. & nu. 5. caſus excipitur, nu. 3.*
Maſculini appellatione etiam fœmina complectitur hic.
Conſtitutionis huius pœna quibus caſibus habeat locum, nu. 6.
2 *Monitio in omnibus præteritis neceſſaria eſt etiam in notorijs, in futuris minime.*
Monitor teſtis eſſe poteſt, excepto caſu,
3 *Idoneus quis eſſe præſumitur,*
Probare neceſſarium eſt negante reo.
4 *Menſis quot dies habere debeat.*
Mulctare, & plectere differunt genere pœnæ.
5 *Per requiſitionem probatur negligentia.*
Per imprudentiam ſiquis facit tenetur ad id, quod intereſt.
Superior eſt reuerendus, licet excedat, in fi.
7 *Remiſſioni in caſu huius conſtitutionis quot es locus ſit.*
Termini præfixio ſit, vt negligentia conſumetur.
8 *Abſolutionis beneficiũ cautione præſtita impenditur, præterquã in caſu, & n. 11. impediri põt a ſuſpẽſo ab ingreſſu eccleſiæ, & quo modo, nu. 15. ſecum trahit executionem, nu. 22.*
Abſolutus non iurat quo caſu hic, nu. 16.
In ea petenda, non offertur libellus, neq; petens repellitur per exceptionem & quam.
9 *Contra excõicationis ſententiam quid probari põt, & a quo.*
Reuocari poteſt a non ſacerdote, nu. 16. trahit executionem ſecum, num. 22.
In ſententiam priſtinam quandoque reducitur quis, reuocatur aliquando ab eam ferente, nu. 11.
10 *Error notarij quis.*
Probabilis, quis, nu. 10. probandus eſt. nu. 21.
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Iniuſtum quod dicitur ex cã, exempla, et ex animo n. 14. §. 1.
Exhæredatus legatum petens ſibi præiudicat. §. pen.
14 *Additio gloſſarum.*
Priuatio hic contingit excommunicati, & excommunicantis, & qualiter ſimul quæ videntur tempore fieri, tamen prius quid & poſterius intelligitur, ver. dicebat Goſ.
15 *Per alium poſſum. quod per me nequeo, quandoque.*
16 *In mora periculum vertitur ex nimia diſtantia.*
17 *In litem iuramentum quibus ex cauſis deferatur.*
18 *De intereſſe plene vbi & a quibus tractatur, & quis ipſum præſtet, nu. 19. & ſupra nu. 17.*
19 *Excommunicator iniuſtus ad quæ teneatur excommunicato, & nu. 17. & quæ de cauſa non teneatur, & num. 20.*
21 *In expenſis litis non condemnandus quis, ſi doceat de errore, iuncta gloſſa.*

CAPVT XLVIII.

1 Sacro. C. † Prælatus excõicare non dẽt niſi monitione præmiſſa & ex manifeſta & rationabili cauſa, & contrafacienti pœnam imponit. 2. punit ſubditum, qui falſo cõqueritur ſe excõicatũ iniuſte. 3. dicit qd iuris, ſi prælatus dicẽs ſe erraſſe, vult excõicatũ abſoluere, & aduerſarius appellat. 2. ibi, Verum. 3. ibi, ſi vero. (Ne quis) habẽs poteſtatem excõicãdi, quicunq; ſit ille. Hoſ. ſaluo quod dicam de epis. (aliquem) & fœminam cõprehendit. de hoc de elect. generali, li. 6. (Excõicationis) dixit Vin. ꝙ pœna huius cõſtõnis haberet locũ ẽt in ſuſpenſione, & interdicto, vt id faceret in fraudẽ huius conſtõnis: alias non habebit locũ pœna ſuſpẽſionis ab ingreſſu, bene tñ pœna ad intereſſe, & alia, nec te moueat dec. cũ medicinalis, vt dicã ſuper 4. gl. & vi. ſẽ qd dixi ſ. de exceſ. præl. c. 1. ſuper gl. antepe. (Competenti) dic vt ĩ. e. conſtõnem. 2. rñ. li. 6. Dixit hic Inn. ꝙ pœnã iſtã non incurrebat monens ſemel tñ.
2 dic vt ibi. (monitione.) monitio † in oĩb. præteritis neceſſaria eſt ẽt in notorijs. idẽ no. 24. q. 3. ecce, & c. de illicita. in futuris non, quia in illis tẽps monet. 5. q. 1. quidã, ſm Inn. (Perſonis) vel ſaltẽ vna. ſ. de teſtib. in oĩ. Inn. qd

non credo. Illud in euangelica, hoc in iudiciali. Itẽ monitor teſtis eſt, qa non de ſuo cõmodo, ſed ſalute moniti quæritur, hic teſtificaretur pro ſuo cõmõ ſaltẽ in euitatione pœnæ. (Præſentib.) ſi. ĩ. de hære. vt officiũ. §. verũ.
3 (Idoneis) tales † eſſe præſumitur, de pręſum. ca. fi. (Si neceſſe) quia ſubditus negat, vnde ei, qui dicit &c. ff. de ꝓba. ei qui. (Si ꝯ) ſ. excõicando ſine monitione. (Præſumpſerit) procedendo vt iudex, ſecus, ſi vt pars ſuum exequens officiũ. de hoc ſ. de cẽſi. venerabili, in gl. quia ſæpe, vltra mediũ. Inn. (Ingreſſum eccleſiæ) quid hoc importet, no. hic Inn. & Hoſt. qd expeditum eſt. ĩ. e. is cui, lib. 6. & ſcias, ꝙ licet talis non poſſit in eccleſia audire diuina, vt 5. q. 2. præſenti. dicit tñ Inn. ꝙ per eccleſiam tranſire nõ prohibet. de excõicato dixi ſ. eo. nup, ſuper
4 ver. orando, in fi. [Per menſem] quot † dies habere dẽat iſte menſis, vide ĩ. de elec. q̃ ſit, lib. 6. in 6. gl. pe. hic dixit, ꝙ habebit 30. dies, per c. de illicita. 24. q. 3. & quia hoc eſt quoddã medium, de off. deleg. quærenti, & quia cõiter vulgus ſic mẽſem recipit. [Interdictũ] niſi ſit eps, vel ſuperior. ĩ. e. quia periculoſum, lib. 6. [Mulctandus] alias plectẽdus. & ſm primã patet. ꝙ imponi poterit pœna pecuniaria. ff. de ver. ſig. qua pœna. ꝯ. ſ. de pœn. licet. ibi ſoluitur. Hoſt. [Manifeſta & rõnabili] ſi. de off. ord. ſi canonici. & c. q̃uis, lib. 6. & ſ. de vi. & ho. cler. monaſte-
5 ria. [Cauſa] pro paruis. n. & leuib. cauſis nõ † dẽt quis excõicari. 11. q. 3. epi. & c. nullus. [Taliter] ſ. ſine manifeſta & rõnabili cauſa, licet ꝓceſſerit monitio. [Requiſi-
2 tus] ſic ĩ. c. 1. lib. 6.ª de iureiu. breui. per hanc aũt requiſitionẽ probabitur negligentia ipſius. fit ẽt requiſitio, vt ſi voluerit, euitet hanc pœnam errorem ſuum corrigendo. de hoc ſ. de accu. qualiter. 1. ſed & licet non requiratur, ſi per imprudentiam hoc fecit, tenetur ad intereſſe, non ex iſto caſu, ſed ex lege, Inſti. de obl. quæ ex male. 1. rñ. ſm Inn. & no. ſ. de emp. & ven. c. fi. ad hoc, de re iud. eũ æterni, lib. 6. [Humiliter] licet. n. excedat ſuperior tñ
6 eſt reuerendus. [Reuocare] dicit Inn. hanc † decr. locũ non habere in excõicato, quia nõ parebat rei iudicatæ, qui abſoluendus non eſt, niſi pareat, cum excõicatus ſit pro manifeſta offenſa, de qua conſtat per ſñiam, a qua non eſt appellatum, de verb. ſign. cum olim, & e. ex parte. poſſet tñ quo ad alium articulum locum hr̃e, ſ. de cõdemnatione ad intereſſe, & alterius pœnę inflictione. dicit ergo, quod poſt abſolutionẽ iudex audiet illum agẽtem ꝯ iudicem, quia malitia, vel imprudentia eum condẽnauit, Inſti. de oblig. quę ex deli. in prin. nec obſtabit illi exceptio rei iudicatæ, a qua non fuit appellatũ: quia aliæ ſunt perſonæ, inter quas modo agitur. ſ. iudex, & excommunicatus, & aliæ inter quas fuit actum primo. Itẽ ad aliud modo agi. ſ. ad intereſſe, & alias pœnas, & ad aliud, primo. ſ. ad rem quę petebatur. ſubdit etiã decre. poſt: locũ habere, vbi quis excõicauit iudiciario ordine non ſeruato, & tũc ẽt ſi præter ap. deponat excõicatus querelã penes ſuperiorem, procedetur ad abſolutionem excommunicati, & ad condemnationem excõicatoris ſm tenorem huius decr. vide decr. venerabilibus, eo. tit. lib. 6. [Superiorem] excommunicatoris. [Remit-
7 tar] ex † quo iudex eſt, licet nõ ſubſit periculum, nec remittat, tenet abſolutio ſm Innoc. ĩ. eo. venerabilibus. §. vbi aũt, lib. 6. & vt dicit Innoc. hæc remiſſio non fie-
b ret, ᵇ ſi de iniuſta excõicatione conſtaret. 2. q. 1. nemo, ne ex eodem facto pœnam, & præmium conſequatur. ff. de nego. geſt. ſiue. [Terminum] ab ipſo ſuperiore præfigendum, & ſit hoc, vt facilius negligentia conſumetur, de con. coniu. ex publico. [Alioquin] ideſt ſi abſque moræ periculo remitti non poteſt: vel ſi excommunicator non vult illum remiſſum abſoluere. [Ipſe] ſuperior,
8 ſ. [alium] de off. ord. e. fi. [abſolutionis] ſi de † ſñia dubitet, an ſit iuſta, vel iniuſta. nam ſi conſtaret ipſam iniuſtã, nudo verbo relaxaret, vt ſupra, ſecundum Hoſtienſ. [Impẽdat.] nec in petitione huius abſolutionis erit ne-

ceſſe libellũ offerri, imo tũc de p'ano, & ex officio iudi-
c s examinabitur, & expedietur hæc cã, nec põt petẽs re
pelli per exceptionẽ ſpoliationis tũ ex gñali rõne, quia
i. cã ſpãlis eſt, in qua iuris rigor nõ ſeruatur, de do. & cõ.
c. 1. Tum quia per prædicta periculum eſſet in mora, qđ
ſolũ ſufficit ad abſolutionẽ dandã per hanc cõſtitutio.
alias mora, quæ vitari præcipitur, per ſolẽnia iudiciorũ
induceretur. Putat tñ Inn. ꝙ cõpetat exceptio, ꝙ alia
excõicatione ligatus ſit is, qui petit abſolui, quia illa ꝓ-
bata negatur abſolutio. s. eo. officij. intellige, vt ibi no.
in 1. & vlt. gl. & vt ibi dixi, ſed ſm eum hãc exceptionẽ
nõ habebit niſi is, cuius intereſt illũ non abſolui, & pro
quo excõicatus eſt. Alius. n. contra quem nihil petit, nõ
videt, quare admitteretur. Ipſa verò abſolutione præſti
ta, ſi petatur intereſſe, neceſſe erit libellũ offerri ſm In-
noc. & tunc poſſet conuentus excipere de ſpoliatione, ſi
cut & ĩ alijs iudicijs. s. de or. co. c. 2. de reſt. ſpo. frequẽs.
lib. 6. Nec putat, ꝙ ẽt ad iſtud intereſſe agere poſſit an-
te abſolutionem. s. eod. per tuas. [Inſonti.] i. innocenti.
[Exiſtat.] excõicator. Inno. [Probatum.] contra ſñiam.
9 † probari põt rationabile quoad cauſam, quæ euidẽter
apparet iniuſta, vel quia conſtat non illum, ſed alium
commiſiſſe delictum, ꝓp quod excõicatus fuit, de put.
vul. c. 2. vel conſtat plenè ſatisfactum, alias autem pro-
batio incumbit excõicatori, cum nec negatiua probari
poſſit. s. de probat. qm̃ cõtra. Hoſt. [Arbitrium.] ſatisfa
cere compellatur, quod eſt. ĩ. [Receptam] cum fuit ab
ſolutus. [Priſtinam] idem verb. s. de off. or. ſignificauit.
concor. .o. ti. ad reprimendã. in fi. de ap. quæſtioni. [Sa-
tisfactionem] ſic s. de off. or. ſignificauit. [Errorem] no-
10 torium † & patentem, vt probant ſequentia, pone ſm
Vin. ꝙ excõicauit intra terminum, quem ſtatuerat ab-
ſoluendum, de off. deleg. quærenti. [Reuocare] ſine cau
tione, nã cum cautione reuocat, ẽt vbi eſt dubium. Inn.
11 [Sententia] dicit † Inno. quoſdam mirari, quõ iudex re
uocet ſñiam ſuam, cõtra id C. ſen. re. non poſ. l. 2. & 2. q.
6. hoc ẽt, reſpondet vt ſcripſi, de app. cum ceſſante. ſup
1. gloſ. ad ver. hoc ẽt placuit. [Et tunc.] ſ. cum de errore
meritò dubitat. [Sicque.] ſ. reuocãdo ſñiam, vbi certus
eſt de errore, vel vbi dubitatur abſoluendo cautione re
cepta. [Præſcriptæ] de cõdẽnatione ad intereſſe, & alte-
rius pęnæ inflictione, pęnã vero interdicti ingreſſus pati
tur ipſo facto. [Cauens omnino] ſic s. de reſcr. cũ contin
gat, & concil. Vien. de fo. comp. quis, circa fi. [Canoni-
12 cæ.] s. de probat. qm̃. ĩ. de re iu. c. 1. lib. 6. ¶ † Gl. 3. tra-
ctat, quõ tripliciter excõicatio eſt iniuſta, & qñ dicatur
continere intolerabilem errorem, ponens op. Hug. &
Vin. & ꝯriam Tan. & Io. vl. obijcit, & ſol. ¶ Gl. 4. ponit
multiplicẽ pęnam male excõicantis. ¶. 5. arguit ꝯ. pro-
ponit opinionẽ, & ſolutionẽ. ¶ Gl. [quia nullas] exponit
literã, & alleg. ꝯrium. ¶ Gl. 1. [ad damna] exponit, quæ-
rit, ponit no. Io. & ſoluit. ¶ Gl. [ſic paret.] no. excõicato
rẽ poſt abſolutionẽ cognoſcere de iuſta, vel iniuſta ex-
cõicatione. Ad id obijcit, & ſoluit, demum quærit obij-
13 ciendo, alle. pro & ſoluit. ¶ † In 3. gl. [ibi, §. ſi quis ſine.]
ſine cauſa ſtipulatus ẽt ſine dolo, ſi poſtea ex illa ſtipu-
latione agit, dolo facit, & exceptione doli repellit. [&
ibi. l. 1.] qualiſcunq; ſit obligatio, nouari põt, dũmodo
ſequens obligatio ciuiliter, vel naturaliter teneat. ¶ In
gl. ideſt, [ibi, ſi qñ] ponit caſum dec. ſtatim allegatæ. [&
ibi, Iulianus.) vide hanc & ſe. de iniur. in nr̃a, in 1. gl. &
ſuper ipſa. ¶ In gl. q. d. ibi, cũ de indebito.) vide de cau-
ſa poſ. cũ eccleſia. ſup 4. gl. (& ibi. l. 1.) vide s. e. tit. cum
illorũ, ſup gl. pe. ¶ In gl. ſed qualiter, (ibi, qui ſolidum.
§. ẽt) vide in c. ſtatim alle. ſuper gl. ſed nũquid. ¶ In glo.
ſic. paret (ibi, l. vlt.) ſi exheredatus heres legatarij lega-
tũ petit, ſibi præiudicat. (& ibi, ad ſolutionem.) vide de
teſti. cũ veniſſet, ſup gl. 2. ¶ In vl. gl. (ibi, ne in abitris.)
vide de teſti. cũ a nobis, ſup gl. 2. (& ibi, diuus.) vide de
14 dolo, cũ olim, in 1. gl. ¶ † In gl. 2. (ibi, q. 1.) ibi de hoc in

ſum. (& in fi.) & in alijs, qui no. ĩ. eo præſenti, lib. 6. ¶ In
gl. 3. (ibi, ex cã) quia non ſubeſt cã, vel non vera, vel nõ
legitima. (& ibi, ex animo) ad vindictã. nam qđ ſeuientis
caſtigare neceſſe eſt, nõ plectatur ſæuientis animo, ſed
medentis. 86. diſt. odio. (& ibi, placet) Ad hoc ĩ. eodem
venerabilib. §. pe. lib. 6. (& ibi, cannonis) ſicut percutiẽs
clericũ, vel his ſi. (& in fi.) dicebat God. ꝙ licet vterque
incipiat priuari ſimul tpe, tamẽ naturaliter. i. intellectu
ꝓcedit priuatio iniuſte excõicati, & ſtatim ſequitur pri-
uatio excõicantis iniuſte. quia prima operatur ſecũdã,
ſicut infuſio gratiæ, & remiſſio peccatorum ſimul ſunt
tpe, tñ naturaliter. i. intellectu infuſionem gratiæ præce
dit remiſſio peccatorũ. 32. q. 1. cum renunciatur. facit
qđ no. de pe. di. 1. poſt prin. in c. magna, [& quod dixi s.
de app. præterea 2. ſuper ver. ſñiam. Idem Phi. qui ẽt di-
cebat, ꝙ iſti interdicitur ingreſſus ſub conditione, ſi cõ-
tra monitionem excõicauerit. locus eſt ergo pęnæ, cum
exiſtet conditio. ff. de verborum ſignific. cedere diem.
¶ In gl. 4. (ibi, ipſo iure) idẽ Innoc. (& ibi ſi qui ſunt) de
hoc ſupra de matri. contract. c. fi. (& ibi, de illicita) ſe
cunda quæſtione prima, nemo. (& ibi, excommunicat)
ſuſpendit, vel interdicit. (& ibi, medicinalis) lib. 6. (&
in fi.) quoad illos caſus. ¶ In 5. gloſ. (ibi, dẽt abſolui) ad
15 hoc de tẽp. or. eos qui, lib. 6. (& in fi.) hoc placet † Inn.
ꝙ ipſe abſoluat, ſed alius ipſum in eccleſiã introducet,
quod intelligit Hoſtien. etiam ex illius delegatione, de
offic. ord. cap. fi. & licet ſit contra, quia non poſſum per
alium, &c. 46. diſtin. ſicut, & quod vna via conceditur,
&c. ſupra de procur. tuæ, eſt tamen ſimile. ff. de iur. om.
iudi. l. prætor. ff. de neg. geſt. at qui natura. §. cum me ab
ſentem, ſm Hoſtien. Si vis alia ſimilia, vide quod no. de
reg. iur. poteſt quis, lib. 6. in verſ. & no. non placet. Inn.
quod quidam dicunt, illum in eccleſiã introducere poſ-
ſe, licet ibi officium dicere non poſſit. ĩ. eodem. reſpon.
16 & c. duobus. ¶ In gl. quia † nullas, (ibi, iurare) hoc bene
fatetur Hoſtiẽ. quod hoc caſu non ſit neceſſarium iura-
mentũ, nec quòd reluxans ſit ſacerdos, cum hæc ſit po-
tius reuocatio, quam abſolutio. (& in fi.) ibi ſoluitur in
1. gl. ¶ In gl. mora, (ibi, periculum,) quod eſſe poſſet ex
nimia loci diſtantia, ſecundum Innocẽ. ſupra c. relatũ,
& cap. nuper, in fin. (& in fine) & plenius, de elect. cap.
vlt. lib. 6. ¶ In gloſſ. communicatore, (ibi, vocari) ſcili-
cet illum, pro quo lata fuit, quod dic vt infra eodem ve
nerabilibus. §. 2. & 3. lib. 6. ¶ In gl. 1. ad damna. (ibi, iu
17 ramento) videtur, quod † quia de dolo excommunica-
toris agitur, deferri poſſit iuramentum in litem pro in-
tereſſe. ff. de in li. iur. l. 2. & l. videamus. §. fi. & l. in hac.
§. ſed iudex. Quidam tamen dicunt iuſiurandum in litẽ
non deferri, niſi cum ſuccedat in locum alterius rei, in
cuius exhibitione, vel reſtitutione ſit malitia, vel contu
macia, vt ſi non exhibeatur, vel reſtituatur res, quæ mã-
data eſt reſtitui. ff. de in litem iur. l. 2. videntur tamẽ ex
preſſe leges dicere, quod & ſi nullum præceptũ, aut ſen-
tentia præceſſit, tamen defertur iuſiurandum. ff. de do.
l. arbitrio. §. non tamen. ff. de in li. iur. in hac. §. fin. ff. ne
quis eum, qui in ius vo. l. fi. ff. re. amo. non enim. tamen
& ſi non deferatur iuramentum in litem, defertur tamẽ
aliud iuramentũ per canonem ſtatim alle. Inn. (& ibi
18 dicit Io.) & Vin. [& ibi, cum per † venditorem] de hoc
s. de iniur. c. pe. & Inn. plene tractauit de omni intereſ-
ſe, qd breuitatis, & deciſionis cauſa non proſequor. & ſi
vis proſequi, vide quaſi ad literam in Spec. de fruct. &
intereſſe, ver. & qm̃ in cauſis, vſque ad verſ. ſed qualiter
formabitur, & in ſumma Ho. de ſententia, §. quis ſit effe
ctus, verſ. ſed quia aliquoties, vſque ad fi. & per Dy. de
a reg. iur. mora, lib. 6. (& ibi, condemnationem) imo ſu-
pra de iure patrona. paſtoralis. Hoſtien. qui nota. ſupra
19 de app. ſollicitudinem, in princ. quod ſi per † canoni-
cos, vel alios cõſtare poſſit excommunicatum propter
eam cam non electum, qui alias fuiſſet electus, excom-
municator

municator tenetur ad conſimile beneficium, ſi illud da-
re poſſit per præ. decr. paſtoralis, alias punietur ad iudi
cis arbitrium, vt hic, & ſic hr̃ ratio non ſolum dãni, ſed
ẽt lucri. ff. de eo, qđ certo lo. l. 3. §. fi. Si aũt fuit electus,
ſed prætextu excõicationis poſt app. latæ confirmator
ipſum repulit, tenet ibi, qđ aget de iniuria ꝯ confirma-
torem, ar. quod leg. & no. ſ. de emp. & ven. c. fi. & in ſub-
b ſidium, ſi non ſit ſoluendo, ꝯ excõicatorẽ.[b] ff. de eo, per
quẽ factũ eſt. l. 3. ¶ In gl. quia nulla, [ibi, in eccleſia] ad
hoc C. de apoſt. hi qui. ¶ In gl. quia forſitan,] ibi, nõ eſ-
20 ſet] & forte † fuit error ex ſimilitudine nominis, perſo-
næ, vel loci, de reſcrip. c. fi. [& in fi.] vel non vidit priui-
legium. ſ. de priuil. cũ olim 2. Vin. vel errauit ſm decr.
de ſolutio. Odoardus, ſm Pet. vel erant opiniones iuri-
ſtarum, vt in excepr. de nũcio miſſo, de priori reſcripto,
vt patet ſ. de ap. vt debitus. nam ſi talem exceptionem
non admiſit, & propter hoc pars appellet, quam iudex
vt contumacẽ excõicat, probabile illius opinionis du-
bium illum excuſaret ſm Abb. ¶ In gl. quaſi dicat. [ibi,
l. 1.] ſ. eo. cũ illorũ. ad fi. ¶ In gl. ſed qualiter, [ibi, dubi
21 tare] vel dic, vt dixi ſ. gl. 2. ſm Ab. [Et ibi, litis] hoc † ve
rum facta fide de errore. & ſic facit ꝯ op. Ber. ſm Hoſt.
In gl. ſic patet, [ibi, l. vlt.] ſ. de elec. venerabilẽ, ver. fuit
quoq;. [Et ibi, acqeſcit] arg. ſ. de homic. exhibita. ¶ In
22 † gl. pe. [in fin.] & vide quod ibi dixi in gl. no. ſm dicit
hic Inn. ꝙ ſicut ſnĩa excõis trahit ſecum executionẽ, nec
impeditur per ſequentem appellationẽ, de ap. paſtora-
lis, ſic & ſnĩa abſolutionis per ſequentem ap. non impe-
ditur. Si vero præcedat appellatio, non impedit, qa ap-
pellans, ne abſoluatur, appellat a futuro grauamine. ꝯ
id, de ap. vt debitus. ſi tñ iuſtam hẽt cauſam, non impe-
dit abſolutionẽ, ſed cãm deuoluit, vt dicit gl. Ad primũ
dictũ facit, ꝙ dominus par ius & c. de pę. diſt. 1. verbũ,
& vide quod dicam in c. paſtoralis, ſuper gl. hæc ratio.

ADDITIONES.

a ¶ Mora. Et per Cy. Bart. Bal. & do. Bar. de Saly. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, pleniſſime.

b ¶ Excommunicatorem. Quando intereſſe non poteſt æſtimari, ſuccedit pęna, vide gl. plene in c. coram, de off. del. & Bar. in fin. ff. de præt. ſtipu.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, & libertatis eccleſiaſticæ violatores excommuni cantur, & num. 2. 3.*

Libertas eccleſiæ in quibus conſiſtat, & qui eam violare dicantur, & nu. 7. 9.

Eccleſiæ vniuerſalis, & ſingularis priuilegia multa, & quæ, a quibus data, & dari poſſint.

Papa etiam in temporalibus caſualiter exercet poteſtatem.

2 *Ab ea communicatione huius cõſtitutionis, abſoluit epiſcopus & quos, facta ſatisfactione.*

3 *Conſiliarij pari pęna feriuntur, & qui.*

Ignorantia excuſat, & nu. 4.

Scribens ſententiam latam per falſas literas dicitur excommunicatus, in fi.

4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

Conſtitutio quando liget.

CAP. XLIX.

1 Nouerit C. † Excõicat hæreticos, & quoſdam
violatores eccleſiaſticæ libertatis. ſe
cunda principalis ibi, necnon fauto-
res. de his ſ. de hæret. c. 2. & ſ. eo. quantę. [Necnõ] repe
te, ſed excõicandi ſm Ho. [Libertatem] quæ cõſiſtit in
priuilegijs ꝯceſſis ſuper ſpiritualibus, vel tpalib. genera
liter, vel ſingulariter ſiue a Deo, ſiue a papa, ſiue ab alijs
principibus ſm Inn. Hoſt. & Abb. ſm quos a Deo multa
ſunt eccleſię conceſſa. ſed tangimus tria tantũ. Primũ
eſt illud, Quodcunque ligaueris ſuper terram &c. 23. q.
1. quodcunque, quod quantũ ad perſonam papæ exten
ditur ad interpretationem omnium dubiorum. ſ. qui
fi. ſint le. per venerabilem. §. rationib. Secundum eſt il-
lud, qđ decimæ, & primitiæ, & oblationes ad clericos
ſpectãt. hoc. n. a Deo cõceſſum intelligimus. 16. q. 1. re-
uertimini, quod dic, vt legitur, & notatur ſupra de deci
mis, a nobis, & c. tua. 1. Eſt & tertium a Deo cõceſſum,
ſcilicet, ꝙ eccleſia ſolas res eccleſiaſticas adminiſtret.
16. diſt. ſi imperator. ſupra de reb. eccl. non ali. cum lai-
cis. & ꝙ de ſpiritualibus ius condere, & iudicare poteſt.
96. diſtin. idemque, & cap. cum ad verum. multa & alia
priuilegia conceſſa ſunt a Deo clericis, quę continentur
in nouo & veteri teſtamento. A papa etiam multa pri-
uilegia ſunt conceſſa, ſicut eſt illud, quod qui in perſo-
nam eccleſiaſticam manum inijcit, eſt excommunica-
tus. 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente, & quod in legatis ad
pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, ſupra de teſta. relatũ,
ſecundum Innocen. quod dic, vt ibi nota. Multa & alia
priuilegia inuenies a vicario Chriſti conceſſa, quæ in iu
re canonico legi poſſunt. Ab imperatore etiam multa
priuilegia ſunt conceſſa, qui ſolus cum vniuerſis laicis,
& etiam clericis in temporalibus pręeſſe debeat, quò
ad ipſa temporalia priuilegium poteſt concedere gene
rale. 96. diſtin. cum ad verum. quod quandoque conce-
ditur loco quantum ad immunitatem, quandoque ec-
cleſię, id eſt congregationi fidelium. & quandoque ec-
cleſię Ro. ſiue etiam generali: quãdoque epiſcopis: quã-
doque perſonis eccleſiaſticis vniuerſis, vt colligitur C.
de epiſcopis & clericis. l. nemo. C. de his, qui ad ec. con
fu. pſenti. C. de his, qui in eccleſia manu. l. 2. in auth. vt
eccle. Rom. centum ann. &c. colla. ſecunda, & vt differ.
iudi. & de eccleſ. tit. collatio. 9. per totum. C. de ſacro-
ſan. eccleſ. & de epiſco. & cleri. in auth. de rebus eccleſ.
non alie. colla. 2. & vt clerici apud proprios epiſ. conue.
colla. 6. per totum. Multa & alia priuilegia in iure ciuili
ſparſa colligi poſſunt, quę nimis prolixũ eſſet per ſingu
la recitare. In ſupradictis omnibus priuilegijs intelligẽ
dum eſt hanc litteram locum habere. Sunt & alia priui-
legia ſpiritualia non vniuerſali eccleſię, ſed aliquib. ſpe-
cialibus ſeu ſingularibus eccleſijs, vel collegijs, vel per
ſonis cõceſſa ſiue a papa, vt ſupra, de priuilegijs, per to-
tum, ſiue ab imperatoribus, vel alijs regibus, ſiue princi
pibus mundi conceſſa. nã alij reges, & principes in his,
quæ ad ipſos ſpectãt, huiuſmodi priuilegia dare poſſũt,
vt patet in eo quod legitur, & notatur ſupra de reſtitu.
in integrum. auditis, ſupra de pręſcrip. auditis, ſupra de
fide inſtrumẽ. inter dilec. ſupra de decimis, dudum. In
quibus ſi quis contrauenerit, non incidit in canonem
iſtum, non enim qui facit contra libertatem iſtius, vel
illius eccleſiæ ſingulariter, dicitur propter hoc ſimplici
ter facere contra eccleſiaſticam libertatem, ſecundum
Innocen. cuius eſt mens totius iſtius gloſſ. quod autem
ſupra dixit quòd imperator ſolus præeſt temporalibus,
vt nota. ſupra eodem, glo. ver. ab imperatore, & ſequen
tibus, intelligas principaliter, ſiue generaliter, & regu-
lariter. Nã & papa etiam in ipſis exercet ſuã caſualiter
poteſtatem, vt not. infra eodem grauem, in prin. ſecun-
2 dum Hoſt. (infra duos) ſi poſt † ſatisfecerint, abſoluet
epiſcopus, quia papa ſibi non reſeruat abſolutionem. ſu
pra eodem nuper. & ſic dicit Guido Paduæ fuiſſe termi
natum. (Statutarios, & ſcriptores.) iudicantes ſecũdũ
ea, & iudicata ſcribentes ſtatim ſunt excommunicati ſe
cundum Hoſtien. nec excuſari poſſunt a toto, licet in-
terdum a tanto, ſupra, quod metus cauſa, faeris. Officia
les vero ſecundum Innocen. & Hoſtienſ. non ſunt ex-
a communicati, [a] niſi ſeruauerint, vel negligentes fue-
3 rint in eis delẽdis. (Conſiliarios † locorum.) ſi conſiliũ
dederint, quod ſeruentur. Idem dicunt quidam, & ſi de
derint contrarium conſilium, quia debent dimittere
dignitatem, vel officium, niſi deſtruant ſtatutum, ſi ha-
bent poteſtatem deſtruendi, ſupra de immun. eccle. ad-
uerſus. Primum dictum plus placet quò ad illos, qui

non habent poteſtatem deſtruendi. Innoc. facit Cle. de
vſu. ex grandi, verſ. eandem. Et dicit ipſe Hoſt. quod iſti
q̄que poſſunt habere excuſationē quo ad deletionē ſta
tutorū prædictorum, quæ ignorare pñt. ex quo vero cer-
tificati ſunt, & obedire neglig͠ut, conſtitutio illos ligat:
quod ferendū eſt ad ſanum intellectum & arbitriū bo-
ni viri, vt hoc. ſ. intelligatur, q̄ cito potuit bono modo,
conceſſo aliquo interuallo. Quid. n. ſi hoc primo ſciuit
de nocte, vel in feſto tam ſolemni, quod conciliū cōgre
gare non potuit, vel erat tunc infirmus? Hæc arbitrabi-
tur bonus iudex, ar. ff. de ſolutio. l. ratū, de dona. apoſto
licæ, ſm Inn. & Hoſ. [Publicam] ergo ſecus, ſi priuatam
ſcriberent, arguunt Ia. & Phi. ꝙ ſcribens ſñiam latā per
falſas literas ſit excōicatus. inducuntur ēt ſ̄. eo. quātæ.
4 2. q. 1. notū. ¶ † Secunda glo. ſignat ꝯtrium, & remittit.
¶ In gl. 3. [ibi conſcribunt] ad hoc de malefic. c. 2. in fi.
¶ In gl. ſic ſ̄. [ibi, ligat] & ſic hodie ligat cum iādiu fue
rit publicata. Alij exponūt poſt huius publicationem. i.
poſtq̄ in ſingulis fuerit publicata, quinimò, vt dic͠ut, fre
quenter eſt publicanda, ne poſſit allegari ignorantia. ſ̄.
de Iudæis, ita quorundā, & c. ad liberandam. Ignorans
enim hoc ſtatutum non videtur in excōicationem inci-
dere, quæ nō ligat niſi cōtumacem. 11. q. 3. nemo, igno
rans ēt non peccat. C. ne ſan. bap. l. 2. ff. de pe. abſentē.
1. reſpon. C. de ſica. lib. 1. ſup. de conſtit. c. 2. licet igno-
rās ius alia pena puniatur, de tēp. or. vel non eſt. ſup. eo.
cum illorum, in fi. & hoc eſt benignius ſm Hoſt. ſed pri-
mum verius, vt in ſeq. remiſſ. & in fi. [de hoc plene in fi.
6. li. ſuper data. ¶ In gl. [reſume. in fi.] vel dic vt ſ̄. dixi.

ADDITIO.

a ¶ Non ſunt excommunicati. Hoc verum, niſi tempore, quo ta-
lia edebantur ſtatuta, fuiſſent editioni præſentes. inf. eo. graue.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalarij Hieroſolimitani per iniectionē manuum abſoluun-*
tur a priore ſuo, excipitur, nu. 3. & 4.
Eorum magiſter etiā ab eodē abſoluitur, præceptores et prio-
res a quo, nu. 3.
Abſoluere quandoque quis poteſt, non autem ligare, exēpla.
Subditus abſoluit ſuperiorem hic.
2 *Ratio vbi eſt eadem, ibi idem ius, quo modo intelligatur.*
Religioſi pro iniectione manuum deficiente abbate, vel præla-
to ſuo a quo abſoluantur.
Epiſcopus in deficientis abbatis, vel prælati religioſorum locū
ſuccedit, & quo caſu hic.
4 *Abſolutio eſt fori pœnitentialis, & a presbytero faciēda, in fi.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Extenſio priuilegiorum ſit ad alios, iunge gloſſam.
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT L.

1 Canonica. C. † Statutū de regularib. excōi-
catis pro iniectione manuū per
prælatos abſoluendis, ad hoſpi.
Hieroſo. extenditur, vt ipſorū prior illos abſoluat. & pri
mo ponit antiquū canonem, quē ſecundo prorogat ibi,
Nos igitur. & no. ꝙ dirigitur magiſtro, & fratrib. hoſpi-
talis Hieroſo. per id, quod dicit Magiſtro, probatur, ꝙ
ipſe magiſter, qui prælatus maior eſt ordinis, & laicus,
ab ipſo priore pōt abſolui, licet ille ſibi ſubſit, & eſt ꝯ
eos, qui dñt, ꝙ epſ illum abſoluet. & de hoc in Specu. de
ſen. prola. §. vt aūt, verſ. quid ſi prior. nec ſequitur, ſi po-
teſt abſoluere, ergo ligare, quia iſtud eſt volūtariæ, illud
vero contentioſæ iuriſd. qđ patet ēt in legato de latere,
qui abſoluit non ſubditos. de off. leg. ope. Item canon li
gat de abſolutione ſic diſponens. Item reſtringēda ſūt
odia, & ampliandi fauores, de iur. odia, lib. 6. Itē ſcias,
2 quod † no. gl. ſup. eo. cū illorū. §. ſi vero, quod idem eſt
in tēplarijs. Hoſt. ibi contra, niſi illi ſimile habeant pri-
uilegiū. licet. n. vbi eſt eadem ratio, ſit idē ius: illud tñ
verum cum agitur de extenſione iuris cōis: ſecus, ſi de
prorogatione priuilegij. dixit tñ hic, & ibi, ꝙ oēs reli-
gioſi, deficiente abbate, vel prælato qui poſſit illos ab-
3 ſoluere, ad diœceſanū recurrunt [Percuſſerint] in † clau-
ſtro ſm Hoſt. & in his, de quib. loquitur capitulū, ſepta
domus ſumuntur pro clauſtro, licet aliud clauſtrum nō
habeant, de vi. & ho. cler. qm. ſup. eo. ex tenore. Si ergo
percutiant extra clauſtrum, vel prædicta ſepta, abſoluet
epſ ſm Hoſt. & facit quod dixi in 1. gl. Guil. aūt in Spe.
de ſen. prola. §. vt aūt, ver. quid ſi monachi. dicit, ꝙ reli
gioſi extra clauſtrū ſe pcutiētes abſoluentur a papa, opi
nionē Abb. vide ſup. eo. cum illorum. §. ſi vero [Priore.]
4 non † dixit, priores, per quod dixit Hoſ. hoc eſſe ſpāle pri
uilegiū cōuentus vltramarini. in alijs ergo locis ſm eū
recurretur ad diœceſanum, nec poterunt abſoluere ſin-
gulares priores, vel præceptores manſionum, niſi aliud
haberent priuilegium. recurretur ergo ſm eum tunc ad
diœceſanum. remit. ad no. ſup. eo. de monialibus, & cū
illorum. §. ſi vero clauſtralis. [Presbyter] quia alias non
poſſet abſoluere ſm Hoſtien. cum abſolutio ſit fori pœ-
nitentialis. remittit in hoc ad ea, quæ ſm eum dixi ſup.
5 eo. a nobis. 2. ſup verſ. apud eccleſiā, & c. nuper. ¶ † Gl.
3. ad hāc extēſionē alle. quatuor ſimilia. ¶ In 3. gl. [ibi,
ſi ſponſa] priuilegiū, qđ hēt vxor in dote habet ēt ſpon-
ſa, quæ dotem dedit, ſed non nupſit, vel erat mort
ra. [Et ibi, oratio] vide de ele. in cauſis, in gl. hic habes.
[Et ibi, lex] Iulia. vide de iureiu. cū ꝯtingat, ſup gl. ſcda.
6 ¶ † In gl. 3. [ibi, ex parte] vbi de hoc. [Et ibi, iter] vbi de
hoc in gl. qđ dictū. ¶ In gl. pe. [in fi.] & hoc adde qđ ibi
a no.ᵃ in gl. ar. ꝙ. cauſa, in fi. quā gl. quidam non habent.

ADDITIO.

a ¶ Quod ibi, no. Iſta gl. ſentit, ꝙ licet laicus ſit incapax clauium,
tamen clerico ēt non ſacerdoti conuenire poſſūt, quod eſt no.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, vel ſuſpenſus ob ſcandalum vitandū abſol-*
uitur & quo modo.
Inductio quibus modis fiat.
Cogendi qui.
2 *Diſpenſatio fit interdum ex temporum, & perſonarum & c.*
qualitate.
Circunſtantia quæ aliud ſuadent, quādoque faciendum facilius
tolluntur, quam ſubſtantia, num. 4.
3 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum.*
De forma quod eſt, non ſequitur eſſe de ſubſtantia.
Subſtantia rerum difficilius tolluntur, quam formæ, vel circū-
ſtantia.
5 *Iuramentum an ſit de ſubſtantia abſolutionis.*
Iuramentum quoddam formæ, quoddam obedientiæ, ad hoc
non tenentur religioſi.

CAP. LI.

1 Super eo. C. † Excommunicatus, vel ſuſpenſus
propter ſcandalum vitandum abſol
uitur per manualem promiſſionem
ſine iuramento. Communis diuiſ. ſecunda ibi, hoc tibi.
[Nolunt] aliquo modo, nec poſſunt ad hoc induci pre-
cibus, minis, vel terroribus: alias eſſent cogendi, vt ſe-
quitur [Reſpōdendum] de iure, quia quo ad contrariū
ſenſum verbum, ius commune continet hæc litera, ſed
quo ad caſum abſolutionis hac vice præſtandæ conti-
net gratiam ſecundum Hoſtien. [Induci] ergo ſecus, ſi
poſſunt induci. [Hac vice] ergo non alia (Manuali) nec
2 mireris, ſi ſic † diſpenſamus hoc caſu, cū interdum &c.
ſic continuatur ſecundum Hoſtien. [Et temporum] ſup.
& perſonarum, & cauſarum. 29. diſtinctio. cap. primo &
ſecundo, & per alia iura, quæ alleg. gloſ. [Seueritati]
ac ſi dicat de rigore iuris aliud cenſendum. Remit. Ho
ſtien. ad ſumm. eodem tit. §. & qualiter hæc abſolutio,
3 ſub §. primo. ¶ † gloſ. arguit pro opin. ſua, &c. & remit-
4 tit. ¶ † In gloſ. 2. [ibi ſubſtantia] licet enim ſit de for-
ma, non ideo ſequitur, ꝙ ſit de ſubſtantia, & facilius tol
luntur formæ vel circunſtantiæ rerum, q̄ ipſæ rerum ſub
ſtantię. ad hoc, qđ dicimus de pacto, vel conſuetudine,
per

Digitized by Google

perquæ tollitur primū, ſi non ſũt, vt patet de conſue.c. 3. ab. & ĩ de cõmo.c.vno, de depo.c.1.[Et in ſi.]Ho.
5 dicit † probari contrarium, maxime per cõtrariũ illius litteræ, & quia manualis obediẽtia ſuccedit hic loco iuramenti, & quia hoc ſit de mandato papæ. Ad primum de his, quæ ſi.a prœl.cum apoſtolica, in fine. Ad ſecũdũ. ĩ.de voto, magnæ, verſ.cum igitur. Ad tertiũ, quod no. eo.tit. ſi aliquando. nec obſt. ſecundum eum. de ma.& obe.cũ in eccleſijs, ver.& ne de ſua. vbi videtur innui, ꝙ ſi ſit arbitrarium recipere iuramentum, vel non, quia ibi non loquitur de iuramẽto formæ, quia iam illi preſtiterãt coram papa tempore abſolutionis, ſed de iuramẽto obedientiæ, ad quod nõ tenẽtur religioſi niſi ex cauſa, ſed ſufficit manualis promiſſio. eod. tit. legebatur.

S V M M A R I V M.

1 *Abſoluitur quis ad cautelam a ſuſpenſione præſtito iuramẽto, cum de viribus ſententiæ dubitatur, & cur fiat, num. 2. tunc iuratur conditionaliter, alias vero pure, nu. 2.*
Epiſcopum ſuſpendere non poſſet officialis archiepiſcopi, qui ſit præſens.
Relaxatio ſuſpenſionis ſit, non generalis interdicti in locum.
3 *Epilogus, & additio glaſſarum.*
In ſuſpenſionis venia, vel interdicti relaxatione inuetur, & in quo quare ſit abſolutio neceſſaria.
Interdictum quoddam fertur a iure.

C A P V T LII.

1 Venerabili C. † Præſtito iuramento abſoluitur quis ad cautelã, cũ de virib. ſñiæ dubitatur. [Turonenſis] metropolitani ſui, qui illũ ſuſpẽderat. [Archiepiſcopo] officialis ipſius ipſo præſente epm ſuſpendere non poſſet. ĩ.de of.ord.c.1. in ſi.lib.6. [Relaxauimus] hæc relaxatio loci non hẽt in generali interdicto prolato in locũ.
2 ĩ.eo.præſenti.lib.6.[a] [Ad cautelã] ſ. vt † poſſit cõicare
2 ſacris & eccleſiæ negocijs intereſſe, nõ ad hoc vt poſſit agere: non.n. in hoc eſt ſimilis excõicato, de quo ſpecialiter prohibitum eſt propter periculũ participationis. de exceptio.c.ſi. Inn. [In pręſentia] quod dic vt ĩ.eo. venerabilibus, li.6. [Corporaliter] cõcor. de pur.can. quotiens, vbi videas. [Si conſtiterit.] in abſolutione ergo ad cautelã præſtatur iuñn cõditionale, & in hoc differt ab
3 alijs, in quibus præſtatur pure. ¶ † Prima gl. cãm reddit, obijcit, & ſoluit. ¶ Vlt. gloſſ. quærit, & tripliciter ſoluit.
4 ¶ † In gl.1. [ibi, notabile.] qđ forte alibi non reperies. La eo. [& in fin.] ad idẽ ſ.c.proxi. Dicebat Inn. hoc verũ de ſuſpẽſione vel interdicto lato ab hoie. Sed ſi eſſet interdictum latum a iure, vt in ſimoniaco. vel notorio fornicatore, licet ſit neceſſaria diſpẽſatio, vt in fornicatore, vt not. de coha. cle. & mu. ſicut, & in ſimoniaco manus impoſitio, & diſpẽſatio. 1.q.1. ſtatuimus: nõ tñ credit, ꝙ nedũ iuñn, ſed ẽt aliqua abſolutio ſit neceſſaria ꝯrium dixi in p̃.decr. ſicut, vbi vide in gl.no.hic, circa mediũ ceſſabit ꝯrium, ſi hoc intelligatur, vt ibi diſtinxit. Fallit hoc in excõicato minori, quia abſoluitur. ſ.e. nuper, ad fi. & tñ eſt ſuſpẽſus vt ibi eoicando ſcienter. Si aũt aliqs ẽt ab homine ſine culpa interdictus eſſet, & hoc cõſtaret, nec iuñn, nec abſolutio eſt neceſſaria. non enim ligatus eſt apud Deum. in dubio ſecus, vt hic, ſm Innoc.

A D D I T I O.

a ¶ Li.6. Et an teneat ſñia, ſi cõtra faciant, vide in gl. licet de iure.

S V M M A R I V M.

2 *Pratore auctore quod fit, valet interdum, quod non valeret.*
Poſſideri iuſte quod dicatur, & qđ male, vel iniuſte, n. 3. §. 1. 2
3 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XII.

1 Ius dictum. Non † loquitur hic Iſidorus de iure gñali, qđ legibus, vel moribus conſtat, de illo. n. dicit, ꝙ di
ctū eſt ius, quia iuſtū eſt. hoc patet 1. diſt. c. 2. & 5. Eti-
mo. 2. c. ſed ſumitur pro iure, qđ ꝯpetit priuato in re ali
qua. vnde textus Iſidori ſic iacet lib. 5. c. 24. de hæredi-
ta tib. in prin. res in noſtro iure ꝯſiſtunt. Iura aūt ſunt, q̃
a nobis iuſte poſſidētur, nec aliena ſunt, dicta eſt autem
res a recte habendo, ius a iuſte poſſidēdo, hoc. n. &c. vt
ſequitur, vnde nimis fuit deciſum, multas ſignificatio-
nes huius verbi, ius, dicā de reg. iu. li. 6. ſuper gl. Rubri-
2 cæ, in fi. [Iuſte, qđ bene.] puta † auctore p̃tore. ff. de acq. 3
poſ. iuſte. eius. n. auctoritas interdū facit valere, qđ non
valeret. ff. qđ cū fal. tu. l. 1. & excuſat ab infamia. ff. de
his, qui no. infa. l. furti. §. qui iuſſu, & quocunq; mō non 4
ꝯ Deū, & iura acquiratur tpalis res, poſſidetur iuſte. pa-
tent exēpla inſti. de rerū diui. & ff. de acqui. re. do. Spiri
tualia vero nunq̃ ſine auctoritate iuris, vel ſui eccleſiaſti
3 ca iudicis. ſ. c. 1. Hoſt. ¶ † In gl. 2. [in fi.] ſm Aꝛ. ¶ In gl.
1. [ibi, auari.] vel prodigi, & de vtriſq; no. ſ. de conſue.
c. pe. ¶ In gl. vlt. [in fi.] vt ſ̃pdo, & ſ. de rapto. c. 1. & per
totū. l. 1. ſubripit vt fur. ſ. de fur. q cū fure, vel iniuſte reci
pit vt vſurarius. ſ. de vſu. ꝯſuluit, & per totum ſm Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio large, & ſtricte quemadmodum accipiatur, quando debita, & a quibus.*
2 *Epilogus. & ſuffragium gloſſarum.*
Per ſeruum hæreditarium quæritur hæreditati, non adit tamē hæreditatem ſine domini iuſſu.
3 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XIII.

1 Cauſa Se ſummat. [Offerunt.] in † vita, vel in morte. ſ. de ſepul. de his. & ſm hoc generaliter ſumitur hoc verbum, oblatio. ſi
ſ. eo. cū inter. ſtricte vero dr̃ oblatio id, quod in miſſis
offertur ſacerdoti, quæ debita eſt in præcipuis feſtiuita
tib. ſ. de paro. vt dominis, & ad huius æſtimationem te
nentur etiam infideles. ſ. de vſur. quāto, ad fi. ſm Hoſt.
2 ¶ † Gl. 2. quærit, & tres op. ponit. ¶ In gloſ. 2. [ibi, obti-
net.] in multis, ſed non in omnib. vnde per ſeruum hæ
ditarium hereditati acquiritur, tñ ſeruus inſti. non tñ
2 adit hæreditatē, quia in adeūdo requiritur iuſſus ᵃ dñi.
3 ¶ † In gl. 2. [in fi.] de hoc 12. q. 1. expedit, & 16. q. 1. quo
niam quicquid. vide quod ſcripſi de cauſa poſſ. cum ſu-
per, in magna gl. ¶ In gl. 3. (in fi.) & 14. q. 5. in ſumma.
¶ In gl. vlt. [in fi.] & ſupra de pec. cler. c. pen. in fi.

ADDITIO.

a ¶ Iuſſus. Vt in l. hæreditas in multis, ff. de acqui. re. domi. & vide
in l. ſi quis mihi bona, per totum, ff. de acqui. hær.

SVMMARIVM.

1. *Vngere ſolus ſacerdos infirmum pōt, quod eſt vnum ex. ſeptē ſacramentis, tunc an pluribus opus ſit ſacerdotibus, num. 4.*
Mathiæ apoſtoli vigilia, & feſtum anno biſſextili quo die ſeruanda, & nu. 1.
2. *Vigilia ſanctorum ſi contingat die dominica. quando facienda.*
Biſſextilis dies pro vno cum præcedenti capitur, & qui ſoluit in ſecundo dicitur antecedenti die ſoluiſſe, in fi.
3. *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
Anni ſpecies. vel genera multa & quæ, quando incipiat, & quando finiat.

CAPVT XIIII.

1 Quæſiuit C. Solus † ſacerdos vngere pōt infirmum, ſecundo dr̃, ꝙ anno biſſextili circa diem ſancti Mathiæ feſtandū
ſeruetur loci conſuetudo, dum tamen vigilia continue-
tur feſto. ſecunda ibi, feſtum. [Inungere.] ſ. oleo, & eſt
iſtud vnum ex 7. ſacris eccleſiæ, de hoc plene ſ. de ſa-
2 cra vnc. c. vno. [Dominica.] dicit Hoſ. ꝙ in † anno biſex
tili vigilia huius apoſtoli nō pōt obuenire dñica, quia ſi
tunc occurrat in Calēdario feſtum in die Lunæ, ea die
erit vigilia, & ſcđa erit feſtū. Si in die dñica, tūc nō ob-
ſtantib. verſib. hic poſitis, prima die erit feſtum, & pro-
ximo ſabbato vigilia. & dicit, ꝙ nec valet ꝯria ꝯſuetu-
do. Hoc ergo, vel illud ſi accidat inter diē feſtum, & vi-
giliam, nō erit dies intermedia. in alijs vero feſtis cū oc
curreret vigilia in dñica, fieret, qđ hic dr̃. vigilia ergo
ſcripta bñ poſſet obuenire in dñica, & ſic loquatur hic.
[Celebretur.] deb. n. ipſius apli, licet forte fuerit feſtum
vigilia ieiunari. ſ. de obſer. ieiu. c. 1. [Pro vno.] p hoc di
xit Vin. eū, qui illo die ſoluere debebat, excuſari, ſi ſol-
uat in ſcđo. [Teneatur.] niſi occurreret in die dñico, vel
3 die Lunæ, vt dixi ſm Hoſt. ¶ † Gl. 1. ſignat ꝯriū, & ſol
uit. ¶ Gl. pe. ſignat ꝯriū, inſtruit in cognitione biſſexti.
Quærit, arguit negatiue. ponit ꝯriam op. Ia. quam ap-
4 probat. ¶ † In gl. 1. [ibi apoſtolo] Iacobo. 5. & ſ. de ſacra
vn. c. vno, in prin. (& ibi, numerus.) & ſ. de reg. iu. plura
lis, lib. 6. (& in fi.) vel dic ſm Hoſt. ꝙ in auctoritate Iaco
bi pluralē reſoluūt in ſingulare. Ia. dicebat, ꝙ illud intel-
ligitur diſtributiue in quibuſdam locis, vt Paduæ ſerua
tur ad literā, ꝙ plures presbyteri conueniunt ad vnctio-
nē extremam, vnus tamen inungit, alij r̃ndent. ¶ In gl.
pen.

Digitized by Google

pe.[ibi ſolaris.]ad dĩam † lunaris, q eſt vnius mẽſis, vel
intra quod luna ambitum cęli luſtrat. Vnde Græce lu-
na dr̃ mene, curſus aũt Martis fere biennium tenet. Io-
uis ſtella annos ſolares 12. Saturnus vero annos 30. in
circuitione conſumit. eſt enim proximior firmamento,
& ſic circulo maiori diſcurrit. econtra luna inferior mi
nori currit circulo, ſol autem inter 7. ſtellas, vel plane-
tas numero medius eſt, ſed non dimenſione annus aũt
mundalis dr̃ finitus, cum omnes ſtellæ, & omnia ſidera
a certo loco ad eundẽ locum ita remearint, vt nec vna
quidem ſtella alio loco ſit, q̃ tunc fuit, cum motum fece
runt, quod ſm̃ huius rei peritos poſt annorũ 15. millia
peracta continget, qui, vt dicunt, ſi verus annus ſm̃ iura
diſcernitur, non ſm̃ vnius aſtri curſum, ſed ſm̃ omnium
aſtrorum, q̃ in quocunq; cœlo ſunt, reditum ad locum,
quo exierint, iudicandus eſt, quia vero expeditius eſt,
quod per ſe patet, annum recipi ſm̃ ſolis curſum, iõ vſus
oĩum hunc curſum recipit, qui fuit etiam philoſophis in
diſcernendo facilior, vt dixi in cle. ad quam ĩ. remittã.
curioſus ẽt in his videre poſſet Macrobium ſuper ſom-
nio Scipionis. lib. 1. c. 19. li. 2. c. 11. & vlterioribus. vbi in-
uenies, ꝙ ſtellę non vagæ, ſed fixæ ita tardum habẽt cur
ſum, ꝙ homo illum in ſui principio ætatis inſpiciens, ẽt
in ipſius ætatis termino illarum motũ non perciperet ã
loco primo fuiſſe, ibi ẽt inuenies, ꝙ annus ſolaris, vel a-
lius non hẽt certum principium. vnde non ſolum Calen
dis Ianuarij, ſed ẽt in quolibet die, vel puncto inchoa
& finitur, huius ratio, quia per circulũ currit, cui deeſt
finis, & principium[& ibi ſtatuit.] niſi ſic fieret, princi-
pium hyemis, quod habemus 8. exeunte Nouembri, p
curſum 368. annorum haberemus in principio veris, qđ
eſt 6. exeunte Februario. & ſic de ſingulis. illis vero an-
nis duplicatis haberemus principium hyemis in prin-
cipio æſtatis, quod eſt 8. exeunte Maio. Si vero ſingulis
annis daremus Febrũa. 29. dies, haberem̃us primum in
123. annis, ſm̃ in 248. vnde ſcias, ꝙ ante tempora Iulij
Cęſaris, & Numæ Pompilij quilibet menſis occurre-
bat quandoque in hyeme, quandoque in æſtate. de quo
vide in cle. de reliqui. c. vnic. §. licet, in gloſſ. Calenda-
rum[& ibi, Calendas.] de his plene no. in ſi. 6. libri, ſu-
per data[& ibi, minorem.] vide quod no. ff. de diuer. &
1 tem. præſ. l. 2. in vlt.ª gl.[& in fine.] idem no. 55. di. c. 2.
ar. contra. ĩ. tit. 1. c. penult. Hoſt. ibi dixi in 1. gl. & vide
quod dicam, de re iud. c. 1. lib. 6. ſuper gl. ex tunc.

ADDITIO.

¶ Glo. Ibi etiam vide Bar. in l. cum bis ſextus, ff eod. tit & vide gl. quæ incipit quid dicas, in cap. ſi propter, de reſcriptis, lib. 6. & in illa vide extenſionem contra l. 4 §. Stichus, hic in gl. pro contrario alle. quod hæc gl non ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia definitiua per verbũ, ſtatuo, & præcipio, profertur.*
2 *In ſingulari numero olim dictabatur, poſtea ſuperbiti iudices vtuntur ſemper plurali.*
Super interpretatione fertur definitiua in præſentia partium, ſine tamen litis conteſtatione.
Quę pertineat ad principem, nu. 3. §. 2. & nu 4.
3 *Epilogus, & ſuffragium.*
Reſtituendi verbum plenam habet ſignificationem etiam fructus comprehendentem
Reſtitutus etiam recuperat patriam poteſtatem.
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XV.

In his. Per verbum, ſtatuo, & præcipio, diffinitiua
profertur. 2. ibi, Attendentes.[& infra.] cõ
tinebat deciſa, ꝙ recurrẽdũ erat ad Papã.
[Eodem] forſan conuerſi, & familia hoſpitalis non reci
piebant illum pro magiſtro, forſan fuerat electus ab ab-
bate Sancti Simpliciani. facit decre. de arbi. cum olim,
& antiquam, in fi.[Præcipio.] iudices † noſtri temporis
hodie ſuperbiti vtuntur ſemper plurali. concord. ad hoc
de off. dele. cum in iure.[Significat] tñ interdum poni-
tur conſultiue. ĩ. de off. dele. ſuper quæſtionum. §. verũ.
[Diffinimus.] no. ſuper interpretatione diffinitiua ferri,
& partibus præſentibus. de hoc dicam ĩ. e. ca. proxi-
mo, non tñ requiritur conteſtatio litis, ſm Inno. ne lites
oriantur ex litibus. C. de fid. inſtr. l. ii. de re iudi. inter,
& c. ſuborta. Hoſt. in an. continet. t, ꝙ appellatum fuit
a ſententia, ꝙ non obſt. ap. papa ſententiam confirma-
3 uit. ¶ † Gl. 1. reſpondet per ob. & no. & remittit. ¶ In 1.
gl.[ibi. §. 1.] incipit, ſi arbiter. vide de accuſ. c. 3. & ſu-
per vl. gl.[& ibi, præſes.] canonizata in præ. §. In glo. 2.
[ibi, in fauiana.] verbum, reſtituas, plenam habet ſigni
ficationem etiã quo ad fructus.[& ibi. l. vlt.] reſtitutus
recuperat etiam patriam poteſtatem. ¶ In gl. vlt.[ibi,
l. 1.] ſolus princeps interpretatur inter ęquitatem, & ius
ſcriptum.[& ibi, quoties.] vide in c. 2. alle. ſuper gl. ſic.
ff.[& ibi, de verbo, obl. quoties.] 6. de priuil. in his ſuper
4 vlt. gl. ¶ † In gl. vlt.(ibi. l. 1.) vbi de hoc, & 11. q. 3. §. ex
his. & de poſtu. c. 1. qa decretalis iſta fuit vltima cõpil.
ſecunda. Tan. narrato, ꝙ interpretatio generalis & ne-
ceſſaria ſpectat ad papam, & ꝙ iudex eadem die inter-
pretari, & ſuppl. re poteſt, ſubdit, & ſummus interpres
eſt Deus, qui apoſtolo teſtãte. 1. ad cor. 2. poſt prin. gra-
tiam interpretandi, cui vult, concedit, & ſic concludit
ſibi referẽdo honorem, & gloriam per ſecula ſeculorũ,
& vide qđ dicam ĩ. eo. abbate, in fine poſt gloſſas.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum verba largiſſime interpretanda, & manifeſtanda ſemper, nu. § 1.*
An ſit appellandum benificium. nu. 9. §. 2.
Eius deſcriptio n. 10.
Per ipſum fruſtra impetratur, quod iure cõi conceditur. ibid.
2 *Manualia bifariam accipiuntur, & qualiter hic.*
Priuilegii acceptio varia, nu. 4. & 8. §. 1. & nu. 10.
3 *Moliri, ſonat in vitium.*
Dubitandi ratio quæ hic erat, & nu. 8.
4 *Interpretatio, & modificatio an & quę fiat partib. pręſentib.*
Priuilegium facit quem cenſeri præſidentem, nu. 5.
5 *Priuilegiati percipere debent id omne, quod percipitur a præſentibus.*
Impropria locutio ad dictio. iniunximus.
6 *Epilogus, ſuffragium & ſuppletio gloſſ. nu. 7 8.*
Decretalis huius intellectus quis, & nu. 9. & ſupra 2.
9 *Beneficium multis ſumitur modis. §. 2.*
11 *Reſcriptum quid dicatur & ad quid impetretur.*

CAPVT XVI.

1 Olim. &c. Ca. † Verba priuilegiorũ ſunt inter-
pretanda largiſſime, & primo ponit man
datum. ſecundo ipſius interpretationem,
& eius cauſam. 2. ibi, quia vero. & erat olim ſub ti. de re-
ſcri. p.(De cõi.) forte tunc nil erat in eccleſia illa diſtin-
2 ctum.(Manualia.) non † vocat hic manualia, quas voca
mus diſtributiones, ſed præbendam, quæ ſingulis dieb.
dabatur, canonici enim præſentes, ẽt ſi diuinis non in-
tereſſent, tñ ſingulis diebus habebant de pane, & tñ
de vino, & de pecunia, & forte certis temporibus certũ
quid pro veſtib. Iſta ergo manualia ęſtimabantur, & iũ
gẽtur cũ ſumma veſtitus, & hęc perciperet priuilegiatus,
ne in tali eccleſia ſit ſibi inutile priuilegiũ. & hic põt eſ-
ſe verus intellectus, ad quẽ facit finis decre. ſm Hoſt. &
facit qđ no. de ſb. licet. in ſi. 1. glo. alias dici oporteret,
qđ ſic placuit papę, vel dic, vt dicã ſup 1. gl.[moliũtur.]
3 ſonat † in vitium pro machinatione, vel ingenioſo co-
natu, & ſcribitur per vnicum l, deriuatur enim a moles.
non a mollis, concor. de elect. quorundã, lib. 6. forſan
dicebant eos non debere habere manualia, quæ cõſiſte
bant in denarijs, vel forſan, quod illa ſola debebãt hre,
vel his ſimile. & concor. ĩ. de priuile. in his, de decimis,
4 ad audientiã.[Beneficia.] no. quod † priuilegiũ hic dr̃
bene-

Digitized by Google

beneficium. & facit quod dicam ſuper vlt. glo. [A periē
dū.] ſit hic īterpretatio aduerſa parte abſente. & ꝯ. ſ. c.
proxi. ad finem, dicebat Inn. ꝙ eſt modificatio, & inter
pretatio. modificatio non debet fieri niſi partibus p̄ſen
tibus & conſentientibus. ſ. de decimis, nuper. q̄uis, ſi cō
ſentire nollent, eis inuitis dans priuilegium ex iuſta cā
illud modificare poſſet, ar. ſ. de exceſ. præ. c. 2. vt ec. bñ.
c. vno, in fi. nec ob. de decimis, ex parte. 1. quia ibi non
fuerunt modificata priuilegia, ſed dabat papa magis
modificata priuilegia monach. quam prædeceſſores fe
ciſſent, nec fiunt iſtę modificationes lite penden. nec
niſi ad petitionem, quorum intereſt, vt lit. pen. dilectus,
de teſti. cauſam. Interpretationes vero fiunt interdum
petente illo, cuius non intereſt. ſ. tit. 1. inter, de ſimo. p
tuas, & ſi in hac non ſemper ſeruatur ordo iuris, non eſt
mirādum, cum interdum veniat ibi iuris notorium, ſe-
cundū Inn. de interpretatione aūt dic ſm eum, & Hoſt.
quod quandoque fit extra iudicium, qñ. ſ. quæritur de
intentione papæ, & hic non eſt neceſſe partes citari, &
tamen præiudicium facit, & de tali loquitur hic, & in-
fra eodem, cum tibi, & cap. dilecto. §. auctoritate, & ca.
tua nobis, quæ potius dicitur declaratio, quam interp̄-
tatio, arg. ff. de teſta. hæredes. §. 1. quandoque etiam fit
ſuper alio dubio. & tunc ſi motum ſit dubium inter par-
tes, & in iudicio, nunquam debet fieri niſi partibus præ
ſentibus, & hēt hoc accidere, ſiue quęratur de dubio ſen
tentiæ inferioris iudicis ī. eo. ex parte 2. quia ille iam
functus ſuo officio, ſiue bene, ſiue male non bēt ſe am-
plius intromittere, ar. in eo, quod le. & no. ſ. de off. dele.
in literis, in fin. ſiue de dubio compoſitionis. ſ. de deci-
mis. ex multiplici, ſiue de dubio priuilegij, ī. eodem, ex
parte 1. & c. cū olim, & c. abbate, ſiue de dubio ſtatuto-
rum. infra eo. ex par. 2. & talis interpretatio ſemper fie-
ri dēt præſentibus partibus, cum præiudicet. & ſit diffi-
nitiua, vt ſ. c. proxi. ver. ſi. & ſi aliter fiat, & ſic ſubrepti-
cie, puta quia de lite pendente non fit mentio, non va-
lebit, arg. in eo, quod legi. & no. ſ. de priuil. dudum, &
ſ. de teſti. cauſam quę. 2. §. 1. ſ. vt lit. pen. ca. fi. vel aliter
qualitercunq; infra eod. venerabili. Sin autem ex certa
ſcientia procedat, non poſſumus ei dicere, cur ita facis.
19. di. in memoriam, valebit ergo omnino, & ſi præiudi
cet. ſ. de off. or. duo ſimul, & eſt caſus expreſſus ſ. de cē.
quanto. §. 1. quod ſi ab alio iudice fieret, non valeret. ff.
de re iu. de vnoquoque. ſ. de offi. archi. ad hæc. §. fin. &
ar. ff. quis ordo in bo. poſ. ſerue. l. 2. §. 1. & 2. Eſt & alia in
terpretatio, quæ fit ſm própriam verborū ſignificatio-
nem, & hæc ēt omnib. præiudicat, & ius facit, ex quo fit
a principe, ſiue fiat in iudicio, ſiue extra iudiciū, vt pa-
tet ſ. eo. c. 1. & 2. & ſequentib. & ī. eod. cum clerici, & c.
ſeq. & c. ſuper quibuſdā, & cap. nouimus, & in multis a-
lijs c. huius tituli. [Et veſtitu.] forte alterū volebant de
5 trahere, vt ſ. dixi. [Plene] hoc † teneas, ꝙ priuilegiati
id percipere debent, qđ præſentes percipiunt, licet diui
nis officijs non interſint, vt ſic priuilegium faciat eum
cenſeri reſidentem, licet non diuinis intereſſentem. ſup
quo vide qđ no. de cle. non reſiden. cap. vno, li. 6. in gl.
no. qđ ex alijs, ex iſto relatiuo iuſtificare potes lecturam
de qua dicā ſup 1. gl. [Iniunximus.] i. iniunxiſſe intelle-
6 ximus, ſ. per prædictū mandatū Hoſt. ¶ † Gl. 1. reſpon-
det per quæſtionem, quare conceſſum fuęrat, &c. & re-
ſpondet tripliciter. ¶ Vlt. gl. alle. 5. concor. & 6. contra
7 ria, quærit, & ſoluit. ¶ † In tertia gl. [ibi, in prætorijs.] vi
de in c. proxi. alle. ſuper gl. no. ꝙ In gl. vlt. [ibi, ſi quū.] vi-
de de ele. ex cauſa, ſup gl. antepe. ſæpe. [& ibi, quot.] vi-
de de teſti. cām. 2. ſuper gl. [& ibi, merito.] cum permit
tit p̄tor aliqd in publico fieri, intelligendum eſt ſine al
terius iniuria. [& ibi, inter ſtipulantē. §. r.] vide de iudi
8 cijs. c. 1. ſuper gl. 2. ¶ † In gl. 1. [ibi, interpretatione.] im
mo nec fuiſſet locus priuilegio, poſſet ēt dici, qđ pręſens
erat, qđ probat relatiuum, Alijs, vt dixi in tex. in fi. & ali

quod ſtatutum, puta primæ reſidentiæ, vel ordinatum im
pediebat eum, ne prædicta perciperet, vnde impetrauit
hoc priuilegium, & ſm hoc ſine calumnia, procedit de-
cre, & hoc plus placet, quam quod no. de cle. non reſid.
c. vno. lib. 6. in gl. pen. alias dici oportet, quod decre. nō
habet rationem, niſi quia ſic placuit papæ, vel expone-
re manualia, vt dixi in tex. ¶ In gl. ſcd'a, [in fin.] qđ dic
9 vt de cler. non reſid. c. vno, lib. 6. & ad intellectū † huius
decre. vide quod ibi no. in gl. pe. Innoc. remittit ad ca,
quæ no. de præb. dilectus. ¶ In gl. 3. ibi. ca. 1. vbi de hoc
¶ In gl. vlt. [ibi, quod dilectio.] vide quod ibi no. & de
priuil. quia circa, in vlt. gl. & de tranſla. c. vlt. in glo. vlt.
ad intellectum quarum gloſſarum, & iſtius, & eorū, quę
no. poſt Inn. & Hoſt. & Compo. ſ. de reſcrip. cauſam q̄.
ſciendum eſt, quod quidam reprehendunt gloſſas, quę
priuilegia contra ius conceſſa vocant beneficia, dicen-
tes, ꝙ beneficia proprie ſunt liberalitates & gratiæ pę
ter ius. & pro his facit de dona. cum dilecti, vbi ponun-
tur illa verba, quæ hic. & loquitur ibi de don. gratuit.
Sed gloſſæ prædictæ defenduntur per hūc tex. & per de
cre. ordinarij. §. ſi vero, de offi. ord. lib. 6. vbi diſpenſa-
tio ſuper pluralitate dr̄ beneficiū. Sciendum eſt tñ, ꝙ be
neficium vt genus dicitur beneuola actio gaudium tri-
buens capienti, vt dixi ſ. de pœnis, ad aures. ſed iſtud di
uiditur in beneficium ſtricte ſumptum, & ſic ſumit no-
men ſpeciei, vt de iuriſdictione, & adoptione dicitur,
ff. de iuriſd. omn. iu. l. 3. ff. de adop. l. prima. Item in pri-
uilegium. Item in reſcriptum. beneficium autem vt ſpe-
cies ſtricte ſumptum eſt actio beneuola præter ius. vnde
donatio beneficium dicitur in præ. c. cum dilecti, & cō
modatum, de commo. ca. vno, in fi. de hoc loquitur C.
de bo. va. l. 1. lib. 10. ſ. quando princeps, cui delata ſunt
bona vacantia, illa confert alicui. & hanc interpreta-
mur largiſſime, vt ſcilicet illa bona habeat non ſolum li
bera, ſed cum inſtrumentis, & omnibus appendicijs, &
a adiacentibus. ª hoc tamen regulare fallit in literis be
neficialibus, quod dic vt de præb. quamuis alias, lib. 6.
10 ¶ Priuilegium † dicitur lex priuata, infra eodem, ab
bate, cum cōcor. & dicitur ius priuatum, vel ſingulare,
quia eſt contra ius commune. ff. de leg. ius ſingulare. ff.
ad munic. l. 1. in fi. vnde, vbi ſcriptum eſt ius commune,
a quo princeps aliquem eximit, illud eſt priuilegiū pro
prie, & dicitur actio bona contra ius, & ſic ſumitur ſ. de
priuile. per totum, & ideo dicitur, quod iure cōi compe
tit, fruſtra per priuilegium impetratur. C. de theſa. l. 1.
lib. 10. in iſto procedit, quod no. & dixi in gloſſis, ad q̄
remiſi in prin. ſ. quòd contra concedentem fit larga in-
terpretatio, contra alios, quorum ius læditur, ſtricta, dū
modo aliquid conferat, de priu. paſtoralis. ff. de leg. qđ
vero, ita tamen, quòd a verbis non receditur, vt dixi in
11 præceden. decre. cauſam. ¶ Habemus † reſcriptum, qđ
dicitur bona factio ſecundum ius. & ſic ſumitur ſ. de re
ſcrip. & C. de diuer. reſcrip. in rubro, & nigro. impetra-
tur ergo ad iuris obſeruantiam, vt impetranti fiat iuſti-
cia. & ideo dicit l. canonizata, ꝙ non valent reſcripta
contra ius elicita. 25. quæſt. 2. reſcripta. & in his fit ſtri-
cte, vt ſequitur in gl. [Et ibi. c. vl.] & quia conſueuerunt
impetrantes illi abuti, vt ibi, & quia imputandum eſt
illi, qui potuit legem apertius dicere, ſecundum *Hoſt.* in
fra de regulis iuris contra eum. lib. 6.

ADDITIO.

2 ¶ Adiacentibus. Et ſecundum illam legem ponit gl. & in l. bene-
ficium, ff. de conſti. prin. licet Guil. ibi gl. expro bet, quam tamen
ibi defendit Bar. poſt Pe. & vide de materia ibi iſta per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum generale quod, & a quo ferri poteſt, nu. 2.*
Eius pœna non odioſa, nu. 4. in fi.
Priuilegium tranſit in ius commune quandoque.

Dubitandi,

Digitized by Google

2 *Dubitandi ratio quæ hic.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Exercitus quis in litum numerus dicatur.
Odia amplientur an hic, & fauores reſtringantur, & num. 4.
§. 1. odium non dicitur, quod ad ſalutem ſit animarum, nu. 4. in fine.
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T XVII.

1 **Cum in partibus.** Caſus. Generale † interdictum dicitur, quod generaliter fertur etiam in villam, vel caſtrum. communis diuiſio, ſecunda ibi, Cum autem. [Reuocari.] & ideo nos cũ ſoluiſtis, ſicut & debuiſtis. [Priuilegio.] quod eſt hodie ius commune, infra de ſententia excommunicationis, capitulo fina, libro ſexto. [Generale.] hoc verbum inducebat dubitationem. [Non teneri.] quaſi in particulari more ſolito ianuis apertis, & campanis pulſatis celebrare poſſent a contrario eius, quod dicebatur in priuilegio generali interdicto ſecundum Innocen. ſed mirabilis erat iſta concluſio, melius enim contra eos videretur concludendum, quod ſi priuilegiati erant in generali, ergo in particulari celebrare prædicto modo non poterant. quod eſt verum, non tamen ſumendo particulare interdictum, vt ſequitur. [Caſtrum.] etiam ſi in caſtro, vel villa vnica ſit eccleſia. & idem, ſi nulla. [Inter-
1 dicto.] & tale † generale interdictum ferri non poteſt per ordinarium, vel delegatum ſine ſpeciali & expreſſa papæ licentia pro pecuniario debito. quod dic, vt in Ex-
2 trauag. Boniſ. prouide attendentes. ¶ † Vltima glo. arguit, ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In gl. vltima. [ibi, exercitium.] licet exercitus non dicatur vna cohors, vel alia, ſed multus numerus militum, tamen & miſſus ab aliquo numero, quaſi ab exercitu miſſus accipitur. [& ibi, cum quidam.] illa forma recipitur in inſtituendo, quæ non recipitur in exhæredando, vt in fundo hæres
3 eſto. in fundo exhæres eſto. ¶ † In gl. vide qualiter. [in
a fine.] erit ª autem particulare, cum interdicerentur eorum eccleſiæ, vel oratoria ſecundum Lauren. & Vincẽ. ¶ In gloſſa vltima, [ibi, cum quidam.] & infra de regulis iuris. odia. lib. 6. vide quod ibi dicam ſuper prima gloſſ. quoad §. exercitum. [& in fine.] vel dic ſecundum Hoſt. quod pœna interdicti non eſt odioſa, cum ad correctionem animarum infligatur. ȝ. tit. 1. c. pe.

A D D I T I O.

¶ Erit. Quod ſit generale interdictum, & quod ſpeciale, vide in cap. præſenti, de ſenten. excommunic. lib. 6. & ibi per Io. An. neque. q. in nouella. & vide Ioan. Cal. in tractatu de eccleſ. interdi. in 2. membro, & in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Clericorum appellatione etiam canonici comprehenduntur in indulgentijs.*
Priuilegium contra conſuetudinem iuri communi præiudicantem obtentum interpretandum eſt large.
Dubitandi ratio quæ.
2 *Epilogus gloſſarum.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
4 *Suppletio gloſſarum.*

C A P V T XVIII.

Cum tibi. Verbum † clericorum etiam canonicos comprehendit. dicit Abb. quod ſecundum caſum, quem poſuit. ſupra de teſtamen. cum tibi, quæ eſt pars huius decreta. hoc dicit. Priuilegium contra conſuetudinem iuri communi præiudicantem obtentũ interpretandum ª.
eſt large, communis diuiſio, ſecũda ibi, Conſultationi. [Clericorum] hoc eſt verbum, de cuius ſignificatione quæritur. [Ad canonicos.] & videbatur, quod non propter ipſorum maioritatem, ad hoc ſupra de reſcriptis, ſedes, infra de ſententia excommunicationis. quia periculoſum, lib. 6. ſed contrarium reſpondetur, nec obſtat capitulũ ſedes, quod loquitur in r. ſcriptis ad lites odioſis & reſtringendis, ſecus in indulgentijs ampliandis, ſupra eodem, olim. nec obſtat decretalis, quia, quæ ponit ſpeciale priuilegium epiſcopalis dignitatis, ſecundum Hoſt. [Et canonicos.] concor. infra de priuilegijs,
2 per exemptionem, in fine. lib. 6. ¶ Gloſſ. † prima ponit duas lecturas, & primam approbat. ¶ Vltima gl. dat ſi-
3 mile, & ſignat cõtrariũ. ¶ † In prima gl. [ibi, quoties.] vide de teſti. cauſam. ſecundo. ſuper vltima gl. [& ibi, pro redemptione.] vide in capitulo ſtatim allegat. in prima gl. ¶ † In gl. prima. [ibi patrimonialibus.] vel in caſu decre. ſecundæ. ſupra de pœnit. ſecundum Hoſt. [& ibi, melior.] quia illud de iure communi competit epiſcopo, vt probatum eſt, niſi forte dicas ſecundum Inno. ꝙ ibi de conſuetudine hoc ſpectabat ad alium, putu archidiaconum, vel quia concedebatur diſpoſitio, vt ex illis ſolueret debita eccleſiæ ſuæ. infra capitulo penult. [& in fine.] quæ eſt pars huius. ¶ In gl. vltima. [in fine.] ibi ſoluitur in vlt. gl.

A D D I T I O.

2 ¶ Interpretandum. Quod ergo dicitur ſtricte interpretandũ priuilegium, quod eſt contra iura, intelligendum eſt contra iura cõmunia, non ſingularia, vt ſtatutaria, vel conſuetudinaria.

S V M M A R I V M.

1 *Prælato, & eccleſiæ iurans obedire, non clero diœceſano, ſed capitulo cathedrali tenetur.*
Iuramentum fidelitatis a quibus præſtetur, & per ipſum ad quæ iurans obligetur, & nu. 3.
Canonicus fidelitatem præſtat.
2 *Eccleſiæ appellatio quos comprehendat, & quibus ſumatur modis num. 6.*
Etſi, pro quamuis.
Spiritualia iura non ſunt diuiſa inter epiſcopum, & capitulum.
4 *Vni eorũ præcipienti obediendum ſi contrarium præcipiunt.*
3 *Epiſcopus, & capitulum ſunt vnum corpus, & in quibus rebus, & qui vni iurat, alteri tenetur, præterquam in ſegregatis.*
Inter eos quid ſi lis vertatur.
5 *Epilogus gloſſarum.*
6 *Additio gloſſarum.*
Canonicis ſingularibus per iuramentum præſtitum prælato, & eccleſiæ quis non obligatur, niſi iuraſſet aliquibus non collegiatis.

C A P V T XIX.

1 **Cum clerici.** Caſus. † Iurans obedire prælato, & eccleſiæ, nõ clero diœceſano, ſed capitulo cathedrali tenetur, cõmunis diuiſio, ſecunda ibi, nos igitur. [Clerici.] in prælatione conſtituti, vel alij, ſi eſt cõſue-
2 tudo. ª Inn. & dicit, quod hoc iuramentum eſt debitũ obedientiæ, non fidelitatis, vel homagij, quod pro ſpiritualibus non præſtatur. ȷ. ti. 1. c. ſi. dicit Hoſt. ꝙ ſi homagium non reſpiciat, fidelitatem reſpicit, vnde ſequitur, fidelis vero, & per hoc obligatur ad multa, de quib. ȝ. de feu. c. 1. Item canonicus fidelitaté præſtat. de hoc ȝ. de exceſ. præ. grauẽ. de iureiu. breui. [Præſcripti] licet
2 † ergo alias appellatio eccleſiæ comprehendat clerum diœceſanũ, & populum, 12. diſt. illa, ad ſi. hic tñ ꝑꝑ periculũ, qđ imminere poſſet ex periurio, ſumitur ſtricte, vt patet. & facit. ȝ. de iureiu. c. pe. & qđ no. de ſ bẽ. q̃uis. ad
3 ſi. lib. 6. [Etſi.] pro q̃uis. [Capitulũ] † hoc iuſm pro ſpiritualibus

tualibus præſtatur, tenetur ergo per iſtud communiter epiſcopo, & capitulo, ſpiritualia enim iura non ſunt diuiſa inter epiſcopũ, & capitulũ, qui ſunt vnum corpus, & illa ſimul exercent, de exceſſibus prælatorum, capitulo primo. de his, quæ fiunt a præla. alias ſi quis clericus, vel laicus pro temporalibus aliquibus, quæ teneret ab epiſcopo, ſegregatis a capitulo iuraret fidelitaté epiſcopo, non teneretur capitulo, vel econuerſo, de ſcriptis, e doceri. ſecundum Innoc. [Principaliter] quaſi dicat,
4 ſi capitulum † præciperet aliquid contrarium præcepto epiſcopi, epiſcopo obediat. 11. q. 3. qui reſiſtit. quid ſi vertitur cauſa inter epiſcopũ, & capitulum? Dic vt plene no. in ſumma de poſtulan. §. fina. ſub §. illud. in ſum-
5 ma Hoſtien. ¶ Gloſſ. † ſecunda ponit ſex modos, quib. dicitur eccleſia. ¶ Gloſſ. tertia reddit rationem. ¶ In
6 gloſſ. † ſecunda. [ibi, canonicis.] ſingularibus tamen canonicis per illud iuramentum non obligantur. 12. quæſtione ſecũda, qui manumittitur, ſecus ſi iuraſſet aliquibus non collegiatis. ff. de in ius vocando. communis, ſecundum Vinc. [& ibi, ſcire.] vbi de hoc. & ſupra ne præ. vi. ſu. capitulo vltimo. [& ibi, cõgregationem.] cautius dixiſſet collectionem, vel conuocationem, per ea quæ dixi ſupra de iudæis, iudęi. primo. quatuor alios modos ponit gl. in præceden. decret. vltima. ſcilicet murorum ambitum, corpus Chriſti, prælaturam eccleſię, & ipſius obuentiones. Fran. Ver. de reſcriptis. eam te. addebat vnitatem totius eccleſię, vel omnes eccleſias orbis, ſeptima quęſtione prima, Nouacianus. ſupra de ſumma Trinitate. capitulo primo. §. vna. 21. diſtinctione, quamuis. & clementi. de exceſſibus prælatorum, frequens. §. verum. in hac autem varietate dicebat eccleſia ſumi, prout pręcedentia & ſequentia verba patiũtur per decre. intelligentia. ſupra eodé titulo, bene facit infra eodem. nouimus, verſi. pro quo, vbi aliter ſumitur, quam ſupra de hęreticis, excommunicamus, ſecundo, vt vtrobique patet.

ADDITIO.

1 *Conſuetudo.* Secus in curato, quia iuramentũ illius conſuetudo non poteſt tollere. vide Ioã. And. in c. legebatur. de maio. & obe. ſuper gloſſ. 1.

SVMMARIVM.

1 *Cenſura eccleſiaſtica appellatio qua complectatur, & quibus accipiatur modis. & nu. 3.*
Eſt fauorabilis, & ampliatur, licet interdum ſecus, numero 3.
Iudicat qui cito, ad pœnitentiam, alias ad pęnam properat, in fine.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Correctionis, & coertionis nomen quæ contineat, iuncta gloſſa.
In incerto ſi fiat quod expediat, actio datur, verſiculo ſideiuſſi.
3 *Additio gloſſarum.*
Pœna certa in iure ſi non eſt, quæ poſſit infligi.
Additur aliquando plus, quam ſit apud actorem, vnde quid ſumitur, circa finem.

CAP. XX.

1 Quærenti Caſus. appellatio † eccleſiaſticę cẽſurę comprehendit excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. & huius pars, ſupra de offic. deleg. quærenti. [Interdicti.] dicit Hoſt. quod de iſta prima minus dubitatur. de ſecunda vero, & tertia magis, omnia tamen continentur ſub nomine cenſuræ, vt hic dicit. per quod patet, quod cenſura eccleſiaſtica non ut odioſa reſtringitur, ſed vt fauorabilis ampliatur quo ad has ſpirituales pęnas inuentas ad correctionem peccatorum. de hoc ſupra tit. 1. cap. penult. alibi tamen cenſura ponitur pro rigore. de bigamis, nuper. quandoque pro cenſura canonum, qui cleri. vel vo. cap. ... in fin. ſecundum Hoſt. [Indagatis.] nam, vt ait Seneca, qui cito iudicat, ad pœnitentiam, alias ad pęnam properat. ſi. 30. q. 5. iudicantis.
2 Lau. [Expedire.] i. quam videbit magis timeri. ¶ † Gl. prima allegat contrarium, diſſolute tamen. ¶ In gl. [ibi, legatus] ibi dicitur, quod legatus Cæſaris idest præſes prouinciæ, vel corrector non poteſt a ſe abdicare imperium. [& ibi, meminiſſe in fine.] communiter eſt lex, & incipit, ſi quid. ibi, dicitur, quod legatus remittit ad proconſulem, id quod animaduerſionem exigit, nec habet ius animaduertendi, coercendi, vel acriter verberandi. [& ibi, ſi quis pro eo.] fideiuſſi pro illo, qui ſic promiſit, ſi Sticum non dabo, centum millia dabo, redemi Sticum, & dedi, agam mandati licet id non videatur mihi fuiſſe mandatum. nam id expediebat mandatori ne committeretur ſtipulatio, pro qua fideiuſſeram, ... pro Sticho. ¶ In gloſſ. vltima [in fine.] vide de iudicijs. aſ
3 clerici. ſuper gloſſa penultima. ¶ In † gloſſ. prima [ibi, depoſitionem.] dicit hic Hoſtien. quod appellatio cenſuræ non comprehende. depoſitionem, vel degradationem, illæ enim poenæ ſunt odioſæ, & ideo reſtringendæ, infra de regulis iuris. in poenis. libro ſexto. cum ſuis concordantijs. illæ vero, de quibus hic loquitur textus ſunt fauorabiles, vt dixi in textu. ſecundum eum. adde rationem, quia illæ ſunt temporales. Iſtæ vero perpetuæ. dicit etiam quod licet ex vi huius clauſulæ alia poena, quam hic textus exprimat, contumacem punire non poſſit, ex vi tamen commiſſionis iuriſdictionem, & ſic coertionem recipit, quare poenam ſcriptam in iure poteſt infligere, & vbi certa non reperitur, mulctare, arbitrari, & punire, & hæc patent ex his, quæ leguntur & notantur de officio delegati. de cauſis. in fine, & capitulo ſequenti. ſic dicit intelligendum, quod not. infra de homicid. pro humani. verſiculo nos tanto. [& ibi, argumen. contra.] in Vincen. cuius fuit hæc gloſſ. non eſt verſic. iſtud. argumen. contra. & tunc melius continuatur ad præcedẽtia, nec Hoſtien. etiam poſuit. alias dic, quod reſpicit textum. [& ibi, ſi præſes.] dic vt ſupra. [& ibi, & cum quid.] continuatur principio, non proximo contrario. [& ibi, ex ſoluta ſit.] ſup. quam quæ merant mandaro. ¶ In gl. ſecunda. [ibi, paſtoralis.] & capitulo ſecundo. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Nouale quod dicatur, in priuilegijs de decimis noualium non ſoluendis cui eius, vel contrarij incumbat probatio, & quæ ſufficiat, nu. 1. quandiu duret, nu. 2. §. 2.*
Terra ceſſat anni ſpatio communiter, & vbi, niſi ſimo... tur.
2 *Memoria quod non extet hominum, vt probetur.*
Probationibus ſubueniendum, ne pereat.
Teſtes qui præferantur vtraque parte intentionem ſuam probante, circa ſi.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
4 *Additio gloſſarum.*
Nouitius in religione dicitur intra annum.
Priuilegium, quod incipit iniquum eſſe perditur. §. 1. ... nem ſuggeſtum iuxta gl. exemplum.

CAP. XXI.

1 Quid per nouale. C. † In priuilegijs de decimis noualium non ſoluendis illud dicitur nouale, de cuius cultura non eſt memoria,

memoria,& qđ prius nullum,vel modicum fructum aſferebat.& primo ponitur quæſtio,ſecundo reſpõſio ibi, Licet autem. in qua primo ponit duas opin. ſecũdo ſoluit tertio moderatur ſolutionem, vel declarat.ſecũda ibi,Nos tamen.tertia ibi, Sed nec.[Annum ceſſat.]qđ commune eſt prędiorum iſtarum partium,niſi multum cum fimo iuuentur.[Ad cultum.]non diſtinguendo, an fuerit prius ſilua,vel an fuerint inde arbores extirpatæ, quod volebat ſecunda oppo. quòd fuerant paludes,vel loca campeſtria.de quo hoc ſuppletur,vel gloſſatur decre.1. s̃.eodem.tit.[Memoria] ſed cui † incumbit hæc probatio? Reſpondeo.agenti.ff.de probat.ei qui dicit. epiſcopus tamen,& eccleſia parochialis de iure cõmuni fundant intentionem ſuam, niſi aliud dicatur, vt patet in eo quod legi.& no.s̃.de priuil.c.fi.& de decimis. quoniam,& c.dudũ.s̃.de pręſcrip.ad aures.& c.ex trãſmiſſa. Quid ſi quondam fuit nouale,& locus religioſus ſemper percepit decimas in integrum per centum annos;& amplius, nunquid neceſſe habet probare qđ nouale fuerit? Reſpondeo non,ſecũdum Hoſt.dummodo de priuilegio fidem faciat, & de perceptione poſt priuilegiũ tanti temporis,cuius extat memoria,ſed ſufficit, ꝙ hunc titulũ alleget,& hoc modo probet, vt dicat tale priuilegium ſibi fuiſſe conceſſum, & poſt priuilegiũ tale fecit nouale, ad quod probandum inducit patientiam perceptionis tanti temporis,arg.ff.de vſuris. cum de in rem verſo.ff.ſi ſerui.ven. ſi quis diuturno.C.de ſeruit.l.2.& fi.& in eo quod legitur & no.s̃.de cenſi. peruenit. alioquin tempus ſolius, ſiue nudæ perceptionis ſine priuilegio, vel alio titulo non prodeſſet, vt patet in eo quod legitur & no.s̃. de præſcr.ſi diligenti.s̃.de decimis.dudũ.hoc etiam no.eſt ſm Inn.ꝙ talia priuilgia
a non extenduntur ad præterita noualia, ſed futura. [a] vide quod dixi s̃.c.1. de cultis infra annum,niſi forſan & hoc de præteritis ibidem ſpecialiter caueatur, ar.in eo, quod le.& no.s̃.de conſti.cognoſcentes.& c.fi. & eo caſu quando de præteritis conceditur, putat Inn.intelligi priuilegium de his,quæ culta fuerunt a decem annis citra,cum tanto tempore inducatur conſuetudo, & dicatur ſeruitus continua. ff.ſi ſerui.ven. ſi quis diuturno.& C.de ſeruituti. l.2. & vlt.& tunc habebit priuilegiatus probare,quod ante illud tempus, quo infra decẽ annos cultum eſt,tanto tempore fuerat incultum,quod nõ extat memoria de cultura, ſecundum Inn.ſed omni caſu, quo probandum eſt nouale,ſecundum Hoſt. eſt totum, vt in principio publicetur,qñ primitus eſt nouale, vt no. s̃.de priuil.c.fi.& in publicatione fiat fides non ſolũ de eo,quod nouale eſt, ſed de priuilegio iam conceſſo.probationes.n.de facili perduntur. vnde eis ſubueniẽdum eſt, vt patet C.de rebus credi. generaliter. reſpon.1.& in eo, quod legitur & not.ſup.de lite non conteſta.qm. reſpon.1.vnde & conſilium eſt, quod & de publicatione plura inſtrumenta fiant, & in diuerſis locis deponantur,aut reponantur, vt ſi forſan vnum amittatur,aliud reſeruetur, ar.Inſtit.de teſta. §.pe.arg.in Auth. de conſan.& vte.fratrib. §.ſi igitur.coll.6.ff.de teſta. vnũ. ſed quid ſi in ipſa publicatione dicat eccleſia parochialis, quod talis locus cultus fuit, & de hoc extat memoria, quod vult probare per teſtes,nunquid eſt admittenda? Reſpondeo ſic, & in publicatione, & in iudicio probationes ſuper hoc admittendæ ſunt hinc & inde. nam & priuilegiatus volens probare,ꝙ non extet memoria,eſt admittendus,& eccleſia ſimiliter, ſi velit probare contrarium, & poterunt dicere teſtes priuilegiati,ſi tamen talem habeant conſcientiam, quod toto tempore ſuæ memoriæ vſq; ad hæc tẽpora viderunt locum incultũ, aut ludis tranſeuntibus,vel paludibus expoſitum,& audierũt a parẽtibus ſuis,ſiue maioribus,qui & hoc a ſuis, & illi iſtud idem a ſuis audierunt, ꝙ ſemper fuit incultus,vel ꝙ cõis opinio eſt,ꝙ ſemper fuit incultus. Econuerſo vero teſtes eccleſiæ poterunt dicere, & ſi talẽ habeant conſcientiam, ꝙ viderunt ipſum coli per multos vel aliquot annos ante datam priuilegij, vel audierunt a ſuperioribus ſuis,ꝙ quandoq; cultus fuit,vel ꝙ cõmunis opinio eſt hęc.ff.de probat.ſi arbiter.ff.de aqua pluu.arc.in ſum.reſpon.1. §.fi.ff.de aqua quo.& æſti.hoc iure.§.ductus aquæ. Talis autem probatio,vel ſimilis locum non habet, niſi vbi hoc in iure expreſſum eſt, vel quando quæritur de tempore, cuius memoria non exiſtit, vt hic,& j̃.eodem.ſuper quibuſdam.§.1.in fin.& in prædictis iuribus,& in cauſa matrimoniali,nec ſufficit hoc ab vno audiuiſſe, quod dic vt le.& no.ſup.de teſti. licet ex quadam. Quid ſi vtraque pars intentionem ſuã probet? Reſpondeo ſecundũ Inn.& Hoſt.illi teſtes præualent, qui digniores ſunt,& veriſimiliora dicunt.ergo & pauci idonei aſſerẽtes locum fuiſſe cultum negantiũ multitudini præferentur,ar.6.q.vlt.actor.& in eo quod leg.& no.ſup.de probat.tertio.ſup.de teſtib. præterea. §.fi.& c.in noſtra præſentia.quod dic vt ibi no. ſm Ho. Aliquid plus dixerat Inn. quod decido.& vide plene in Spec.de proba.§.1.ver. vlt.quæritur,qualiter, vſque ad fi.§.tamen quicquid ſcribatur,tu dic breuiter formandum articulum ſuper communi opinione de non extante memoria.& de hoc de præſcri.c.1.lib.6.in vl.gl.[Cõnẽtus] vel quiuis circa hoc priuilegiatus.[Incultus.]vt ſilua,domus,paſcuæ, vel terræ pratiuæ.ſup.de deci.cõ-
3 miſſum.¶ † Vlt.arguit a contrario,ſig.contrarium,ponit opi.¶ In gl.vlt.[ibi,ex facto.] vide de priuil.quãto.
4 ſuper gl.2.¶ In † gl.3.[in fi.]& ff.de peti.hære.l.vtiles. La.¶ In gl.ſic.ſup.[ibi.§.quoties.]& religionem ingrediẽs nouitius dicitur j̃.annum.ſup. de relig.ſtatuimus. Hoſt.[& ibi, c.1.]vbi de hoc,& j̃.de ele.generali.lib.6. ¶ In gl.pe.[ibi,modicos.]dato ꝙ aliquos.& idem Inn.[& ibi, quod ſcripſi.]licet ibi in nouitate fidei permiſſum non competat,ex quo fuerint in fide ſolidati,tamẽ quo ad illos,quibus competere cępit,durat perpetuo.facit quod no.de iureiu.& ſi Chriſtus.in gl.pe.& iſtud cõtrariũ fuit interpoſitum. hoc dico,quia quod ſequitur, continuatur ad præcedentia.[& ibi, ſuggeſtum.]dic vt ibi in vl.gl.l.ꝙ principis ſuper hoc erit æſtimatio. & facit quod dixi ſup.eod.olim.per quod dicebat hic Hoſt. ſi totum territorium caſtri deſerti priuilegiati occupãt, & ad culturam redigunt, & caſtrũ poſtea populatur,& eccleſia antiqua reædificatur, vel de nouo alia fabricatur,ſubueniendum eſſet eccleſiæ, al.etiã quod le.& no. de no.oper.nun.c.2.1. reſpon. Et facit de decimis. c.2. §.vbi autem.lib.6.

ADDITIO.

a ¶ Futura. Contra no.Inn.de priuil.dudum.& idem ibi Io.And. quod vide ſuper gl.1. & ille tex.idem probat.& c.2.ſup. de deci. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Matricis eccleſiæ nomine cathedralis ſignificatur, & quælibet baptiſmalis, num.5.*
Protectio gubernatio.
Hæc, & vnio, non præiudicat epiſcopo.
2 *Epiſcopalia quæ ſint.*
3 *Taciturnitas vitiat indulgentiam, & quæ hic.*
4 *Apoſtolicæ ſedis iuſtitia etiam contra ſe interpretatur, quamuis ius non debeat ſuum negligere.*
Romana eccleſia mater & magiſtra.
5 *Additio gloſſarum.*

CAP. XXII.

1 Venerabili. Finẽ † decret.tolle pro ſumma,& pars 1.ponit epiſcopi querelã.2. da iudices.& ſecũda ibi, Ioque. [Fratres.] canonici erant, vt ſequitur, & forſan exempti.ad hoc de pri. cum olim.2.[Protectione.] ideſt gubernatione,& ꝙ ſibi de temporalium cura reſpõderet.

notoria,& hîc requiritur congrua, vel ſufficiẽs emenda,
vt ſ.tertius in offenſa dubia, in qua requiritur iurm, re-
quiruntur & fideiuſſores, vel pignora rõne offenſę, vt ꝓ-
bata veritate offenſæ, licet dubiæ, facilius diſtringatur
ad ſatisfaciendũ, vt li.pen.eccleſia.1. ſ.tit.1.ſacro.ad
fi.vel dicit hic cõpetẽs, ꝑꝑ id, qđ no.in fi.4.gl. Dicebat
hic Vin. ꝙ diſtinctio huius decre. locũ nõ hẽt in criminibus
publicis, quia ibi,& ſi crimen eſt notoriũ, qñcunq; pare
re vult, abſoluitur nõ relata qõne de offenſa manifeſta,
quia eccleſia non claudit gremiũ, nec publicã hẽt æſti-
mationẽ niſi quo ad expenſas, qđ dic vt ſ. de iniu.& dã.
da.c.1.dicebat Hoſt. excõicatus ſi pro nuda contuma-
cia, ſufficit ꝙ iuret, ſi pro ꝑgnante, ſatisfaciet de his, q̃
in ſnia ſunt implicata, ſiue de intereſſe, ſiue de expenſis
agatur.de hoc de iud.c.1. ſi pro offenſa, vel delicto, de
quo Deus tñ offenditur, nec eſt ibi ſpãle priuatũ homi-
nis intereſſe, vt quia Deũ blaſphemat, vel de hæreſi eſt
ſuſpectus, & tunc ſi notorium ſit, niſi pœniteat, & om-
nino deſiſtat, non eſt abſoluendus.ſup. de offic.ordin.
ſignificauit. Si vero pœniteat, ſtatim abſoluitur. & ſi ad-
huc per pniam non ſatisfecerit, niſi alr̃s per eum illum il
luſum ſit eccleſiæ. ſ. de hær.ad abolendã. §.illos quoq;.
alr̃s ꝑꝑ longum pniæ tp̃s ſtare poſſet nimis excõicatus.
& ſm hoc loquitur, de eo, qui dn.in matr. ſignificaſti. in
occulto vero petens abſolutionẽ eſt abſoluendus. ſiqđ
me.cã.c.1.per tuas. ubi uero quis excõicatus eſt pro fur
to, rapina, vel iniuria, in qua verſetur ſpãle & pecunia-
riũ hominis intereſſe, tunc non eſt abſoluendus, niſi pri
mo ſatisfaciat, de rap.c.1. de vſur.cũ tu.& eſt diuerſita
tis rõ, quia Deus nõ requirit pecuniã, ſed ſolũ cor cõtri-
tum.hõ vero ecõuerſo, & quia Deus benignior facilius
remittit offenſã, q̃ hõ, ad hoc de cele.miſ.de hoĩe.& li-
cet hoc uerum de rigore, dicit tñ, ꝙ de benignitate to-
ta die abſoluitur ſine ſatisfactione. ſ.tit.1.ex tenore.
& c.ea noſcitur.& c.ſacro.& dicit addendũ, qđ not.de
ap.qua fronte. [Satisfactio] facit ff.de coll. bo.l.1.§.ſi
8 frater.¶ †Gl.4.ſucceſſiue ſoluit duas obiectio.& vnã qõ.
¶ Quinta gl.arguit.ſig.ꝯriũ,& ibi remit.¶ Vlt.gl.obij-
9 cit,& dupliciter ſoluit.¶ In 4.gl.†[ibi, generaliter.] vi-
de de don.poſt di.re.per ueſtras. ſuper gl.antepen. [&
ibi ſubtracto.] uide de reſt.ſpo.olim.2. ſuper gl.2.¶ In
5.gl.ibi, cõtumacia.] uide, ut lit.non conte.tuæ.ſup.1.
gl. [& ibi, ſancimus.] dicit ibi finis, condemnari abſen-
tẽ, qui licet nõ tacitus, ſed requiſitus mala cõſciẽtia ab-
fuit. ¶ In 6.gl.[ibi, qui reſtituere.] uide de do.c.2.ſuper
1.gl.¶ In ul.gl.[ibi, qđ iuſſit.] uide de app.cũ ceſſante.
ſup 1.gl.[& ibi, ex ſtipulatione.] uide de ꝓſum.afferẽte.
10 ſuper 1.gl.¶ †In gl.2.[in fi.] Io.ſ.e.quãuis.ſic uocantur
in Frãcia, in prouincia bailiui, uel baiuli.unde ſm Hoſt.
in rep.apoſtolicis, qñ de ꝑpoſito eccleſiæ loquimur, ex-
primi deberet nomẽ eccleſiæ. unde ſi ſcriberetur ꝑpoſi-
to Pariſiẽ. intelligeretur de laico, niſi adderetur eccle-
ſiæ Pariſien. dẽt igitur addi circũſtantia, per q̃ euitetur
11 æquiuocatio.ſ.de reſcri.c.fi.¶ In † gl.3.[ibi, certũ.] itẽ
quia ab hoĩe nullus excõicatur niſi pro contumacia.de
hoc in ꝑe. c.nemo epõrũ.& c.qui epi. [& ibi, iure cõi.]
de hoc ſ.de reſcri.c.1.& ibi, permittimus.] & ĩ.eo.dile
cto.põt dici, ꝙ licet priuilegiũ in iſto pũcto, de quo hic
q̃ritur, non ꝯtineret gratiã, cõtinebat tñ in alio, quo cõ-
cedebatur caplo excõicare, uel interdicere pro ꝓprijs
offenſis. ad idẽ ſ.de reſcrip. ex parte decani. [& ibi, tũc
iuret.] de ſen.exc.c.ult.§.illis ẽt.lib.6. [& in fi.] & ĩ.de
12 hær.ſup eo.lib.6. ¶ In † gl.vlt.[ibi, ſniando.] idẽ no.
ſ.de ele.dudũ.2.in gl.ſed pone.& de hoc ĩ Aut.de exhi.
& intro.reis.§.ſancimus.uer.ſuſcepto.in gl.fi.& in Spec.
de ſen.prola.§.2.uer.eſt quoque.& de forma eius. §.ut
aũt.circa prin. an uero iudex ꝑcipere poſſit ſolõnẽ fieri
ſub pena dupli, uel quadrupli, uide ibi in §.2.in uer.ſed
nũqd iudex.& an poſſit ꝑcipere, ut ſolnã, niſi ĩ.tot dies
ſolõnẽ probauero, ibi in uer.ſeq.an uero poſſit condem
nare teũ in petitis ſub hac forma, ſ. ſi actor probauerit,
uide e.ti.§.iuſta.uer.ſed ecce iudex.[& ibi, hoc ꝓpe.]
13 & ſ.de ꝓſum.afferte.[& in fi.] Hoſ.legit plane, ꝙ † ſi q
excõicatus petit abſolui, & excõicãs, vel is, pro quo lata
eſt, dicit eũ ñ abſoluẽdũ, niſi prio ſatisfaciat, abſoluet,
niſi intra 8.dies ꝓbetur offenſa notoria, q̃b.lapſis repu
tabitur dubia quo ad abſolõnẽ ꝑbẽdã. ĩ. de ſen.exc.
let.& hẽt hoc locũ; licet iudex primo habuerit illud pro
notorio. Multi.n.iudices ſnias ferũt vt pro notorio, ſu
quo poſtmodũ dubitatur. ſ.ti.1.ſacro.ad fi.poſſet etiã eſ-
ſe dubia, licet excõicatus fateatur cãm, ſed aliqd all.
qđ nõ ſit ſatisfactio impediẽda, vt ſi fatetur, ꝙ percuſſit
clericũ, ſed dicit, ꝙ ad ſuã defenſionẽ, vel ꝯ ꝯfeſſionẽ
ponit rõnabilẽ excuſationẽ. ſ.de ac.cũ dilecti.in hiis
ſib.& ſimilib. ſine ſatisfactione non abſoluet, donec
defenſione fidẽ fecerit, qa ſp ei, qui dicit, & nõ ei, qui
negat, incũbit probatio.ff.de ꝓb.ei qui. Sed an hoc ca-
ſu teneatur ꝓbare intra 8.dies, aliãs ꝑciſe cogetur ſatiſ-
facere? qđ vt ꝑꝑ equalitatẽ iudiciorũ ſeruãdã. Hoſ.
tãt ꝯriũ, qa in primo caſu eccłia ꝑ limitationẽ tp̃is
ſuccedere voluit petẽti abſolõnẽ, q̃ ſine cã negãda nõ eſt.
q.7.ſi qs oẽm. in ſcđo ſatis ſufficit illi, pro quo lata eſt
ſnia, ꝙ excõicatus nõ abſoluitur: niſi ſatisfaciat, vel de-
fenſionẽ ſuã ꝓbet.& ſi hoc caſu ꝑciſe cogeretur ſatiſfa-
cere, poſſet nimis ex hoc grauari, qa nec ſolutũ de facili
recuperaret, puta tñ, ꝙ ſi ꝯtẽneret ſnĩam, nec defenſio-
nẽ probare curaret, poſſet illi tp̃s a iudice limitari. ĩ. qđ
de intẽtione ſua probaret, quo lapſo poſſet cogi. ad hoc
ſ.de pe.c.fi.de ꝓb.licet ĩ.de reſt.ſpo.frequẽs.§.pe.li.6.

ADDITIONES.

a ¶ Seruus. Ibi vide Bar. & plenius in l. ſtipulationes nõ diuidun.
ff.e.ti.& ibi ponit formã petitionis, & ſniæ, & vide l.2.ff.de con.
b ¶ Carcere. Petit ergo iudex loci, vbi cõmiſſum eſt delictũ a lo-
co iudice delinquentem ſibi remitti, quod an poſſit, vide gloſ.
ver.de more, in cle.paſtoralis.de re iud.& Io.And.in commen.
c.1.de rap.Et Bar.in l.1. C.vbi de cri.agi op. & ibi Bart.Bald.
l.ſi an.§.ſi.ff.de accu.
c ¶ Quæſtionis. Ibi ponit etiam de clerico, & laico iudice citan.
& vide Arch.16.q.4.c.2.in fi.
d ¶ Simplici. Hanc tex.in c.venerabilibus. §.idem notat.præſum-
ptam & ſequentem vocat manifeſtam, in §.ſe.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum pro articulo, vel clauſula.*
Per quæſtionis minoris ſolutionem incidit fortior quæſtio.
Contra confeſſionem nihil opponitur.
2 *Probatio legitima facit quid notorium.*
Notorij modi qui per remiſſionem; quod factum eſt, non requi-
rit accuſationem, neque probationem, & iudicis in hoc ar-
bitrium ſpectatur, nu.4.§.1.iuncta gl.
Per legitime, dictio appoſitã eſt ad iudicis arbitrium ...
Tergiuerſatio debet eſſe probabilis.
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu.3.& 4.*
Iudicis, corã quo agitur, arbitriũ ſpectatur, donec appellatum.
Ex quo vero eſt appellatum, vel aliàs ad ſuperiorem recur-
ſum, ipſius ſuperioris arbitrium eſt ſpectandum.

CAP. XXIV.

Cum olim Summatum eſt ſ.c.proxi.& cõ-
munis diuiſio 2.ibi, Quia † vo-
1 ro.[Capitulũ.] i.articulus, vel
clã.[Dicebant] canonici.alias [dicebat.] ſ.capitulum
de hoc vide quod dixi de reſcri.caplm.in princ.[Solui
mus,] i.ſoluere intelleximus.[Dicimur] a peruerſe intel
ligentibus.ſm Hoſt.[Ligauiſſe.] vid.Greg.ſecundo mo-
ralium.vide ſi.in Hiero.ad Dama.5.B.hoc intendit, ꝙ
per ſolutionem minoris quæſtionis incidit fortior quæ-
ſtio.& eſt ſi.de vo.ex multa.de baptiſmo.maiores.§.ve-
rum.[Confeſſionem.] contra quam nihil opponitur, al.
leg.contra, de accu.cum dilecti. & dixi ſ.c.proximo
2 ſuper finem vltimæ gl.[Probationem.] ergo † patet, qđ
probatio legitima facit quid notoriũ. & eſt hoc adde-
re alios modos notorij, qui hñr ſ. de coha. cleri.& mu-
vt ſta.

Digitized by Google

veſtra. & ibi dixi. Itē patet per hoc ſm Ho. ſuper hoc eſ-
ſe ad iudicē recurrēdū, qd ſonat verbū, legitime, quod
ſtatim ſequitur. Itē ſm V in. per hoc includit deprehen-
ſionē illā, de qua no. de iudi. cū non ab hoīe. in 1. gloſſ.
[Tergiuerſatione.] pbabili, & ponit hoc de notorio fa
cti, quod nec accuſationē, nec probationē requirit. de
3 hoc ſatis in pced. decr. veſtra. ¶ † Gl. 4. iuſtificat textū,
obſicit. & ſol. ¶ In gl. pe. [ibi, l. 1. & vlt.] vide ſ. e. in his,
4 ſup vlt. gl. & c. venerabili. in gl. vlt. ¶ In † gl. 1. [ibi, ſcy-
phi.] ff. de rei ven. in rē, §. 3. & ff. de fur. cū pignori. §. ſi
quis eſſet. [& ibi, curſilis.] Goff. vocat hūc ſeminodum.
¶ In gl. & hoc. [ibi, deferri.] quaſi non, vt valeat, vel nō
valeat appellatio, facit qd no. in pc. decr. vt debitus. in
gl. colligitur. & qd ibi dixi, & c. ſæpe, ver. q ſi forſan. Di-
cebat Hoſ. circa caſum nēm ſpectari iudiciū, & arbitriū
illius, corā quo agitur, donec fuerit appellatū, ēt ſi ini-
que arbitretur. ff. de iuſt. & iu. l. fi. ſ. de re iudi. q ad pſul
tā. ſi a quo aūt eſt appellatū, vel alias ad ſuperiorē legi-
time recurſus hē, ipſius ſuperioris arbitriū eſt ſpectan-
dū, vt in pce. decr. vt debitus. & ſ. de pur. canon. inter.
& quantūcunq; probatū ſit coram primo iudice, ſi corā
ſuperiore aliquid rationabile proponatur, quare prima
probatio non ſit ſufficiens, hoc ipſe diffiniet, qui ſi pro-
bationē minus legitimā inuenerit, vel quia ordo ſerua-
tus nō fuit, vel quia eī nō conſtitit, abſoluetur excōica-
tus. 2. q. 1. nemo. & per hoc, & ea quæ ſunt dicta ſ. e. pro
xi. dixit Hoſt. ſuperfluā quandā magnam gl. quam hic
poſuerat Inn. & maxime ēt per decre. ſolet. de ſent. ex-
com. lib. 6. quam ob eandem cauſam decido, & per ea,
quæ habes eo. tit. venerabilibus. §. ſimiliter. cum §. ſe.

S V M M A R I V M.

